GEOGRAPHIA
GENERALIS POLITICA
IMPERIORUM, REGNORUM, DOMINIORUM
IN TOTO TERRARUM ORBE,

Ex pluribus probatis Authoribus collecta,

&

JUVENTUTI ACADEMICÆ WIRCEBURGENSI

EXPLICATA

à R. P. HENRICO NIDERNDORFF S. J.

Matheseos Professore Ordinario,

PER

THEOREMATA & PROBLEMATA MATHEMATICA

unà cum

SUCCINCTA HISTORIA GEOGRAPHICA

Rerum memorabilium ac curiosarum in Orbe.

SUMPTIBUS LOCHNERI & MAYERI BIBLIOPOL. NORIMB.

ANNO 1739.

LIBER TERTIUS.

WIRCEBURGI, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Universit. Typogr.

LIBER TERTIUS
GEOGRAPHIÆ POLITICÆ
continet

QUATUOR ORBIS TERRARUM PARTES


EUROPAM,

ASIAM,

AFRICAM,

AMERICAM,

Earúmque Imperia, Regna, Regiones, Provincias, Gubernamenta: Ducatus, Principatus, Dominia, Ditiones, Diſtrictus: Metropoles, Munimenta, Emporia: Dicaſteria, Tribunalia, Academias, Urbes & Oppida, unà cum Longitudine aç Latitudine Locorum Geographica.



LIBER III.
GEOGRAPHIÆ POLITICÆ.
PROŒMIUM.
De Orbis Politici initio & Progressu, difficultate quidem Scientiæ necdum superata, per jucunditatem studii & utilitatem superanda.

QUando DEUS OPTIMUS MAXIMUS in prima orbis & Proto-Parentis nostri creatione Sociam *Adamo* dedit *Evam*, prima facta est Societas, dein ex Societate Familia, ex Familiis Civitates, ex Civitatibus Politiæ, jura & leges sapienter ordinatæ sunt. Quemadmodum enim singulos homines in familiam natura & jus redegit; ita singulas familias in civitatem coalescere, ratio necessariò persuasit. Singulæ namque familiæ, cùm ob infirmitatem na-

Prima societos humana in Proto-Parentibus.

Unde Familiæ, demum civitates ortæ sunt.

turæ majori consociatione indigerent, & ob ejusdem corruptionem sine contentione & dissidio agere non possent, fieri omninò debuit, ut certa pactione & conjunctione membrorum, unum veluti civitatis corpus efficerent. Per rationem siquidem, homini à Deo inditam, satis intelligimus, quod ea, quæ plura sunt, facile diversa sint; in multis autem diversis, quædam facillimè sint contraria; quæ autem contraria, sibi adversantia se mutuò oppugnant; quæ autem se oppugnant, se invicem consumunt, & interitum sibi mutuum moliuntur & attrahunt.

Per charitatem, & hâc deficiente, per Imperium.

Salus itaque multitudinis est unio, quæ fit aut libera charitate, aut imperio. Charitas bonitate sua pacem & consensum gignit; Imperium per Justitiam consensum metu exigit, continetque. Sed quia charitate primitiva per inobedientiam excidimus, Imperium necessariò inductum est, Deo ita jubente, dum omnem potestatem à se esse, atque illi omnem animam subjectam esse debere, reddendáque Imperanti, quæ eidem debentur, edixit. Paruit igitur & rationi & rationis Authori Deo genus humanum, dum imperium detulit, vel uni, vel concilio, vel comitiis.

Cujus triplex forma.

In primo statu unius jussa valent: in secundo paucorum consultatio, ac decisio: in tertio per omnium suffragia, majoris partis consensio. In quibus summi jus Imperii residet, unde triplex civitatis forma, scilicet *Monarchia, Aristocratia,* & *Democratia* consurrexit. Quæcunque ex his forma civitatis bona est, modò probè & constanter Jus, Vim, Facultatem summi agnoscat Imperii, exerceat, conservet.

Media ad condendas urbes.

Hunc in finem natura dedit media, homini congrua, terram scilicet virentem, flores, herbas, arbores, fruges, omnis generis ad victum & delicias, lapides & ligna ad commodam habitationem, Mare & aquas fluviorum ad commercia, ut nimirùm quovis tempore suas terrarum, mariúmque collectas opes in sinum hominum effunderet. Quæ quidem fœcunda naturæ beneficentia, largiùs in pauciores ab initio homines diffusa & superabundans, pluribus & crescenti ac innu-

innumeræ deinde multitudini ſe latiùs communicavit: ſuppeditando materiam ædificandis urbibus accommodam: ſic *Cain*, primi Parentis licet infelix filius, nomine filii ſui *Henochiam* condidit, ejusque poſteri præter illam complures, eoquòd diviſionem gentium & regnorum aliquam ſatis indicent temporum illorum ſuperbi Gigantes; multiplicatis autem cum univerſa gente ſceleribus, licet iratum numen, diluvio immiſſo, cum civibus urbes, cum hominibus & jumentis, terram obruerit; nihilominùs unus ex communi hominum naufragio ſuperſtes cum familia *Noë* tantam poſterorum multitudinem vidit, ut eam in una regione coërcere non valuerit, ſed diviſionem orbis inter filios ſuos inſtituere coactus fuerit. *Japheto* tribuit ea, quæ à *Media* in Septentrionem & Occidentem vergunt, *Aſiam* ſcilicet Borealem, & *Europam* usque ad Gades & Inſulas Britannicas: *Semo* Palæſtinam, & plagas Orientales versùs Indiam: *Chamo* denique *Africam*, cunctos monens, ne quis fratrum fines invaderet, prævidens ſine imperio charitatem defecturam. Ipſe verò *Noe* in locis Damaſcenis cum *Semo* Regnum conſtituiſſe dicitur, ùt *Moſes Barſeph* aſſeverat, & Pontificatum, poſtea dictum *Salem*, hoc eſt, pacificum ab urbe ejuſdem nominis, in qua *Sem* per plures annos regnavit, & poſt eum *Melchiſedech*, qui Regis & Sacerdotis ſimul munere functus eſt. Communicatione autem linguæ ex ædificatione *Turris Babel* ſublata, familiarum diſperſio pro Idiomatum diverſitate in omnes circumquaque provincias ſubſecuta eſt. Populi ſinguli ſuas ſibi res agere ceperunt, urbes moliri, & Magiſtratus præficere, qui creſcentem paulatim multitudinem in oppidis & pagis regerent & gubernarent. *Noëmi* poſteris per orbem diſperſis. Sextus filiorum *Chuſi*, Nepos *Chami*, Gigantæâ ſtatura inſoleſcens, diviſionem à Proavò ſuo *Noëmo* factam averſatus, & omnibus imperare volens, *Belus*, ſive Dominus, & *Nemrod*, ſive Tyrannus appellatus eſt, ac collectis iis, quibuscum vitæ & morum ſocietate communicabat *Babylonem* civitatem condidit, antiquiſſimi

Diviſio Populorum.

Primum Regnum.

ſimi Regni ſedem & caput: præter hanc *Arad* in terra Sennaar, ſive *Edeſſam:* *Achad*, ſive Niſibin: *Chalanne* ſive Seleuciam: *Cteſiphontem*, aliosque plures per annos 65 Regni ſui ædificavit. *Ninus* verò ejus filius ſucceſſor, non contentus Imperii modici finibus, bella finitimis intulit, ducto exercitu 1700000. id eſt, decies ſepties centum millium, peditum, ùt referunt *Diodorus* L. 2. & *Juſtinus* L. 1. Equitum 210000. Ducentorum ac decem millium, curruum falcatorum 10600. decem millium ac ferè ſexcentorum, *Aſiaque* ſubacta, Babylonicum Imperium in Aſſyriorum Metropolim *Ninivem* tranſtulit. & per poſteros ad mille circiter trecentos annos continuavit.

& Imperium.

Alia deinceps regna & Imperia.

Per idem tempus alibi quoque conſtituta ſunt regna, præſertim in iis partibus, quibus poſtea *Europæ* & *Africæ* nomen fuit attributum, ſcilicet Regnum *Sicyoniorum* in Peloponeſo, Iſthmo, Corintho, vicinisque locis, in quibus *Ægialeus*, & ejus filius *Europs* regnârunt, totiusque *Græciæ*, imò & *Europæ*, antiquiſſimum Regnum, quod mille propemodùm annis usque ad *Agamemnonem* duravit. In *Syria* ſimiliter condita eſt *Hebron*, ſepulchrum nobile Patriarcharum, *Hieroſolymæ*, *Pentapoles* famoſæ, *Elamitis*, ſive *Perſis*. In Ægypto *Thebæ*, *Memphis*, *Tanis*, aliæque plures vicinorum Arabum & Chaldæorum. Denique accreſcente Populorum multitudine *Aſia* tota, *Africa*, & *Europa* tres veteris orbis partes, quin & *America*, quarta pars, undequaque hominibus impletæ ſunt: quæ ultima *Novus orbis* dicitur, quia nobis ante duo ſæcula per *Columbum* & *Americum* priùs innotuit. Quænam Imperia, Regna, Provinciæ, Regiones, Urbes, Portus, Munimenta, condita ſint, & defacto inveniantur, Liber hic tertius Geographiæ Politicæ, ſingulatim, urbes quidem, ut faciliùs inveniantur, ſecundùm literas Alphabeti indicabit.

Difficultas Geographiæ

Quàm autem difficile ſit, ſingulas orbis Terræ partes colligere, & nova veteribus comparare, ac in debitum ordinem & Latitudines & Longitudines proprias revocare, nemo tam

tam facilè videt, nisi Disciplinis Mathematicis probè sit instructus. Accurata enim singulorum orbis Terræ locorum descriptio Principia *Arithmeticæ* & *Geometriæ*, nec non *Opticæ*, *Dioptricæ*, *Catoptricæ*, *Astronomiæ*, *Gnomonicæ*, *Hydrographiæ*, *Hydraulicæ*, *Mechanicæ*, aliaque id genus multa requirit. Licet quidem Ars *Nautica* ex virtute acûs Magneticæ sibi auxilium desumat, omnia tamen ex Mathematicæ potissimùm regulis dirigi, omnes ingenuè fatentur, quæ non solùm accuratam Terræ partium mensuram definit, sed & cœlestium motuum calculo certiorem facit: sine quo comperta, exploratáque Latitudinis & Longitudinis locorum ratio, terra maríque, constare sibi non potest: cum qua feliciter tum mediterranea, tum Nautica per vastum Oceanum, & totius humanæ vitæ negotia peraguntur. Hinc nobilis illa scientia sanè difficilior est, & magis, quàm imperiti existimant: nec nisi à multùm eruditis comparari, poterit, & magno studio, vel unius etiam, alteriúsque loci omnibus numeris accurata mensura, multò minùs omnium locorum orbis universi plena cognitio, fortassis nunquam integrè impetranda. Ut bene notat *Kircherus* de Arte Magnetica L. 2. p. 5. c. 6. q. 2. disquis. Ubi ait: *Magnâ cautelâ & circumspectione in experimentis capessendis opus est, antequam rem ita se habere asseratur; dici enim vix potest, quàm sæpè aliud, quàm, quod intenditur, proveniat* &c. Quod cum in omnibus, tum magneticis observationibus, & latitudinibus locorum explorandis verum esse, satis indicare videtur præstantissimorum quorumvis Mathematicorum, post multiplicia experimenta, & inter se se, & cum seipsis de uno eodemque loco dissensio. Quantò difficilior erit Longitudinis hactenùs incognitæ, etiam post ingentia ab *Hispanis*, *Gallis*, *Anglis*, *Hollandis*, promissa inventori præmia, Longitudinis, inquam, certa investigatio? Si quis solùm voluerit *Tabulas Ptolemaicas* cum modernis leviter conferre, quanta errorum portenta inveniet? in Sola Indiæ Orientalis orâ, modernas à Ptolemaicis, modò triginta, modò quin-

Ex difficili investigatione Latitudinis

& Longitudinis Locorum.

quaginta gradibus deprehendet. Quid quod etiam Recentiores in Latitudine & Longitudine locorum in *Europa* nostra celebrium assignandâ discrepent. Quid fiet de aliis locis minùs celebribus, minùs vicinis? Quid de locis omnibus orbis universi?

Præter has difficultates, aliæ multæ Veteribus maximè insuperabiles in orbe Terrarum occurrerunt, ut proinde bene pronunciârit *Pomponius Mela* Romanus: *Difficilè & impeditum opus est explorare, & planum reddere orbis situm.* Nam tria occurrunt impedimenta, quæ faciunt, quominùs plenam, & exactam Telluris notitiam habere valeamus: Primum est *perpetua Gentium migratio*: Secundum *Peregrinationum difficultas*. Tertium *veteris historiæ penuria, defectus & inconstantia.*

Ex perpetua Gentium migratione.

Frequentissima Gentium, præsertim priscis sæculis, migratio, & domiciliorum mutatio effecêre, ut Regionum, urbium, fluviorum, montium, Populorum nomina toties sint immutata. Ex hac confusione fit, ut Recentiores ambigant, disputent, & diversimodè doceant: Quisnam veterum locus hodiernis respondeat? Hæcne hodierna urbs cum illa veteri eodem loco sit condita? Hicne fluvius hodie ab isto quid discrepet veteri? Hinc error provenit in limitibus Regionum, num ii ritè se habeant, necne? Alius hunc terminum, Alius alium ponit; unde multùm incommodi sentiunt ii, qui in hoc stadio currentes, facilè retardari, aut in devios tramites abduci facillimè possint. Ac si fortè lubeat toties variatam priscorum temporum mutationem cum Antiquariis accuratè perscrutari, prô quantum, quàm vastum mare, plenumque erroribus, ingrediendum erit; Etenim veterum rerum plerarumque memoria ad nos pervenit perquàm parcè, & obscurè, eaque non nisi per partes & variis monumentis est dispersa; ut perquàm difficulter in unum colligi, & perspicua oratione prodi res illæ possint. Longi porrò temporis vitio immane quantum penè omnia se mutavêre: ut campos nunc videas, ubi Troja fuit, aut urbes populo-

pulosas ubi horrida sylvis latuerant spelæa ferarum: alia rursùs mari & fluctibus absorpta, alia terræ motibus eversa, alia inculta hodie & derelicta, alia vi militari diruta, destructa, & Solo æquata. Unde iterum multa caligo animis objicitur, nullo fermè suppetente conjecturis subsidio: imò tenebris potiùs nascentibus ex iis, quæ oculis nostris nunc sunt subjecta fidelibus. Eo fit, ut vetera illa soli, qui antiqua monumenta quælibet summo studio tractare, & accurata mentis acie dispersa colligere, atque judicare solent, assequi utcunque sint idonei. Quanti enim est? confusis ordinem, obscuris lucem, obsoletis nitorem, defunctis vitam restituere? quàm paucis hoc præstare datum est? ideò pauci in tanto scripturientium numero inveniuntur, qui veterem Geographiam illustrare conati sint, multi pauciores, qui in ea coordinanda operæ pretium fecerint, nisi tantùm ad intelligenda scripta, quæ supersunt ex opere prisco. A tantis molestiis & laboribus, imò & erroribus, vacua omnino est recentis omnis terræ descriptio, non prout fuit, sed prout nunc est, non tot amplius Gentium migrationibus obnoxia: aut si nunc etiam ex *Europa* in *Indias* utrasque fiant, eæ notæ satis omnibus sunt, & continuis Literis ultro citróque terrâ maríque commeantibus manifestæ fiunt *Novo Orbis Nuncio*, aut P. Stöcklein, aut aliorum, ad meliorem orbis notitiam utilissimè continuando.

Ex peregrinandi molestia.

Peregrinandi verò molestia, difficultas, & neglectus, quanto in orbis cognitione indagandâ Veteribus impedimento fuerit, vel ex hoc fundamento apparet. Peregrinandum siquidem erat, vel maritimo, vel pedestri itinere. Maritimum iter exigebat Magnetem, cujus usu destituebantur, multis demum sæculis, post natum Christum, invento. Carebant iidem Pyxidis Nauticæ artificio, cujus ignorantiâ vasto pelago sese committere non audebant. Cursum suum quidem dirigebant ad Ursam majorem vel minorem; sed cùm hæ constellationes sæpiùs obductæ nubium caligine non apparerent, ignorabant Nautæ, ubi marium, terrarum ac Gen-

tam Mari, quàm Terra

Gentium verſarentur. Et hæc prima cauſa fuit, quæ Veterum iter maritimum ſufflaminavit: altera, quod eo tempore *Naves* tantùm *Actuariæ* in uſu fuerint, ſcilicet tales, quæ remis agebantur; ſine remis enim navigare non poterant, ut conſtat ex C. 1. *Jonæ*. Tertia, quod Mare Mediterraneum, vix autem aliud, Veteres auſi fuerint ingredi & obnavigare, relicto Oceano Occidentali. Quarta, quod oras & littora tantùm Maris legerint, medio Mari non facilè ſeſe committentes, ut ex navigatione S. *Pauli* Act. 17. colligitur, aliiſque hiſtoriis antiquis.

Terreſtre iter non minùs iis difficile fuit. Nam nec Poſtæ univerſales, nec Carafanæ, nec alii conductus inſtituti, nec viæ complanatæ, nec abditi ſylvarum, montium, & rupium receſſus patefacti. Unde non audebant *Africæ* partes interiores inviſere, partim ob venenatas beſtias ibidem oberrantes, partim ob frequentes aridarum arenarum tumulos, quibus vento commotis, & in altum ſublatis peregrinantes, imò ingentes ſubinde exercitus oppreſſos, tectos, & ſepultos fuiſſe ex *Strabone*, *Herodoto*, aliiſque Hiſtoricis colligimus. Hancque cauſam non ultimam multi eſſe arbitrantur, quod tanti defectus apud Veteres ſcriptores *Eratoſthenem*, *Strabonem*, *Plinium*, *Ptolemæum*, *Solinum*, *Dionyſium*, *Melam*, & alios in Geographia reperiantur; Ex peregrinandi illa difficultate Terra Marique, ſuſpiciones ſolùm ortæ ſunt terrarum, necdum cognitarum, non experientia. Nec enim nunc moror *Atlantidem*, *Platoni* proditam, aut illos S. *Clementi* Papæ Romano in Epiſt. ad Corinth. memoratos trans Oceanum mundos, aut denique felices *Phœnicum* & *Carthaginenſium* ultra Herculis columnas navigationes, & quæ his ſimilia. Platonicis enim illa fabulis ſimillima, ſaltem incertiſſimæ fidei: & Mundi *Clementis* transmarini, nihil fortè ſunt aliud, quàm *Britannicæ*, aliæque Oceani Borealis Inſulæ, etſi aliter videantur accepiſſe *Origenes*, *Hieronymus*, *Epiphanius* & *Photius*. Navigationes poſtremò *Phœnicum* & *Carthaginenſium* ultra Gades, perrexiſſe ad Inſulas Canarias, Fortu-

Fortunatas, & Capitis Viridis, ut non eſt vero abſimile, ita ulteriùs iviſſe, fidem indubitatam haud meretur. Quamvis potuerint, imò etiam debuerint jam tum olim ſaltem ſapientioribus, ſuſpiciones enaſci, de vaſta Telluris trans Oceanum amplitudine, vel ex eo, quod cœteroquin altera pars Telluris alteri nimiùm præponderaret, atque ita centrum magnitudinis Terræ cum centro univerſi non poſſet convenire. Eo ſanè argumento ducti plures hujus temporis non dubitant profiteri, Terram Auſtralem, quam vocant incognitam, inſigni eſſe magnitudine; niſi fortè perpetuæ rupes pondere ſuo magnitudini quid detrahant. Veruntamen certùm eſt ſuſpiciones hujusmodi, ſi modò ulli, notas paucis; vulgo verò hominum non veniſſe in mentem. Quidquid ſit, nihil de horum omnium poſitu quidquam certi eſt monumentis antiquis traditum, adeoque Geographorum ingenia olim vexare non potuit illud, quod ne quidem illis in mentem venerat, aut venire poterat. Sanè ſi peregrinationes olim, ut noſtris temporibus, frequentatæ fuiſſent, majorem Terræ longitudinem, quàm 180. Graduum annotâſſet *Ptolemæus*, nec terminum Terræ ultimum versùs occaſum Inſulas Fortunatas ſeu Canarias poſuiſſet: *Pomponius Mela* Mare Caſpium eſſe Oceani Scythici ſinum affirmâſſet. Nec alii Veteres Zonam Torridam inhabitabilem aſſeruiſſent, aut cum S. *Auguſtino* & *Lactantio* dari Antipodes negâſſent. Quos profectò errores, etiam virorum ſapientiſſimi, non errâſſent, ſi illorum navigationes hodiernis noſtris navigationibus, & peregrinationes noſtris fuiſſent ſimiles. Adeò ut negari non poſſit, hâc ætate noſtrâ plurimos recentiores, paſſim per univerſum orbem magis detectum, genuinam locorum menſuram, ſitúmque prodidiſſe, quousque negligentior antiquitas non pervenit; ita ut tam ad Aſtronomiæ, & Rei Nauticæ, quàm ad communem vitæ ſocietatem & uſum, Geographia moderna eſſe exculta, & longo certè intervallo noſtra tempora iſthâc in re ævum *Tychonicum*, & *Ptolemaicum*, multò magis *Eratoſthenis*, aut *Hipparchi* ſæcula ſuperâſſe

Errores veterum defectu peregrinationis.

râſſe videantur. Tantò magis, quantò majora Indies capit incrementa, dum magna cum æmulatione Nationum diverſarum creſcit labor plurimorum, ex quo *Indiæ* Orientalis & Occidentalis *Americæ*, ac tot Inſularum Oceani cognitio, ducentorum & amplius annorum intervallo, acceſſit. Creſcit etiam paulatim magis magisque indefeſſa navigantium induſtria, novis ſubinde terris, tum versùs Polum Arcticum, tum Antarcticum ſeſe aperientibus, quæ omnia doctiſſimos quosque veteris ævi latuerunt. Quamvis non negem, in multoties jam repititis totius Terræ & Oceani quoad longitudinem circumnavigationibus omnem peregrinationis inſcitiam & moleſtias non ita eſſe ſublatas, ut non adhuc quædam terræ partes hactenus incognitæ nos fugiant. Teſtantur *Batavorum* Annales, qui tot vicibus tentârunt iter in *Chinam* & Inſulas *Indiæ* Orientalis longè breviori curſu per mare Glaciale versùs Polum Arcticum inſtituêre; ſed infeliciſſimè res ſucceſſit, maximè in ultima illa navigatione, ubi pauci vivi re infectâ ad ſuos rediêre. Unde nec hodie adhuc noſtris conſtat, num aliquo Iſthmo noſtra continens cum novæ Terræ continenti cohæreat, nec ne. Similiter in oppoſita Auſtrali parte versùs Polum Antarcticum, *Luſitani*, *Hiſpani*, *Angli*, *Hollandi* navigationes plures direxerunt, ut novas terras acquirerent, quales quidem multas longo tractu detexerunt; ut novam *Hollandiam*, novam *Zeelandiam*, *Carpentariam*, *Diemenlandiam*, *Quirianam*, Terram *Ignium*, ſed interiora earundem Regionum, ob minorem ſpem lucri, quod ex *Indiis* abundè collegerunt, intrare neglexerunt, relicta poſteris illuc commeare volentibus cupidine, immenſorum ſumptuum, moleſtiarum, & operæ tantæ pretium dignum non judicantes. Tantùm etiam nunc peregrinandi difficultas impedivit.

Neque hodiedum adhuc omnia perſpecta circa Polos.

Denique ex defectu Veteris Hiſtoriæ.

His denique accedit Veterum Hiſtoriarum penuria, defectus, & inconſtantia, eaque multis fabulis innexa, quia videmus, quod quæ ab Ethnicis ſcriptoribus aut Chaldæis, aut Arabibus, aut Græcis, ante Romam conditam, literarum monu-

monumentis ſunt tradita, pleraque vanis commentis eſſe involuta. In reliquis non deeſt abundans diſſonantia, quæ viris eruditis negotium ſæpè faceſſunt, unde impeditum opus emergit. Quod tamen tantùm abeſt, ut ab hoc ſtudio nos deterreat, ut potiùs nos induſtriores & attentiores faciat ad Geographiæ recentioris certiora ſubſidia, ad relationes nimirùm Legatorum ex aulis Imperatorum & Regum collectas, ad privatas etiam Nobilium peregrinationes hujus temporis, ad accurata Diaria Navarchorum in Oceano. Cujus ſi jucunditatem ſpectare velimus.

Reliquas Geographiæ difficultates ſtudii jucunditas ſuperabit,

Quid liberiori animo jucundius? quàm ſi abſens remotiſſimas oras adſpicere, ſitum earum cognoſcere, Aulæa Regum, Conventus Principum, ac Gentium diverſiſſimarum mores, ritus, diſciplinas, Leges, inſtituta, conſuetudinesque intueri, & quietus Domi ſedens totum orbem circumnavigare poſſis. An non jucundum magis? quàm tot itinerum moleſtiis, periculis, & ſumptibus tenuem aliquam rerum exterarum cognitionem laborioſiùs conquirere, faciliori negotio obtinendam, per experientias multorum jam captas, & fide probatorum Authorum roboratas. Præterquàm, quod non omnium facultates ſumptuoſa concedant itinera, neque etiam omni periculo, tum bonorum, tum vitæ, vacet per omnes mundi partes oberrare, multasque urbes, & in iis conſuetudines peragrando luſtrare; idcircò in hac Geographia delineationem Terræ totius, ejusque Imperiorum, Regnorum, Provinciarum, Gentium, & Urbium præcipuarum collegimus, quam, qui ſequi volet, eum à peregrinandi labore, periculis, atque impenſis liberavimus.

& utilitas notitiæ Locorum.

Jucunditatem hanc ſequitur utilitas in hiſtoriæ terrarum lectione, quam *Polybius* & *Thucydides* præcipuè commendant, ut ex ipſo ſitu locorum cognoſcantur occaſiones bellorum, fœderum percuſſorum, aut ruptorum, amicitiarum & inimicitiarum: item diverſiſſimæ adminiſtrationes annonæ, morum, armorum, imperiorum, quæ ex diverſo regionum ſecundùm hanc vel illam mundi plagam poſitu oriuntur.

Ad facienda fœdera aut bella.

Siquidem aut fœderum amicorum, aut hoſtilium odiorum ſemina ferè ex nationum, populorum, & urbium vicinia, vel diſtantia, utriſque vel proficua, vel nociva, propullulant, & enaſcuntur. Sic acerrima olim *Catonis* cum *Scipione Naſicâ* in conſultatione Romanâ concertatio fuit de *Carthagine* delendâ aut conſervanda, quorum Alter *Carthaginem*, tanquam perpetuæ felicitatis Romanæ æmulam, nimisque vicinam deleri, Alter verò eandem, tanquam Romanæ virtutis cotem conſervari volebat: *Catonis* graviſſimæ rationes ex unica ferè loci circumſtantia petebantur. Sic hodiedum diſſenſio inter *Hiſpanos* & *Anglos* de *Gibralterio*, *Portu Mahonis*, ad Hiſpaniam, de Inſulis *Antillis*, & *Georgiâ Carolinâ* in America, ratione ſitûs, his commodi, illis nocivi, bellum utrimque minitatur. Quæ quidem ſcitè intelligi non poſſunt, niſi quis locorum illorum ſitum accuratè ex Geographia cognoverit.

Ad ſtratagemata invenienda aut eludenda.

Quid dicam circa ſtratagemata in expeditionibus bellicis? quorum quantus ſit uſus hoc noſtro ſæculo, quis eſt, qui neſcit? at verò præcipuas eorum occaſiones loci ingenium, ejusque ſitus & conditio ferè aperire ſolet, ut is demùm prudentiſſimi Imperatoris nomen obtineat, qui hæc in ſuum uſum convertere novit, & conſilia præparare. Hoc in negotio noſtri ævi Duces ſæpiùs veterum fuêre æmuli, qui ſimilia & ſubinde aſtutiora Hoſti minimè cogitanti ſtratagemata objiciunt, quàm illud fuerat *Themiſtoclis* inventum, de Ponte *Helleſponti* occupando, quo *Xerxi* tantum terrorem incuſſit, ut relictâ *Græcia*, quam innumerabili ſuorum multitudine occupaverat, deſerto immenſo illo exercitu per anguſtiſſimas *Propontidis* fauces, quà venerat, reverti coactus fuerit. Quis autem caſus ſimiles nobiliſſimos ad felicem eventum producere audeat, niſi locorum notitia & ſituatione adjutus? Quis Mercatorum & Navigantium per totam Oceani vaſtitatem vias explicabit? aut immenſa commoda & lucra colliget? niſi ſituationes Inſularum & continentium omnium orbis terrarum perſpectas habeat, ut ſciat,

quò

quò naves dirigere, quibus viis & Mæandris redire securus valeat? quis locorum distantias, longitudines, & latitudines inter se comparabit? nisi Geographiæ subsidio totum orbem terra marique dimetiatur. Laborant in eo etiamnum Imperia, Regna, & Respublicæ potentissimæ, *Lusitani, Hispani, Galli, Angli, Hollandi*, in Oceano toto, & Insulis; in Terra verò *Ludovicus XV.* Rex Galliarum, qui tribus jam annis ex Academia Parisiensi Viros in Mathematicis exercitatissimos transmisit ad ultimos Regni Suecici fines & Norwegici, aliasque partes Boreales: item in Zonam Torridam Africæ & Americæ, ut Terræ sub Æquatore jacentis proprietates observationibus suis indagarent. Quorum felices successus plura, hactenùs fortè incognita, curioso orbi ad magnum rerum Geographicarum emolumentum aliquando manifestabunt: nos modò contenti simus iis, quæ cum *Ricciolo*, recentiores probati Authores ad meliorem novissimæ Geographiæ cognitionem collegerunt, ex itinerariis *Chardini, Thevenoti, Tavernieri, Monconysii, Montani, Dapperi, Dampieri, Zeileri &c.* Ex Geographia universali P. du Val, & de La Croix, & novissimis Literis PP. Missionariorum S. J. quas novus Mundi Nuncius, vulgo Weltbott, ex toto terrarum orbe adfert, communique Reipublicæ bono communicat.

Ad incognita feliciùs detegenda per novas experientias.

Et literas ex toto Terrarum orbe.

PARS I.
EUROPA.

Europæ præstantia.

EUropa minor quidem magnitudine cæteris orbis partibus, amœnitate tamen Regionis ac Zonæ temperatæ, fertilitate Soli, clementia Cœli, urbium copia, divitiis, mercimoniis, hominum induſtria, religione Chriſtiana, Scientiarum & Artium peritia, bellandi & imperandi gloria omnibus ſuperior.

Situs termini.

Terminatur à *Borea*, ſive ut Geographi loquuntur, à fronte, Mari Glaciali. Ab *ortu*, ſive à dextra, *Aſiâ* per *Propontidem*, Pontum Euxinum & Obyum fluvium. Ab *Auſtro*, ſive à tergo *Africâ* & mari mediterraneo ad Barbariam. Ab *occaſu*, ſive à ſiniſtra, Mari Atlantico & Germanico.

Longitudo Latitudo.

Longitudo ejus ſumma ab Hiſpaniæ Promontorio, Cabo S. Vincente usque ad *Obii* fluminis oſtium eſt milliarium Germanicorum 900. *Latitudo* maxima ab extremo Peloponeſi Promontorio *Tænaro* ſive Cabo Maini, usque ad Strickfinniæ promontorium Rutubas ſive Nortcaep eſt Milliarium Germanicorum 550 circiter.

Imperia & Regna.

Dividitur in 3. Imperia: *Romanum*, *Ruſſicum* & *Turcicum:* in 14. Regna. *Germaniam*, *Portugalliam*, *Hiſpaniam*, *Galliam*, M. *Britanniam*, *Daniam*, *Sueciam*, *Pruſſiam*, *Poloniam*, *Bohemiam*, *Hungariam*, *Neapolim*, *Siciliam*, *Sardiniam*. Et 4, Reſpublicas potentiores: *Hollandicam*, *Helveticam*, *Venetam*, *Genuenſem*. Quibus addunt alii respublicas minores: *Genevenſem*, *Raguſinam*, *Luccenſem*, *S. Marini*. Ducatus & Principatus quàm plurimos, inter quos eminent: ſtatus Eccleſiaſticus ſive Dominium Romani Pontificis cum multis terris Italicis & Avenionenſi in Gal-


EUROPAE
recens
DESIGNATIO
OCEANUS SEPTENTRIONALIS
NORT
ZEE
Circulus Arcticus
YSLANDIA
LAPPONIA
SUECIA
MARE GERMANICUM
MARE BALTICUM
ANGLIA
BRITANNICUM
LIVONIA
RUSSIA
MOSCOVIA
POLONIA
BOHEMIA
GALLIA
HISPANIA
ITALIA
Sardinia
Sicilia
Morea
Crimea
PONTUS EUXINUS
MARE NIGRUM
NATOLIA
ASIA
GEORGIA
ARMENIA
Astracan Regnum
Cazan Regnum
Sibiria
Petzora
MARE DE SALA
OCCIDENTALIS
OCEANUS
Estrecho de Gibraltar
AFRICÆ PARS
MARE MEDITERRANEUM
Cyprus I.
Transylvania
Podolia
Wologda
Lisbona
Sevilla
Malaga
Oran
Alger
Tunis
Malta
Trebysonda
Erzerum
Tauris
Kilan
Samara
Nagaia

lia regione: magnus Thusciæ Ducatus, Sabaudicus, Mediolanensis Mutinensis, Parmensis Mantuanus: Principatus Mirandulæ, Monacensis, Transylvaniæ, Moldaviæ, Wallachiæ, Chami Tartariæ Precopensis, status magni Magistri Equitum Melitensium, præter alios Ducatus, Principatus, Landgraviatus, Marchionatus, Comitatus & Baronatus innumeros.

Europæ Genius.

De Europæis, quidam scribit, mores pauci boni, multi mali sparguntur; sed malè. Mitiùs de iis loquitur Barclajus, licet tacito verborum involucro: Euphorm. ad Iconem animorum. In Europæorum moribus licet utilissima contemplatione versari, & naturæ divitias numerare, quæ tot habitus, mentiumque variarum impetus una membrorum similitudine obtexit.

INITIA ROMANI IMPERII.

Inter Europæ imperia celeberrimum est *Romanum*, cujus proinde initium prælibare libet.

Regnum Romanum.

Initium Romani Imperii rude dedit *Romulus* Romanæ Fundator urbis, & regni, non Imperii, ab exitu 2dæ olympiadis Anno 735. ante Christum. Hoc Regnum Romanum in septimo Rege *Tarquinio* superbo post 244. Annos exspiravit, & devolutum ad *Consules* usque ad *Julium* Cæsarem primum Romani Imperii Fundatorem, sub quo incepit quidem Romana potentia summum apicem conscendere, sed per intestina bella multùm infirmata fuit *Pompejo* æmulo, usque dum in *octavio Augusto* maxima fieret, tempore *Christi* nati Salvatoris, *Regis Regum*, ac *Principis Pacis* sub universali orbis pace.

Imperium Romanum.

Ampliatio Imperii Rom.

Extensio ejus maxima fuit sub dicto *Augusto* usque ad *Trajanum* Imperatorem ita ut à Mari Mediterraneo in oceanum Occidentalem se se diffunderet, ac includeret Insulas Britannicas, Hispaniam, Galliam, Germaniam ad Danubium & Rhenum, Italiam, Græciam, Natoliam, Palæstinam, Ægyptum, Barbariam, mare rubrum, Persicum, Archipe-

chipelagum, Propontidem Pontum Euxinum, Mare Caspium &c. & longitudo ejus ad 3000. milliaria, latitudo ad 1500. milliaria propagaretur. Nicephorus & alii numerabant ſub *Auguſto* 260360000 ſive ducentos ſexaginta milliones, trecenta ſexaginta millia hominum: militum armatorum terra marique 400000. ordinariè præter præſidia in Urbibus.

DIVISIO ROMANI IMPERII.

Diviſio Imperii Rom.

Imperium Orientale.

Hæc nimia vaſtitas Imperii diviſa eſt in duo Imperia ſub Filiis *Theodoſii M. Arcadio* & *Honorio* Anno Chr. 395. *Arcadius* accepit *Orientale*, cujus ſedes fuit Byzantium, à *Conſtantino* M. Conſtantinopolis, à Turcis *Stamboul* dicta. Duravit Annis 1058. ab *Arcadio* usque ad *Conſtantinum Palæologum*, qui periit in expilatione & ſtrage Conſtantinopolitana per *Mahomet II.* Anno 1453. & ſic Imperium Orientale occupatum eſt à Turcis usque modo. *Regnum Hieroſolymitanum* quidem Chriſtianis Anno 1099. aſſertum per generoſitatem *Godifredi de Bouillon*, ſed ultra 88. annos non duravit cum magno luctu totius Eccleſiæ usque ad annum Chriſti 1187. *Galli* etiam ceperunt *Conſtantinopolim* Anno 1204. ſed non diu retinuerunt à Trapezuntina Provincia Trapezuntinum Imperium dictum, nunc verò Turcicum.

Imperium Occidentale.

Honorius accepit *Occidentale*, cujus ſedes eſt *Roma.* Poſt hunc magis & magis diſcerptum eſt Imperium Occidentale per *Alaricum* Regem Gothorum deinde per *Attilam, Flagellum DEI*, Regem *Hunnorum* & *Genſericum* Regem *Wandalorum.* *Africa* enim occupata eſt per *Wandalos, Hiſpania* per *Wiſigothos* ſive Occidentales. *Gallia* per *Francos.* *Britannia* per *Pictenſes* & *Anglo-Saxones.*

RESTITUTIO ROMANI IMPERII.

Diſcerptio Imperii.

Italia per Regem *Herulorum* & *Oſtrogothos*, ſive Orientales, qui à magna *Scandinavia* versùs *Aſiam* torrentis inſtar

ſtar perruperunt in *Italiam*: duravit eorum regnum in Italia Annis 92. deinde per *Lombardos*, quorum regnum in Italia duravit Annis 205. usque ad *Carolum Magnum* circa Annum Chriſti 800. ſub quo, ſuppreſſis Tyrannis, revixit Majeſtas Imperii Occidentalis, illudque adminiſtrârunt Reges Galliarum per Annos 112. Deinde *Ludovico IV.* ſine hæredibus mortuo devolutum eſt Imperium ad *Germanos* per *Conradum I.* Ducem Franconiæ, per *Saxones, Bavaros, Suevos* usque ad annum circiter 1260. Denique poſt aliquot annorum interregnum, & diſſidia *Quelforum* & *Gibellinorum* in Italia *Domus Auſtriaca* clavum Imperii arripuit per Comitem Habspurgicum *Rudolphum I.* Anno 1275. à quo tempore, paucis Exteris, ab initio interjectis, ab Anno 1430. permanſit in eadem *Domo Auſtriaca* Imperium Romano-Germanicum, usque ad *Carolum VI.* Imperatorem Glorioſiſſimè regnantem hoc ſæculo XVIII.

Reſtitutio Imperii.

Conſervatio Imperii.

Natus is eſt Anno 1685. 1. Octobris *Carolus III.* Rex Hiſpaniæ promulgatus Anno 1703. 12. Septembr. Romanus Imperator Francofurti Electus & Coronatus Anno 1711. 22. Decemb. Rex Hungariæ coronatus Anno 1712. 22. Maji, & Rex Bohemiæ A. 1723. 5. Sept. imperet, regnet diu.

CAPUT I.

LUSITANIA ſive PORTUGALLIA.

Regnum Monarchicum,

Cujus modernus Rex eſt JOANNES V. Natus Anno 1689. 25. Novembr. ſucceſſit An. 1707. 1. Jan. Regiminis Annorum 31.

EX *Imperio Romano* diviſo nata ſunt *Regna* diverſa in Europa, incipimus à Luſitania, nunc Portugallia à portu Cale, quia proximior eſt *primo Meridiano*, à quo Regionum & locorum omnium Longitudo incipit.

Termini Luſitaniæ. *Luſitania* extremum ad Occidentem Europæ Regnum terminatur à Borea & ortu Regno Hiſpaniæ, ab Auſtro & Occaſu Mari Atlantico.

Longitudo Latitudo. *Longa* à Cabo de Vincente ad Gallæciam 80. Milliaria Germ. *Lata* à Mari Atlantico ad Hiſpaniam 50. Mill. Germ.

Fertilitas Terræ Luſit. *Terra* abundat Sale, Vino, Oleo, Melle, Cera, pomis citrinis, Aurantiis, Ficubus, Amygdalis, Caſtaneis aliisque fructibus nobilioribus, non frumentis, quia agricultura negligitur ab indigenis plùs mercimoniis quàm opificibus aut labori manuum deditis, ac licet fluvii, præſertim *Tagus* & *Mondego* aurum ferant, prohibitum tamen eſt, iſtud colligere, ne fodinæ Braſilicæ negligantur multò magis proficuæ.

Varii Domini Luſitaniæ. Ipſam Portugalliam primò occuparunt *Romani.* Romanos expulerunt *Alani.* Hos *Sueci*, ibidemque regnârunt *Gothi*, *Saraceni*, *Mauri*, tandemque Reges *Aſturiarum* & *Legionis* usque ad *Alphonſum VI.* Regem Hiſpaniæ, qui Anno



REGNUM PORTUGALLIÆ et ALGARBIÆ, cum finitimis Hispaniæ Regnis.
Septentrio
Meri dies
Occidens
Oriens
OCEANUS OCCIDENTALIS.
ATLANTICUS.
GADITANUM MARE
GALLÆCIÆ PARS.
Entre Minho Douro
Tralos Montes
REGNUM LEGIONIS
REGNUM PORTUGALLIÆ
Estremadura
Alentejo
EXTREMATURA
REGNUM NOVE CASTELLÆ
ANDALUSIÆ REGNUM
ALGARBIÆ REGNUM
Porto
Lamego
Viseu
Coimbra
Guarda
Ciudad Rodrigo
Castel Branco
Santarein
LISBONA
Portalegre
Alcantara
Albuquerque
Merida
Elvas
Evora
Badajos
Medellin
Truxillo
Beia
Sevilla
Tavira
Faro
Lago
C. S. Vincent
C. de Espichel
Minho R.
Douro R.
Mondego R.
Tajo R.
Guadiana R.

Anno 1094. *Theresiam* filiam suam dedit uxorem *Henrico* Comiti *Burgundiæ*, & ob præclara, quæ in *Maurico* Bello patrârat facinora, dotis nomine concessit, quidquid in Portugallia & Gallæcia Mauris eripuerat. Ex eo matrimonio natus *Aldephonsus I.* Olysiponam à Saracenis recepit, fugatis 5. Regibus uno prælio, pro qua re, Titulo Regio auctus Anno 1139. quinque scuta, uno insigni comprehensa posteris suis regni decus reliquit, secuti sunt nepotes non interrupto ordine usque ad *Sebastiani* Regis obitum in pugna Africana Anno 1578. ubi caducam in *Henrico Cardinali* regni possessionem, multis ad se trahentibus, sub ficta Sebastiani persona, tandem Anno 1580. Philippus II. Hispaniæ Rex adiit, ejusque posteri retinuerunt usque ad annum 1640. quo *Joannes Dux de Braganza* à Lusitanica nobilitate, jugum Hispanicum detrectante, unanimiter electus fuerat Rex Portugalliæ, quæ Familia hodiedum durat. Et si hæres masculus defecerit, Regina Marito extraneo regnum conferre potest juxta regni Leges. Primus hæres dicitur *Infans Brasiliæ*. *Armatura* quidem militum non adeò magna est, vix enim ultra 20000. mil. cogere potest, cum in duabus Indiis multa præsidia alere debeat, tamen tum Mercatorum divitiis, tum argenti & auri copia, potens est: cavet, ne Rex Hispaniarum vel nimis potens, vel debilis fiat. Regimen Monarchicum fúlcitur 4. Collegiis. 1. Judicio Regio. 2. Bellico & Pacis. 3. Cameræ Regiæ. 4. Cameræ Taxarum Mercatoriarum.

Aldephonsus I. Rex Lusit.

Annis 60. sub Hispania.

Reges Moderni Bragantini.

Eorum Potentia in nervo Belli.

Portugalli dicuntur arrogantes in Consiliis, magnifici in publicis, Astuti in negotiis; moribus tamen & naturæ conditione ab Hispanis non multùm diversi, licet aliquando mobiliores, promptiores, & excitatiores ad Galliæ genium accedant.

Patriæ Genius.

Insignes quoque milites terra marique, neque minùs ac Hispani Regni sui Dominium ex Europa in omnes orbis partes extenderunt. In *America* namque *Brasiliam* & regiones vicinas ac Insulas Cabo Verde & Azores. In

Dominia extranea.

Africa regni *Congensis* & Orientalis Oræ maritimæ partem non modicam. In *Asia* urbem *Goanam* cum suo Dominio: urbem *Malaccensem Macao*, *Dio*, *Insulas Moluccenses &c.* occuparunt, præter multas alias tum Insulas, tum urbes Indicas, quas ab Hollandis invasoribus & usurpatoribus prætendunt.

REGNUM PORTUGALLIÆ,

Dividitur in 6. Provincias, quæ sunt:

Divisio in Provincias.

I. INTEAMNENSIS intra *Durium* & *Minhium* fluvios influentes in mare Occidentale

II. TRANSMONTANA, *tra los montes*, ad fines Hispaniæ.

III. BEIRA, à mari occiduo usque ad *Tagi* littus versùs Hispaniam extensa.

IV. ESTREMADURA, *Extremadura*, sive cis Tagana, quam *Tagus* interfluit.

V. ALENTEJO, sive Trans Tagana, quam interfluit Guadiana fl.

VI. ALGARBIA, *Algarve*, ad ostia Guadianæ, mare Atlanticum & Occiduum usque ad Cabo de S. Vincente.

I. PROVINCIA INTERAMNENSIS *Entre Minho è Duero.*

Long. Lat.
° ′ ° ′
12.40. 41. 33.

BRAGA, *Braccara Augusta*, urbs Archi-Episcopalis, caput Provinciæ, olim sedes Gothorum Regum, ad fl. Cavado.

CAMINHA, *villanova de Cervera*, urbs munita ad fines Gallæciæ.

GUIMARANES, *Vimaranum*, urbs ampla ad flumen Aves cum Ducatu.

PORT

°　′　°　′

PORT à PORT, *Portus, Cale*, urbs Epiſc. & Emporium celebre ad oſtium Durii fl. *12. 31. 41. 0.*

VALENCIA, *Valenca à do Minho*, urbs munita ad fines Gallæciæ.

VIANA, *de Foz de Lima*, urbs cum portu ad oſtium Limiæ fl.

II. PROVINCIA TRANSMONTANA
Tra los Montes.

BRAGANZA, *Bragantia*, urbs vetus & nova caput Provinciæ, Domus Gentilitia modernorum Regum, cum Ducatu ad fl. Sabor. *14. 47. 41. 3.*

ALFAJATES, urbs munita ad fines Hiſpan.

ALMEIDA, urbs munita ad fines Hiſpan.

MIRANDA do DOURO, *Contium*, urbs Epiſc. munita arte & natura in rupe ad fines Hiſpan. *15. 5. 41. 17.*

CHIAVES, *Aqua Flavia*, urbs primaria inſigniter munita ad fl. Tamaga.

VILLA REAL, urbs Regia cum Ducatu ad flumen Zerere. *15. 2. 40. 50.*

TORRES NOVAS, *Turres Novæ*, urbs Epiſcopalis ad Durium fl.

PINHEL, urbs munita ad flumen Coa.

III. PROVINCIA BEIRA.

COIMBRA, *Conimbrica*, urbs ampla Epiſcopalis cum Academia celebri Olyſſipone huc translata, ad Mondego fl. *12 39. 40.*11.*

AVEIRO, *Lavara*, urbs ad mare cum portu & ſalinis.

GUARDA, *Guardia*, urbs Epiſcopalis ad flumen Mondego. *13. 32. 40. 19.*

IDANHA, *Igæditania*, urbs antiqua olim celebris ad Ponſul fl.

13.27. 40. 5. LAMEGO, *Lameca*, urbs Epiſcopalis ad flumen Duero, ubi nobile vinum creſcit.

PEGNAMACOR, urbs cum arce munita.

13.26. 40. 19. VISEO, *Viſeum*, urbs Epiſcopalis in ſolo amœno & fructifero ad Mondego fl.

SALVATERA, urbs munita ad fines Hiſpaniæ.

CASTEL BRANCO, urbs munita non procul à finibus.

IV. PROVINCIA ESTREMADURA.

* 12. 0. 33. 40. LISABONA, *Ulyſſipo*, urbs ampliſſima caput totius Portugalliæ, ſedes Regia & Archi-Epiſcopalis, cum Portu celeberrimo & duobus caſtellis ad oſtium fluminis Tagi.

ALMEYRO, Palatium Regium ſive Arx Venatoria non procul à Metropoli.

11.59. 38.40. BELLEM, *Bethlehem*, Inſigne Monaſterium Hieronymitarum non procul à Metropoli ad oſtium Tagi, ubi eſt ſepultura Regum.

ALIUBAROTTA, *Algibaroca*, oppidum celebre à clade Caſtilianorum An. 1385.

12. 17. 39. 28. LEIRIA, *Calliponis*, urbs Epiſcopalis in ſolo fœcundo non procul à Mari.

12. 39. 39. 15. SANTAREIN, *Irenopolis*, aliis *Scalabis*, urbs ad flumen Tagum.

12. 25. 38. 30. SETUBAL, *Cetobrica*, urbs munita cum portu ad oſtium Cadaon fl.

V. PROVINCIA ALENTEJO
Trans Tagana.

13. 15. 38. 30. EVORA, *Ebora*, urbs ampla poſt Ulyſſiponam Primaria regni, Archi-Epiſcopalis cum Academia ad fl. Earana.

13. 45. 38. 31. AVIS, *Aviſium*, Arx prope Eſtremos, unde antiquiſſimus Regni ordo Equeſtris nomen habet.

AR-


REGNI
HISPANIÆ
Delineatio.
MARE OCCIDENTALE
MARE GALLICUM
MEDITERRANEUM MARE
FRANCIÆ PARS
AFRICÆ PARS
FEZZÆ REGN
CASTELLA VETUS
CASTELLA NOVA
REGNUM ARAGONIÆ
CATALONIA
PORTUGALLIA
ESTREMADURA
ANDALUSIA
GRANATA REGNUM
MURCIÆ REG
VALENCIA
BISCAIA
NAVARRA
ASTURIA
GALLÆCIA
ALGARB REG.
ROUSSILLON
MADRID
Tolledo
LISBONA
Cadiz
Gibraltar
ESTRECHO de GIBRALTAR
Ceuta
Tanger
BARCELONA
CARTAGENA
GRANADA
Sevilla
Cordova
I. MINORCA
I. MAJORCA
I. IUICA
C. de Finisterre
C. de Roca
Oriens
Occidens
Septe ntrio
Meri dies

° ′ ° ′

ARRONCHES, *Arrucci Vetus*, urbs munita ad fines Hiſpan. ſupra Elvas ad Guadianam fl. 13.46. 38.32.

CAMPO MAJOR, Munimentum non procul inde.

ELVAS, *Helvis*, urbs Epiſcopalis, munitiſſima Portugalliæ ad fl. Guadianam. 13.49. 38.33.

OLIVENZA, *Oliventia*, urbs munita infra Elvas ad Guadianam fl. 13.44. 38.30.

OURIQUE, *Ager Orichienſis*, oppidum celebre à clade Maurorum An. 1139.

VILLA VICIOSA, *al. Viſoza*, urbs ampla olim Reſidentia Ducum de Braganza cum Arce Regia propè flumen Guadianam. 13.20. 38.29.

ESTREMOS, *Extrema*, urbs nova populoſa & bene munita, non procul ab Ebora. 13.16. 38.31.

BEJA, *Pax Julia*, urbs cum arce munita. 13.15. 37.54.

VI. PROVINCIA ALGARBIA.

Hæc titulo Regni gaudet, licet una ſit ex minimis reliquis Portugalliæ Provinciis.

TAVIRA, *Tavila*, Metropolis Regni munita cum Caſtro & Portu, ad mare Gaditanum. 13.12. 37.18.

FARO, *Pharus*, urbs Epiſcopalis cum Portu. 12.31. 37.14.

LAGOS, *Lacobriga*, urbs ad mare Gaditanum, Reſidentia Gubernatoris Provinciæ. Olim Portus Hannibalis. 12.4. 37.5.

SAGREZ, *Sagræ*, urbs cum portu ad Promontorium ſacrum, ſive Cabo de S. Vincente. 11.45. 37.0.

SILVES, *Sylvæ*, urbs mediterranea olim celebris, nunc autem neglecta, ob commodiora maritimarum urbium commercia. 12.8. 37.20.

In hoc regno Thermæ ſunt totius Hiſpaniæ celeberrimæ, & aër ſaluberrimus, præcipuè ad Cabo de S. Vincente, ſive ſacrum Promontorium, ubi *Henricus* Rex Portugalliæ & Algarbiæ ob aëris puritatem ſidera obſervavit, & cœleſti motu confirmatus excellens Aſtronomus, binas dimiſit

misit naves, quæ ad caput *Bojador* propè Insl. *Canarias* pervenerunt Anno 1420. iterumque tres alias An. 1420. quarum duæ Insul. *Maderam* repererunt, tertia ad serram Lionam 8. gradibus distantem ab Æquatore cum magno Portugalliæ emolumento penetravit, viamque fecit reliquis posteris usque ad Indos utrosque.

MEMORABILIA PORTUGALLIÆ.

Regia Palatia. Urbs tota Ulyssipo celebratur à magnifica ædium structurâ, situ amœnissima, præsertim ad Tagi ripas.

1. *Aula Regia*, Hinc prospectum habet in flumen patentissimum, inde in forum amplissimum, omni rerum pretiosarum apparatu instructa.

2. *La Bursa*, Mercatorum, cum armamentario & insigni Navali, ubi adornatur Classis Maritima pro Indiis.

3. *Domus Negotiationis* Indicæ utriusque.

4. Insigne Palatium, dictum *il Corpo Santo*.

5. *Villa Viciosa*, Domus Recreationis Regum non procul ab urbe Elvas.

Munimenta. *Pax Julia* ad Guadianam fl.

Ebora ad Tagum fl.

Elva ad Guadianam fl.

Miranda ad Durium fl.

Olivenza ad Guadianam fl.

Porto Cale, Ciudad de Puerto ad Durium fl.

Emporia & Portus. *Lisabona*, unde pretiosa in Europam deportantur per Naves *Caraque* dictas, cujus unius structura 127500. Imperiales excurrit.

Port à Port, cum urbe Calensi, *Vigos*, *Averro*, *Cascolis*, *Setuval* ad M. Occid.

Faro, *Lago*, *Tavira* ad M. in Algarbia.

Academiæ *Conimbricensis*, & *Eboracensis*.

Fluvii *Tagus* & *Mondego* ferunt arenas aureas.

Duero, *Minho*, *Lima*, *Guadiana* sive Anas.

CA-

CAPUT II.
HISPANIA.
Regnum Monarchicum
Cujus Modernus Rex est PHILIPPUS V. Dux Andegavensis, natus Anno 1683. 19. Dec. occupavit Hispaniam An. 1700. Rex agnitus An. 1725. 30. Aprilis.

PAnia Plinio à *Pane*, *Dionysii* Comite, *Teutonibus*, addito *His*, quod Occidentem sonat, *Hispania* placet: Hispanis ipsis ab *Hispali* urbe regni pulcherrima & Primaria. *Nomen Hispaniæ*

Hispania terminatur à Borea Mari Gallico & Britannico, ab Ortu Gallia, ab Austro Mari Mediterraneo, ab Occasu Mari Occidentali, & Portugallia. *Longitudo* ejus à Gadibus, Cadix, usque ad montes Pyrenæos est 190. Milliarium Germanicorum. *Latitudo* à Promontorio Gallæciæ, Cabo finis terræ usque ad Promontorium Murciæ; Cabo de Palos est 150. Mill. Germ. *Termini Regni.* *Longitudo Latitudo.*

In Borealibus partibus magis frigida est, ideoque minùs fœcunda, in Australibus vehementer exæstuat. Celebrantur ejus vina in Boreales Europæ Provincias, & in utramque Indiam usque deportari solita. Laudantur ejus Equi, Oves & Lanæ. Terra producit fructus optimos, poma aurantia, citrina, malogranata, mel, saccharum, oleum olivarum, alabastrum, argentum vivum, nec auro caret Hispania, quod tamen incolæ non amplius effodiunt, quamdiu Americanæ fodinæ illud copiosum suppeditant. *Fertilitas Terræ Hisp.*

Multa pars Hispaniæ interioris indiget cultoribus & Habitatoribus, partim quia subinde ad octingenta Millia Maurorum, & nongenta millia Judæorum expulsa sunt, *Incolæ Rariores.*

partim quia ad Indias utrasque multa hominum millia sæpiùs transportata, & adhuc ad conquiſitas plures in altero orbe Provincias emigrant, partim quia plerique Nobilitatem affectant, & dedignantur labores plebejos, ruſticanos, & opificia Interim ad magna quæque idonei ſunt, nec laudis eſt materia, in qua hæc Natio triumphos olim non dederit ſeu Pace, ſeu Bello.

Eorum Genius.

Famianus *Strada* de Bello Belgico, ait: Hiſpanica Natiò morum ubique retinens & Hiſpanorum. Fridericus *Marſelaer* in ſuo legato, inquit. *Hiſpani* ſtaturâ ſunt mediocri, ſupercilio elato, geſtu maſculo; ſermone oratorio, ùt inceſſu, ſic facto lenti, ab ebrietate & temeritate alieni, meliori fortunæ inhiantes, imò quaſi fiduciâ ſecuri in conſiliis cunctabundi & providi, recondita inprimis mente, pedeſtri militia laudatiſſimi, arma & pacem temporibus prudentiſſimè æſtimantes; ſed & corporis cultum amant, ſordésque palàm odêre, nec à patrio ritu facilè diſcedunt.

Regnorum ſucceſſio.

Hiſpania poſt *Celtiberos Gallos*, jugum *Romanum* ſuſcepit, à *Scipione Africano* ſubjugata, diviſáque in tres Provincias: *Bæticam, Luſitanicam, Tarraconenſem.* Donec circa annum Chriſti 409. *Gothi* ac *Vandali* eam invadentes, dictas Provincias in Tria Regna diſtribuerent. Poſt hos *Saraceni* ac *Mauri* circa annum Chriſti 702. Eam diviſerunt, aut potiùs diſcerpſerunt in 16. Regna ſcil. *Cataloniam, Arragoniam, Navarram, Biscajam, Legionem, Aſturiam, Gallæciam, Luſitaniam, Algarbiam, Andaluſiam, Granadam, Murciam, Valentiam, Eſtremaduram, Caſtiliam Novam,* & *Veterem,* ſub totidem Regulis. Quibus, & quàm nobiliſſimum hoc regnum laceratum fuerit, docent *Vaſcus, Mariana, Cluverius,* pluresque alii.

Regnum Cathol.

Atque ſic variè & miſerè diſcerpta gemuit Hiſpania per annos 780. donec tota redierit ad Gremium Eccleſiæ per *Ferdinandum V.* expulſis *Mauris* & *Saracenis* octingentis millibus Anno 1492. ac rurſus per *Philippum III.* Anno 1610. expulſis Judæis nongentis millibus, unde etiam poſteri

ſteri Reges Hiſpaniæ, *Catholici* ab *Alexandro VI.* Pontifice nominati ſunt, retentáque priora nomina Regnorum in unum Hiſpanicum, ſolo excepto Portugalliæ regno, coaluerunt, ita ut nunc ſit unus ac potens Hiſpaniæ Monarcha.

Hiſpaniæ potentia.

Dicitur 15. Milliones auri colligere ſingulis annis, & præter centum millia armatorum, duas claſſes ingentes marinas, unam in Indiis, alteram in mari Mediterraneo habere paratas.

Intra & extra

In India Occidentali poſſidet tertiam ferè partem & optimam totius Americæ, præter Inſulas Antillas & Canarias ad Africam. In India Orientali, Inſulas Philippinas, Marianas, Salomonicas, aliasque in magno numero valdè divites.

Præterea prætendit in Europa Portugalliam, Ducatum Britanniæ, Burgundiam, Belgium totum cum fœderatis Provinciis, Mediolanum cum tota Lombardia, Neapolim, Siciliam, Sardiniam, magnam partem oræ Barbaricæ in Africa, in qua modò poſſidet urbes & munimenta inſignia: Ceutam, Melillam, Oran, Marzalquivir, præter Inſulas Baleárides.

Regitur per 14. Regni Judicia, quæ ſunt:

Regimen Politicum.

I. COLLEGIUM STATUS, cui Rex ipſe præſidet, cum Regni *Grandibus*, *los Grandes* nominatos, quando Rex ait: *Tege caput pro te & pro tuis.* Horum Magnatum 3. ſunt Claſſes. Primi, qui ſe tegunt antequam loquantur Regi. Secundi, qui poſtquam inceperunt loqui, ſe tegunt. Tertii, qui ſe non tegunt, niſi ſe recipiant poſt colloquium à Rege.

II. CONSILIUM REGIUM, in quo cauſæ majoris momenti ultimatò deciduntur, non conceſſa amplius Appellatione.

Status ſecularis.

III. CONSILIUM BELLICUM, in quo per aliquot intimos Regis Conſiliarios, Generales & Gubernatores res Belli ac Pacis tractantur.

IV. CONSILIUM CASTILIANUM, in quo res Novæ & Veteris Castiliæ, Gallæciæ, Asturiæ, Biscajæ, Legionis, Estremaduræ, Andalusiæ, Granatæ, Murciæ, tractantur.

V. CONSILIUM ARRAGONICUM, in quo res Arragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, & Insularum Balearidum tractantur.

Regimen Politicum

VI. CONSILIUM ITALICUM, in quo res Italicarum Provinciarum & prætensionum discutiuntur.

VII. CONSILIUM INDICUM, in quo tum res Ecclesiasticæ, tum sæculares in utraque India diriguntur.

VIII. CONSILIUM ORDINUM EQUESTRIUM, in quo dissensiones ordinum pacificantur.

IX. CONSILIUM CAMERÆ REGIÆ, in quo Regis Reditus, aliæque Rationes exiguntur.

X. CONSILIUM THESAURORUM, in quo thesaurus Regis, eique propria observantur.

XI. CONSILIUM MERITORUM, in quo cujusvis merita notantur.

XII. CONSILIUM DEBITORUM, in quo omnium debita discutiuntur.

Status sæcularis.

XIII. CONSILIUM VENATORIUM, in quo Venationum ac sylvarum jura curantur.

XIV. CONSILIUM JUDICIALE Criminum publicorum in patenti campo.

Præter hæc 14. Consilia

Duo sunt, quæ ad graviora scelera compescenda multùm faciunt.

Primum, quod vocant *Sanctum Inquisitionis.* Hoc exquisitis, gravibusque suppliciis Judæos, & Hæreticos afficit.

Alterum *Hermandat* appellatur, quod eos, qui grave ac enorme aliquod facinus perpetrârunt, per fidos homi-

nes,

nes, sic indagat, ut fuga perpaucos à pœna sceleribus debitâ liberet.

Status Eccles.

ARCHI-EPISCOPOS, undecim numerat quorum primarii sunt: *Toletanus, Burgensis, Compostellanus, Hispalensis, Granatensis, Cæsar Augustanus, Tarraconensis, Valentiensis &c*

Episcopos 65. plurimos *Priores, & Abbates.*

Officia Regia

ARCHITHALASSUS Admirant de Castilia, primarius Minister Regis.

Vice-Reges aut Gubernatores Prov.

Magnates Regni, Grandes de Spagne

Equites Aurei Velleris de Toison.

Equites S Jacobi, de *Calatrava* de *Alcantara.*

Partes Regni

Hodiedum Hispania dividitur in 15. Provincias versùs 4. orbis Plagas.

A Borea Tres.

I. GALLÆCIA Regnum juxta Portugalliam.
II. ASTURIA Principatus Infantis.
III. BISCAJA, ditio ad mare Cantabricum.

Ab Ortu Tres.

IV. NAVARRA Regnum, nunc Gallorum.
V. ARRAGONIA Regnum.
VI. CATALONIA, Principatus.

Ab Austro Tres.

VII. VALENTIA Regnum ad mare mediter.
VIII. MURCIA, Regnum.
IX. GRANATA Regnum.

Ab Occasu Tres.

X. ANDALUSIA Regnum juxta Portugall.
XI. ESTREMADURA ad Extremaduram Portug.
XII. LEGIO Regnum.

In medio Hispaniæ.

XIII. CASTILIA vetus. XIV. CASTILIA nova, Regna.

In Mari,

XV. MAJORCA Regnum cum reliquis Insulis.

I. GALLÆCIA REGNUM.

Nunc Hispaniæ Provincia cum tit. Regni Terminatur à *Borea* Mari Gallico, ab Ortu Asturia & Legione, ab Austro Portugallia, ab Occasu mari Occidentali. Terra ad oras maritimas, tum Occidentalem, tum Borealem fructifera est & generosi vini ferax, in Mediterraneis montosa & sterilis. Attamen viscera montium producunt aurum, cuprum, ferrum, plumbum, Cinnabarim.

Urbes GALLÆCIÆ.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
12. 21.	42. 56.	S. JAGO, *Compostella*, urbs Archi-Episcopalis & caput Regni cum Academia inter fluvios Sarelam & Sar.
11. 23.	42. 18.	BAYONA, urbs cum portu & sinu Modico, non procul ab ostio Minii fl.
11. 13.	43. 20.	CABO de FINIS TERRE, Promontorium Artabram celebre apud Navarchos.
12. 28.	42. 24.	CORUNNA, *Coronium*, urbs elegans & munita cum portu & duobus castris.
11. 20.	43. 10.	FERROL, *Ferolium*, portus Europæ optimus & maximè securus.
13. 54.	43. 1.	LUGO, *Lucus Augusti*, urbs Episcopalis ad Minium fluvium.
13. 58.	43. 51.	MONDONEDO, *Mindon*, urbs Episcopalis ad fl. Valinadares.
		PADRONO, *al. Iria flaviâ*, urbs ubi corpus S. Jacobi appulit.
12. 13.	42. 33.	ORENSE, *Auria*, urbs Episcopalis ad Minium fl.

PON-

	Long.	Lat.
	° '	° '
PONTEVEDRA, urbs ampla & Residentia Gubernatoris Gallæciæ.		
VIGOS, *Vigum*, urbs cum portu ad Minium.		
TUY, *Tuda*, urbs Episcopalis ad Minium fl.	12. 20.	42, 24.

II. ASTURIA PROVINCIA.

Infantis Hispaniæ Primogeniti proprius Principatus, terminatur à Borea Mari Cantabrico, ab ortu Biscaja, ab Austro Regno Legionis, ab Occasu Gallæcia. Montosa quidem est, sed habet bona pascua & equos optimos, dividitur in Oviedanam & Santillanam primarias.

Urbes ASTURIÆ.

OVIEDO, *Ovetum*, vulgo *Asta*, caput Asturiæ, urbs Episcopalis cum Academia, inter Ove & Deva fluvios.	15. 20.	43. 25.
SANTILLANA, *Fanum S. Julianæ*, urbs cum Marchionatu ad M. Cantabricum.	17. 41.	43. 22.
SANT ANDER, Portus S. Emederi commodus.		
CABO de las PENAS, Nautarum scopus.		

III. BISCAJA PROVINCIA.

Terminatur à Borea Mari Cantabrico, ab Ortu Ditione d' Avila, ab Austro Castilia veteri, ab Occasu Asturia, Dives est ferri fodinis ac bitumine.

Urbes BISCAJÆ sive Cantabriæ.

BILBAO, *Flaviobriga*, urbs & caput Provinciæ, Emporium celebre Gallorum, Anglorum & Hollandorum ad Mare cum portu.	19. 2.	43. 30.
S. ANDERO, *Andreopolis*, urbs cum portu.	18. 0.	43. 35.
FUENTARABIA, *fons rapidus*, urbs munita cum portu in Peninsula.	20. 40.	43. 45.
LAREDON, urbs intra rupes cum duplici portu.	18. 22	43. 36.

S. SE-

20.25. 43.42 S. SEBASTIANI, urbs munita cum portu.

20. 4. 42,27. TOLOSETA, urbs & caput Guipuscojæ, sedes Gubernatoris ad radices Pyrenæas.

19. 21. 43. 4. VICTORIA, urbs & caput Alavæ Ditionis.

IV. NAVARRA REGNUM.

Eſt magna Regio inter Biscajam à Borea, Gaſconiam ab Ortu, Arragoniam ab Auſtro, Caſtiliam V. ab Occaſu, dividitur in ſuperiorem citra & inferiorem ultra montes Pyrenæos, hæc inferior eſt Gallorum, iſta ſuperior adhuc retinet nomen Regni Hiſpanici ac ſubdividitur in 5. parvas regiones, ſive *Mirindadas* per 5. urbes: *Pampelonam, Eſtellam, Olitam, Sangueſam, Tudelam,* Montoſa quidem eſt, ſed tamen ſatis frugifera.

Urbes NAVARRÆ HISPANICÆ.

20.52. 43.*0. PAMPELONA, *Pompejopolis*, urbs Epiſcopalis, & caput Regni, ſedes Vice-Regis, inter montes poſita cum arce munita, ad Argam fl.

20,40. 43. 2. ESTELLA, *Stella*, urbs munita inter fluvios Egam & Vreder.

20.30. 42,45. OLITA, *Ologitis*, urbs olim ſedes Regia, nunc minùs culta ad fl. Cidacos.

20,54. 42,36. SANGUESA, *Iturisſa*, urbs ad fines Arrogoniæ.

20.48 42. 3. TUDELA, *Tutela*, urbs munita ad confluxum Iberi & Queiles.

TAFALLA, urbs non procul à Pampelona.

LERIN, *Levinacum* oppidum cum comitatu.

RONCEVAUX, pars montium Pyrenæorum memorabilis, in cujus anguſto tranſitu *Carolus M.* Anno 755. cladem magnam paſſus eſt, amiſſo Duce Belli famoſo *Rolando* unde tot ſtatuæ Giganteæ & fabulæ in Germania.

V. AR-

V. ARRAGONIA REGNUM.

Dicta olim *Hispania Tarraconensis* magnis gaudebat Privilegiis, cùmque Regem Hispaniarum nominaret, hâc formula utebatur: *Nos, qui tantum valemus, quantum Tu, Te Regem constituimus, si Privilegia nostra custodias, Libertatem relinquas, aliàs non.* Sed *Philippus* V. Andegavensis An. 1708. jus hoc Arragonibus sustulit, eo quòd *Carolum III.* Regem suum declarâssent, legibusque Castilianis eos subjecit.

Arragonia unum ex maximis Hispaniæ regnis terminatur à Borea Navarrâ & montibus Pyrenæis, ab Ortu Catalonia, ab Austro Valentia, ab Occasu utraque Castilia. Terra ut plurimùm nitrosa est, & aquarum penuria laborat, valles tamen aliquæ feracissimæ frumenti; in montibus verò sal reperitur miræ dulcedinis, quasi saccharo temperatum.

Urbes ARRAGONIÆ.

	Long. ° ′	*Lat.* ° ′
ZARAGOZA, *Cæsar Augusta*, urbs ampla Archi-Episcopalis, cum *Inquisitione S.* & Academia ad fl. Iberum, Ebro.	21.30.	41.* 46.
ALBARAZIN, *Lobetum*, urbs Episc. ad Turiam fl.		
BALBASTRO, urbs Episc. ad Verium fl.	22.26.	41.56.
BENABARRI, urbs & caput Comitatûs Ribagorza.		
AINSA, urbs & caput Comitatûs Sobrarbiæ.		
CALATAJUD, olim *Bilbilis*, urbs ad Xalo fl.	20.40.	41.27.
DAROCA, urbs inter duos montes ad Xiloca fl.		
HUESCA, *Osca*, urbs Episc. cum Acad ad Isvela fl.	22. 0.	42.10.
JACCA, urbs Episc. ad radices Pyrenæas.		
TARRAZONA, *Turriason*, urbs Episc. ad Quejos fl.	11.14.	40.40.
TERVEL, *Terulum*, urbs Episc. ad Turiam fl.		

VI. CATALONIA M. PRINCIPATUS.

Dividitur in 17. Vigueries, sive Dominia & plures quàm

centum urbes muratas continet. Terra quidem montoſa eſt, tamen ſatis frumenti, vini & olei profert, præter Succinum, Amethyſtum, Lazolum, Cryſtallum, Alabaſtrum, Vitriolum, Sal, Ferrum, ac Corallia in ora maritima.

Terminatur à borea montibus Pyrenæis, ab ortu & auſtro Mari mediterraneo, ab occaſu Valentia & Arragonia.

Urbes CATALONIÆ.

Long. ° '	Lat. ° '	
23.46.	41.*26.	BARCELONA, *Barcino*, urbs ampla & caput Prov. Epiſcopalis, Emporium cum portu lato, & fortalitio *Mons Jovis*, quod Portum defendit.
		BALAGUER, *Balegarium*, urbs ad Segre fl.
		CAMPREDON, *Sebedunum*, urbs cum Caſtello.
		CARDONA, urbs cum Caſtro & Ducatu.
		CERVERA, urbs, in qua *Philippus V.* ob fidem ſibi præſtitam An. 1717. Academiam erexit.
24.40,	42. 0.	GIRONA, *Gerunda*, urbs Epiſc. cum Ducatu munita inter fluvios Oignar & Ter.
23, 0.	41. 37.	LERIDA, *Ilerda*, *Secoris*, urbs Epiſcopalis munita ad fl. Segre cum Academia
		MONSERRAT, Locus votivus celebris.
		PALAMOS, urbs munita cum portu.
		POBLET, *Populetum*, ubi in Monaſterio diviti erat ſepultura Regum Arragoniorum.
		PUICERDA, *Podium Caritanum*, urbs munita ad fines & caput Comitatûs Ceritaniæ.
		ROSES, *Rhodopolis*, urbs fortiter munita cum portu & fortalitio S. Trinitatis ad promontorium S. Crucis.
		SOLSONA, *Celſona*, urbs Epiſcopalis, ad fl. Ilobregat & Cardonier.
23.46.	41. 8.	TARRAGONA, *Tarraco*; urbs Archi-Epiſc. cum portu & Academiâ.
22.48.	41. 6.	TORTOSA, *Dertoſa*, urbs Epiſc. munita cum Caſtro ad Iberum fl.

VIC

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
VIC d' OSSONE, *Vicus Auſonenſis*, urbs Epiſc. ad flumen Ter.	24. 40.	42. 4.
URGELL, *Urgella*, urbs Epiſc ad radices Pyrenæas & fl. Selorium, Segre.	24. 6.	42. 34.

VII. VALENTIA REGNUM.

Regio maximè calida totius Hiſpaniæ & feraciſſima, in qua ſemper etiam Hyeme tum florentes, tum fructus ferentes arbores videntur, abundat oriza, vino, oleo, ſaccharo, pomis citrinis & aurantiis. Terminatur à borea regno Arragoniæ, ab ortu Catalonia, ab auſtro mari mediterraneo, ab occaſu Caſtilia & Murcia.

Urbes REGNI VALENTIÆ.

	Long.	Lat.
VALENTIA, urbs ampla Archi-Epiſcopalis cum ſede Pro-Regis, Academiâ & arce ad Turiam flumen, vulgo Quadalaviar.	22. 0.	39.*31.
ALICANTE, *Alone*, urbs & Emporium cum portu ubi vinum nobiliſſimum creſcit.	21. 23.	38. 45.
GANDIA, urbs cum Ducatu & Acad. ad Sinum.		
DENIA, urbs vetus cum arce & portu.		
MORVIEDRO, muri veteres ex ruderibus *Sagunti*.		
ORIGUELA, *Orcelis*, urbs Epiſc. ad Tederum fl.	21. 20.	38. 16.
SEGORVE, *Segobriga*, urbs Epiſc. ad Turulim fl.	21. 50.	39. 45.
VILLA HERMOSA, urbs cum Ducatu.		
XATIVA, *Setabis*, urbs cum arce ad fl. Xativa.		

VIII. MURCIA REGNUM.

Dicitur Hortus Voluptatis Regiæ, tum ob amœnos colles, tum ob fertilitatem vallium, abundat enim Pomis Citrinis, Aurantiis, Olivis, Ficubus, Amygdalis, Moris, Saccharo &c. Terminatur à borea Caſtilia, ab ortu Valencia, ab auſtro mari, ab occaſu Granata.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes REGNI MURCIÆ.

23.20. 38.10. MURCIA, urbs ampla & pulchra, caput Regni ac ſedes Regiminis ad Segura fl.

MONTE-AGUDO, Arx fortis in Monte vicino pro defenſione urbis.

ALMACAREN, *Almacara*, urbs ad oſtium fluminis Quadalentin.

CARAVACA, *Burgus S. Crucis*, urbs cum arce ad Segura fl.

21.14. 37.51. CARTHAGENA, *Nova Carthago*, urbs Epiſcopalis cum portu totius Hiſpaniæ nobiliſſimo,

LORCA, *Eliocrata*, urbs ad fl. Quadalent.

IX. GRANATA REGNUM.

Granatæ Regnum in longitudinem magis protenditur ad oram maritimam, quàm in latitudinem versùs montana, hinc tota à vicino mari magis fœcundatur aër & purificatur, Montes fundunt ſalutiferos fontes & Thermas calidas. Longa eſt 80. milliaria, lata tantum 30. mill. Terminatur ab occaſu Andaluſiæ parte orient. ab ortu Murciæ, ab auſtro Mari medit. ab occaſu Andaluſiæ parte Meridionali.

Urbes REGNI GRANATÆ.

18.19. 37.32. GRANADA, *Granata*, urbs Hiſpaniæ Maxima, à Mauris ædificata, ſedesque olim Regum, nunc Archi-Epiſcopalis cum regimine regio & Academia, perluitur fluviis Singilio & Darro.

ALHAMA, *Artegis Julia*, urbs munita, antemurale Granatæ, ubi Thermæ optimæ.

19.30. 36.57. ALMERIA, urbs Epiſcopalis cum Portu.

ALMUNNECAR, *Monoba*, urbs cum Portu.

ANTEQUERA, *Anticaria*, urbs magna & pulchra ad fl. Antequera.

BA-

Long. ° ' Lat. ° '

BAZA, *Basti*, urbs ad radices Montis.

GUADIX, *Colonia Accitania*, urbs Episcopalis ad Montana versùs Ortum. 17. 7. 37. 38.

LOJA, *Loxa*, urbs cum castro in rupe, ad flumen Zenil.

MALAGA, *Malaca*, urbs Episcopalis, & Emporium cum portu ac duobus castris munita ad ostia fluminis Quadalmedinæ. 16. 57. 36. 37.

RONDA, *Arunda*, urbs ad Tria flumina Guadiaro, Goza, & Quadalquavireo, cum arce in Monte excelso. 16. 5. 36. 31.

SALOBRENNA, *Selambrina*, urbs cum portu & castro munito in rupe, olim Maurorum Regum Thesaurarium.

SANTA FE, *Fanum S. Fidei*, urbs ad flumen Xenil.

X. ANDALUSIA REGNUM.

Regio fertilissima totius Hispaniæ præter fructus nobiliores, habet multas fodinas Auri, Argenti, Mercurii &c. Equos velocissimos & generosissimos. Terminatur à Borea Estremadura & Castilia nova, ab Ortu Murcia & Granata, ab Austro Mari Mediterraneo & Gaditano, ab Occasu Algarbiâ Portugalliæ.

Urbes REGNI ANDALUSIÆ.

SEVILLA, *Hispalis*, urbs ampla & pulchra Archi-Episcopalis, Emporium celebre cum castro antiquo *Alcazar*, & amplo suburbio *Triana*, ad fl. Bætis vulgo Guadalquivir. 15. 34. 37. 35.

ALMADEN, urbs ubi divites fodinæ Mercurii.

ARCOS, *Arcobriga*, Fortalitium cum Ducatu.

ANDUJAR, *Anduxaria*, urbs ad Bætin fl.

BAEZA, *Biatia*, urbs Episc. cum Academia non procul à Bæti fl. 18. 16. 38. 14.

CADIX, *Gades*, urbs Episcopalis in Insula, quæ Ponte jungitur Andalusiæ, Munita, Emporium celebre, ubi clas- 15. 18. 36. 30.

Long. Lat.
° ′ ° ′

classes Americanæ exeunt & revertuntur ex America. Supersunt in hac Insula duæ Turres antiquæ, Incolis Las Torres de Hercoles dictæ.

CASLONA, *Castulo*, & *Cacorla* sunt modicæ hodie Civitates, quæ olim constituebant Regnum *Jaen*, atque nunc quoque Titulo Regio Hispanico insignitæ sunt.

16. 54. 37. 56. CORDOUA, *Corduba*, urbs Episcopalis, ampla, Dives & pulchra ad radices montium Marianorum & fl. Bætim olim quoque Titulo regni insignita, ad quam pertinebant *Castro*, *Rio*, *Væna*, *Porcuna*, aliæque urbes in regione feracissimâ vini & frumenti cum S. Tribunali Inquisitionis.

16 27. 37. 35. EXIJA, *Astygi*, urbs Episcopalis ad Flumen Singulim.

16. 0. 36. 6. GIBRALTAR, *Calpe*, urbs fortiter munita cum portu ad Fretum Herculeum, hanc occupaverunt Angli An. 1704. Eamque à pace Ultrajectensi retinent, frustra ab Hispanis ante aliquot annos obsessam.

18. 4. 37. 57. JAEN, *Giennum*, urbs Episcopalis cum Castro ad Montana, non procul à Guadalbollon fl. Hic magna nobilitas Hispanica residet.

15. 10. 37. 11. S. LUCAR de BARAMEDA, urbs S. Lucæ cum portu ad ostia Bætis fl.

16. 30. 36. 20. MEDINA SIDONIA, *Asindum*, urbs cum Ducatu Familiæ de Guzman.

14. 56. 38. 45. MERIDA, *Augusta Emerita*, urbs ad Anam fl. vulgo Guadianam. Vide eandem in Estremadura.

ORSUNA, *Orsona*, urbs olim celebris cum Ducatu.

PALOS de Moguer, *Portus*, ex quo Columbus An. 1492. primo solvit ad detegendas novas Terras.

TARIFFA, *Julia traducta*, urbs cum Marchionatu & Portu.

18. 29. 38. 16. UBEDA, urbs cum arce, non procul à Bæti fl.

XERES de la Frontera, urbs celebris à Clade Gothorum An. 713. ad fl. Lethes in sinu Gaditano.

XI. ESTRE-

XI. ESTREMADURA.

Regio Hispanica, non tam fertilis quàm Portugallica vicina, subest Regimini Castiliæ novæ. Terminatur à borea regno Legionis, ab ortu Castilia, ab austro Andalusiâ, ab occasu Estremadurâ Portugalliæ.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

Urbes ESTREMADURÆ HISPANICÆ.

BADAJOS, *Pax Augusta*, urbs & caput Provinciæ, Episcopalis, munita duobus castris ad Guadianam fl. & fines Portugalliæ. *15 30. 38. 12.*

ALCANTARA, *Norba Cæsarea*, urbs munita ad Tagum fl. ord. Equestr. ej. nom. *16. 0. 39. 51.*

ALBUQUERQUE, *Albuquercum*, urbs cum Castro & Ducatu.

CALATRAVA, urbs ordinis Equestris ejusdem Nominis. *16. 30. 38. 40*

CORIA, *Cauria*, urbs Episcopalis cum Marchionatu.

GUADALOUPE, urbs & locus votivus celebris ad fines Castiliæ N. *16. 24. 38. 45.*

LERENA, urbs præcipua ord Equest. S. Jacobi, Episcopalis.

MERIDA, *Emerita Augusta*, urbs olim celebris, nunc non ita, ad Guadianam fl. aliis ponitur in Andalusia perperam. *15. 40. 38. 45.*

PLACENTIA, urbs pulchra Episc. ad Monasterium S. Justi, ubi *Carolus V.* abdicato Imperio decessit.

ZAFRA, urbs commerciis celebris ad Anam fl. *16. 4. 38. 3.*

XERES, *de los Cavalleros*, urbs olim Templariorum.

TRUXILLO, itidem urbs olim celebris nomine Turris Juliæ cum Castro.

XII. LEGIO REGNUM.

Nunc subest regno Castiliæ, Regio Sicca & infructifera, præ-

præterquam vino. Terminatur à Borea Aſturia, ab Ortu Caſtiliâ veteri, ab Auſtro Eſtremadurâ, ab Occaſu Gallæciâ & Portugalliâ.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

Urbes REGNI LEGIONIS.

16.32. 42.56. LEON, *Legio*, urbs & caput Provinciæ, olim Reſidentia Regum, nunc Epiſcopalis, in cujus Cathedrali 37. Reges Hiſpani ſepulti, ad Eſtala fl.

15.44. 42.28. ASTORGA, *Aſturiga*, urbs Epiſcopalis munita ad fl. Tuerto.

15.6. 41.10. CIUDAD RODRIGO, *Mirobriga*, urbs Epiſc. munita, ad fines Portugalliæ & fl. Agueda.

LEDESMA, *Bletiſa*, urbs à natura & arte fortiter munita.

MEDINA del CAMPO, *Methymna*, urbs dives commerciis ad fines Caſtiliæ & fl. Zapardiel.

16.45. 42 51. PALENCIA, urbs Epiſcopalis ad flumen Corrione & fines Caſtiliæ.

16.18. 40.56. SALAMANCA, *Salmantica*, urbs Epiſc. cum Academia ad fl. Tormes.

TOR de SILLAS, *Turris Syllana*, urbs ad fluvium Durium.

TORO, *Taurum*, urbs Epiſcopalis ad fluvium Durium.

16.51. 41.38. ZAMORA, *Sentica*, urbs Epiſcopalis munita ad fl. Durium.

XIII. CASTILIA VETUS REGNUM.

Regio Montoſa, ſed fertilis frugum, & vini generoſi ferax, habet bona pecorum paſcua, Lanam ovium optimam, ex quâ conſiunt panni pretioſi. Terminatur à Borea Biscaja, ab Ortu Navarrâ & Arragoniâ, ab Auſtro Caſtiliâ novâ, à qua per montana ſeparatur, ab Occaſu Legione.

Urbes

	Long.	Lat.
	° ′	° ′

Urbes CASTILIÆ VETERIS.

	Long.	Lat.
BURGOS, *Burgi*, quia ex multis Burgis concrevit urbs Archi-Episcopalis & caput regni ad fl. Arlanzon.	18. 28.	42. 26.
AVILA, *Abula*, urbs Episcopalis, cum Academia & celebri panni Fabrica ad fluvium Adajam.	17. 24.	40. 46
CALAHORRA, *Calaguris*, urbs Episc. ad confluxum Iberi & Cidalos fl.	20. 8,	42. 10.
S. DOMINGO de la CALZADA, *Calciata*, urbs intra montes ad Laglera fl.	20. 2.	42. 6.
FRIAS, *Frigida*, urbs cum Ducatu ad flumen Iberum,		
LERMA, urbs cum Ducatu ad flumen Arlanzon.		
OSMA, *Uxama*, urbs Episcopalis ad Durium fl.		
PEDRACA de la Sierra, *Italica*, urbs propè Segoviam, celebris natalibus Adriani Imperatoris.		
NAXERA, urbs cum Ditione Rioja ad Provinciam Alavam.		
SEGOVIA, *Segobia*, urbs Episc. ad Areva fl. cum arce Regia, hic optimus pannus fit.	17. 52,	40. 56.
SIGUENZA, *Seguntia*, urbs Episc. cum Acad.		
VALLADOLID, *Vallisoletum*, urbs Episc. cum Acad. ad fl. Arlanzon.	17. 12.	41. 42.

XIV. CASTILIA NOVA REGNUM.

Dicitur etiam *Toletanum* ab urbe primaria *Toledo*. Regio est in meditullio Hispaniæ, montibus ex omni parte clausa Tago & Guadiana fluviis irrigatur. Terminatur à borea Castilia veteri, ab ortu Arragoniâ & Valenciâ, ab austro Murciâ & Granatâ, ab occasu Andalusiâ & Estremadurâ.

Urbes CASTILIÆ NOVÆ.

	Long.	Lat.
MADRIT, *Madritum*, urbs amplissima sedes Regia,	18. 20.	40. 46.

Long. Lat.
° ′ ° ′

cum multis Magnatum Palatiis, ſummis Tribunalibus, & Academia ad fl. Manzanares.

18.47. 40.28. ALCALA, *Complutum*, urbs antiqua cum celebri Academia ad Henares fl.

EL CONVENTO de CALATRAVA, urbs ordinis Equitum ejusdem nominis.

BUEN RETIRO, EL PARDO, BALSAIN, LA CASA del CAMPO ſunt Palatia recreationis Regum circa Madritum.

18.54. 39. 2. CIUDAD REAL, *Civitas Regia*, & Epiſcopalis ad Guadianam fl.

19. 50. 39. 40. CUENZA, *Concha*, urbs Epiſcopalis inter montes ad fl. Suero.

ESCURIAL, Monaſt. S. Laurentii, Ord. S. Hieronymi, Regium Palatium & frequens aulæ commoratio, cum ſepulturâ Regum & Bibliotheca.

ARANJUEZ, *Aranguesium*, Palatium Regium in Inſula Zaramæ & Tagi fl.

18. 0. 39.* 52. TOLEDO, *Toletum*, urbs ampla Archi-Epiſcopalis cum Primatu, Academia, & arce Regia, ad Tagum fl.

XV. REGNUM INSULARUM BALEARIUM.

Hoc conſiſtit in 3. majoribus Inſulis, & aliquot minoribus circumjacentibus.

I. *Majorica.*

25. 10. 39.* 35. I. MAJORICA omnium maxima, longa eſt à Cabo de *Groſſer* Occidentali, ad Cabo de la *Pera* Orientale 18. Milliaria Germanica. Lata à Cabo de Salinas auſtrali, usque ad Cabo de Formentello Boreale 14. mill. caret fluviis, ſed ſcatet montibus & parvis fontibus.

25. 10. 39. 35. MAJORCA, *Palma*, urbs ampla Epiſcopalis, munita ad mare Auſtrum versùs cum portu.

AL-

ALCUDIA, urbs munita Ortum versùs. | Long, Lat.
POLLENCA, urbs olim celebris Rom. Colonia. | ° ' ° '
SOLARI, oppidum cum castro munito.

2. *Minorica.*

Ortum versùs 6. milliaribus à Majorica distans, pariter montosa Sylvestris, sed multò minor priore.

CITADELLA, urbs munita caput Insulæ, sedes Gubernatoris Anglici ab An. 1708. 27. 0. 40. 0.

PORTUS MAHONIS cum castro S. Philippi commodissimus Maris Mediterranei, & 4. oppidis.

3. *Yvica.*

Occasum versùs 9. Milliaribus à Majorica distans, magis frugifera.

YVICA, *Ebusus*, urbs munita cum portu. Reliqua Insulæ sunt meræ Salinæ. 23.38. 38 50.

4. *Formentera.*

Sive OPHIUSA, propter frequentes vexas Piratarum nunc deserta.

5. *Cabrera.*

CAPRARIA, nihil habet nisi arcem, in quâ Rei ex Majorca detinentur.

MEMORABILIA HISPANIÆ.

Regia Palatia.

Escuriale, verè Regium, Regum H. sepultura, à *Philippo II.* exstructum unà cum Monasterio S. Laurentii, & Canonicorum Collegio, & Bibliotheca celebri

Aula Regia Madritensis. Extra urbem plura Palatia recreationum & secessuum. *Buen Retiro*, *Balsain*, *La Casa, del Campo*, *El Pardo*.

Palatium urbis *Sevilienſis*, ubi subinde sedes Regia.

Cabo de Machicaca ad Biſgajam.
Cabo de Pennas ad Aſturiam.
Cabo de Ortegal ad Gallæciam.

CAPUT III.
GALLIA.
Regnum Monarchicum,
Cujus Modernus Rex eſt LUDOVICUS XV. natus Anno 1710. 15. Febr, ſucceſſit Anno 1715. 1. Sept.

Termini Antiqui.

GAllia olim erat amplior, quàm nunc. Romani illam diviſerunt in *Cis Alpinam Togatam*, mediam ſcilicet fermè partem Italiæ ab Alpibus usque ad Anconam, & in *Trans Alpinam* partim *Braccatam* Auſtralionem, partim *Comatam* Borealem, totum ſcilicet ſpatium intra *Alpes*, Montes *Pyrenæos* & *Rhenum*, *Moſellam*, Moſam fluvios.

Termini novi.

Nunc arctior facta eſt Gallia & complectitur ſolùm id, quod propriè appellatur Regnum Galliæ, ſive Franciæ Occidentalis, à Francis Orientalibus in Gallia trangreſſis. Clauditur à Meridie Mari mediterraneo, ab occaſu montibus Pyrenæis & oceano Aquitanico, à Borea oceano Britanico usque Calais, indeque ductâ Linea usque ad Lotharingiam, ab Ortu denique Lotharingia, Helvetia, Sabaudia & Pedemontio.


Longitudo

Latitudo.

Ab extrema Britannia Gallica usque ad oſtium fluminis *Vari* in finibus Italiæ eſt 180. milliarium Germanicorum. *Latitudo* à Montibus Pyrenæis Hiſpaniæ usque ad extremam Picardiam 170. milliarium Germ.

Diviſio Regni.

Gallia modò dividitur ab Anno 1614. in 12. Gubernamenta


REGNUM GALLIÆ MODERNA
Scala 30 Milliar. magnor. Gallic.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
ANGLIA
LONDEN
Rochester
Clocester
Northampton
Oxford
Buckingham
Salesbury
Canterbury
Sorham
Bristol
Plimouth
Southampton
Dorchester
Bodman
Manche de St. George
Pas de Calais
La Manche ou Canal
MARE
OCEANUS
I. Garnesey
I. Iarsey
St. Michel
NORMANDIE
Bayeux
Coutances
Caen
Lisieux
Evreux
Avranches
Seez
Cherbourg
le Havre
Dieppe
Roven
Amiens
Noyon
Boullogne
Calais
Arras
Tournay
Ypres
Gand
Bruxelles
Namur
Dinant
Ostende
Nieuport
Mastricht
Sedan
Treves
Cöln
Düsseldorff
Münster
GERMANIA
Coblentz
Dillenburg
Cassel
Maynz
Franckfurt
Worms
Speir
Philipsburg
Strasburg
Brisach
Fribourg
Huningen
Basel
Zurich
HELVETIA
BRETAGNE
Brest
Quimper
Malestroit
Port Louis
Vennes
Rennes
Nantes
St. Malo
St. Brieux
Belle Isle
I. Nermoustier
I. de Re
I. d'Oleron
PARIS
Versailles
Chartres
Montargis
Orleans
Blois
BEAUCE
Soissons
Meaux
Rheims
CHAMPAGNE
Chalons
Troyes
Langres
Metz
Nancy
Toul
Verdun
Sar-Louis
ALSATIA
BOURGOGNE
Dyon
Autun
Mascon
LYON
FRANCHE COMTE
Besançon
Dole
Bourg
BRESSE
Genev
SAVOYE
Chambery
ITALIA
Briançon
Grenoble
DAUPHINE
Valence
Embrun
Gap
Pignerol
Sisteron
Avignon
Digne
Glaudene
Vance
Monaco
PROVENCE
Arles
Aix
Marseille
Toulon
Frejuls
Grace
I. St. Marguerite
St. Honart
I. de Levant
Mare de Provence
MARE MEDITERANEUM
ANJOU
Angers
TOURAINE
Tours
SOLOGNE
Bourges
BERRY
POITOU
Poitiers
la Rochelle
Nevers
Moulins
BOURBONNOIS
Clermont
Riom
AUVERGNE
LIMOSIN
Limoges
PERIGORD
Perigueux
Angoulesme
Saintes
Bourdeaux
GUIENNE
Bazas
Condom
Agen
Cahors
QUERCY
ROVERGUE
Rodez
St. Flour
Aurillac
le Puy
Viviers
CEVENNES
Mende
Orange
Uzez
Nimes
Toulouse
LANGUEDOG
Narbone
Montpellier
Castres
Lodene
Agde
Beziers
Bayonne
Dax
Pau
Oleron
Tarbe
St. Bertrand de Cominge
Foix
Perpignan
Roussillon
Mont Louis
Monts Pyrenees
HISPANIA
Canal
R de Grone
Loire R.
Seine R.
Rhosne
Rhein

menta ſive Capitales Provincias, quibus accedunt terræ acquiſitæ extra fines Galliæ.

Natura Terræ.

Gallia Auſtralior ad Mare mediterraneum ſita, utpote calidior fructus nobiles gignit, oleum olivarum, & vina generoſa: item ſal & metalla: ad Germaniam verò & Belgium frigidior, vinum tamen adhuc generoſum, uti eſt Burgundicum & Campanicum, & frumentum copioſum producit, quæ per tria vicina ſibi Maria, Mediterraneum, Aquitanicum, & Germanicum in orbem terrarum vehit.

Genius Incolarum.

Galli plerumque ſunt liberi, excitati, affabiles; cæterum impetuoſi & inquieti, præſertim quando vincunt; ſuorum facta extollunt, ac propè adorant: excellunt tam in ſcientiis Politicis & militaribus, quàm artibus liberalibus & mechanicis: mille novitates & elegantias rerum identidem comminiſcuntur. *Sidonius* ait: Gallus hoſtis eſt omni hoſte truculentior, improviſus aggreditur, proviſus elabitur, ſpernit objectos, ſternit incautos, ſi ſequatur intercipit, ſi fugiat, evadit.

Botereus Gallus de ſuis ſympatriotis L. 5. inquit: irrequieta mens Gallorum & otii impatiens, nihil agendo malè agere diſcit. Idem Lib. 3. Galli facilè poſtquam civilis veſania deferbuit, ad ſanitatem redeunt, nihil tenaces veteris odii, ut nonnullis gentibus inſitum eſt, mendaci vultu obſequia & amicitias ſimulare, cùm alto pectore inteſtina odia inſculpta nutriant, eruptura cum ulciſcendi ſe dat opportunitas. *Marſelaer* in ſuo Legato. L. 1. ait: Galli ſermone faciles, inceſſu ac totius corporis motu agiles graciléſque, in congreſſu morumque civilitate effusâ quadam benignitate blandiuntur: inſignes ſunt Equites: in pugnis minaces, nec minùs metuendi, quia præcipites: denique ingenio, conſilio, moribus à moroſitate alieni.

Fundatio Regni & Succeſſio.

Gallia eſt Regnum Monarchicum à *Faramundo I.* & Chriſtianum à *Clodovæo.* Ejus Lilia non laborant, neque nent, id eſt, Fœminæ non ſuccedunt ex *Lege Salica.* Olim erat ſub jugo partim *Romanorum,* partim *Gothorum,* donec indi-

inclinante jam Imperio Rom. *Celtæ* Coloni Germaniæ inter *Rhenum, Oceanum* & *Albim,* deferendæ Germaniæ consilium inierint, dimicaturi pro aris & focis; hinc *Francorum nomen* pro socialis Belli Tessera sumpserunt. A *Faramundo I.* Rege maxima ejus pars occupata, totam *Clodovæus* 4. suis Filiis divisit, quorum tribus mortuis *Clotarius I.* totam rursus 4. itidem Filiis divisit; superstes ex iis *Clotarius II.* totam recepit, ac in posterius usque ad *Carolum Magnum* & deinde ad *Hugonem Capetum* duravit, à quo trigesimus secundus rectâ Lineâ prognatus est Anno 1710. qui nunc Galliis imperat *Ludovicus XV.*

Potentia Regni. Quanta sit *Galliæ Potentia*, patet ex ingenti armatura, quam *Ludovicus XIV.* ab Anno 1643. ad nostra usque tempora ferè semper exercuit, trecentis millibus contra multos hostes, Imperium scil. Romanum, Hispaniam, Angliam, Belgium & fœderatas Provincias Bellum sustentans terra marique formidabilis: Regii Proventus dicebantur excrevisse ad 200. milliones.

Status Eccles. *Gallia Christianissima,* numerat in toto suo Regno Archiepiscopatus 24. Episcopatus 110. Generales Ordinum 12. Abbatias 1370. Abbatissas 160 Commendarias Equitum Melit. 260. Parochias plusquàm 26000. Conventus Religiosorum 14950.

Status Secularis. Post Regem primus Princeps hæreditarius *Delphinus,* Dauphin, à Delphinatu dictus, quem sub ea conditione dono accepit Philippus Valesius, deinde Princeps sanguinis.

2. *Pares Franciæ* Instituti à *Carolo Magno*, quorum 6. sunt Ecclesiastici, 6. Sæculares. Ecclesiasticorum tres sunt Duces, tres Comites.

Duces Ecclesiastici Pares Franciæ.

Pares Franciæ.

Archi-Episcopus *Rhemensis*, de Rheims.
Episcopus Laudunensis, de Laon.
Episcopus Lingoniensis. de Langres.

Comi-

Comites Ecclesiastici.

Episcopus Catalaunensis, de Challon.
Episcopus Noviodunensis, de Noyon.
Episcopus Bellovacensis, de Beauvais.

Sæcularium.

Itidem Tres sunt Duces, Tres Comites.

Duces Sæculares.

Pares Franciæ.

Dux Burgundicus, de Bourgogne.
Dux Normandicus, de Normandie.
Dux Aquitanicus, de Guienne.

Comites Sæculares.

Comes Flandricus, de Flandre.
Comes Tholosanus, de Toulouse.
Comes Campanus, de Champagne.

Officiales Regis.

3. Gubernatores Provinciarum, quorum primus est Gubernator Parisiorum.
4. *Connetables*, l' Amirales & Mareschalli Franciæ.
5. Magnus Regni Cancellarius.
6. Magnus Curiæ Magister.
7. Magnus Eleemosynarum Præfectus. Sequuntur Duces Franciæ tum antiqui, tum novi.

Franciæ Duces Præcipui.

Duces Antiqui.

Dux Bourbonius, de Bourbon, ex qua Domo Modernus Rex.
Dux Aurelianensis, d' Orleans.
Dux Burgundicus, de Bourgogne.
Dux Andegavensis, d' Anjou.
Dux Bituricensis, de Berry.
Dux Narbonensis, de Narbonne.
Dux Britannicus, de Bretagne.

Dux Normandicus, de Normandie.
Dux Alvernicus, d'Auvergne,
Dux Aquitanicus, de Guienne.
Dux Turonensis, de Tours.
Dux Alensonius, d'Alen'con.
Dux Cenomanensis, de Maine.
Dux Valesius, de Valois.
Dux Nemosinus, de Nemours.
Dux Barrensis, de Bar, le Duc.

Franciæ Duces ab An. 1514.

Duces Novi.

Dux Vindocinensis, de Vendosme.
Dux Quisanus, de Guise.
Dux Monpenserius, de Montpensier.
Dux Nivernensis, de Nevers.
Dux Dunensis, de Dunois.
Dux Ventedornensis, de Ventadour.
Dux Monmorenciacus, de Montmorency.
Dux Maduanensis, Mazarin, de Mayenne.
Dux Elbovicensis, d'Elbeuf.
Dux Sparnonensis, d'Espernon.
Dux Bellofordiensis, de Beaufort.
Dux Bellgardiensis, de Bellegarde.
Dux Ricolocensis, de Richelieu.
Dux Valettensis, de Villebois.
Dux Brisacensis, de Brisac.
Dux Floriacensis, de Fleury.

FRANCIÆ PARLAMENTA.

Sive Conventus Juridici, qui tamen hodie plùs potestatis non habent, quàm quod Regi bona possint dare consilia, sunt illorum 10.

Parlamenta.

I. PARISIENSE in Insula Francia.
II. RHOTOMAGENSE, Rouen in Normandia.

III. RE-

III. REDONENSE, Rennes in Britannia.
IV. BOURDIGALENSE, Bourdeaux in Aquitania.
V. TOLOSANUM, Toulouſe in Linguadocia.
VI. AQUENSE, Aix in Provincia.
VII. GRATIANOPOLITANUM, Grenoble in Delphinatu.
VIII. DIVIONENSE, Dijon in Burgundia.
IX. PALENSE, in Bearnia.
X. METENSE, Metz in Lotharingia.

FRANCIÆ DYCASTERIA.

Conſilia Regia.

I. CONSILIUM BELLICUM pro Terra, Marique, cui Rex præſidet, Aſſeſſores Duces & Mareſchalli Franciæ.
II. CONSILIUM EXPEDITIONUM ad Provincias, Aſſeſſores, Dauphin, Principes ſanguinis, cum 4. Secretariis.
III. CAMERA REGIA CENSUUM, Aſſeſſores M. Regni Cancellarius, cum ſuis.
IV. CONSILIUM STATUS, Aſſeſſores Cancellarius, cum 24. Conſiliariis Statûs & Theſaurario.
V. CONSILIUM SUPPLICATIONUM, Aſſeſſores 86. Supplicationum Magiſtri, cum uno Procuratore.
VI. CONSILIUM APPELLATIONUM, in quo Cauſæ Privatarum Perſonarum deciduntur.
VII. MAGNUM REGIUM CONSILIUM, ubi res totius regni tractantur, Præſidentes 8. cum duobus Generalibus Advocatis & Procuratore.

PROVINCIÆ CAPITALES ſive GUBERNAMENTA XII.

Tria in medio Franciæ.

Partes Galliæ

I. ISLE de FRANCE, Inſula Franciæ.

II, ORLEANOIS Præfectura Aurelianensis.
III. LYONOIS, Præfectura Lugdunensis.

Tria ad Boream & Canalem.

IV. La BRETAGNE, Britannia Minor.
V. La NORMANDIE, Normannia.
VI. La PICCARDIE, Piccardia.

Tria ad Ortum versùs Germ.

VII. La CHAMPAGNE, Campania.
VIII. La BOURGOGNE, Burgundiæ Ducatus.
IX. La DAUPHINE, Delphinatus.

Tria ad Austrum versùs M. Medit.

X. La PROVENCE, Provincia.
XI. La LANGUEDOC, Linguadocia.
XII. La GUIENNE, Aquitania.

Extra Galliam acquisita à Lud. XIV.

Ad Boream in Belgio.

Extra Galliam Acquisita,

ARTOIS, Comitatus Artesiæ.
Pars Comitatûs Flandrici.
Pars Comitatûs Hannoniensis.
Pars Comitatûs Namurcensis.
Pars Ducatûs Luxemburgici.

Ad Ortum & Germaniam.

Pars Lotharingici Ducatus.
Landgraviatus Alsatiæ.
Franche Comte Comitatus Burgund.

Versùs Hispaniam.

Comitatus Ruscinonensis, Roussillon.

I. INSULA FRANCIÆ, ISLE de FRANCE.

Primaria Galliæ Provincia, licet minima, ſita eſt inter duos fluvios *Marne* & *Oyſe*, *Sequana* concurrente. Concluditur à Borea Piccardiâ, ab Ortu Campaniâ, ab Auſtro Aurelianâ, ab Occaſu Normanniâ. Dividitur in 10. parvas regiones: Isle de France, La Brie François, Gaſtinots, L'Hurepoix, Le Mantois, Le Vexin François, Le Beauvais, Le Valois, Le Soiſſonnois, Le Lionnois.

URBS PRIMA IN INSULA FRANCIÆ.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

PARIS, *Lutetiæ*, urbs ampliſſima caput totius Regni, Archi-Epiſcopalis, Sedes Regia, Emporium totius Europæ celeberrimum cum Academia, ad *Sequanam*, Seyne fl. cui nihil deeſſe videtur, quàm Portus capax, quem tamen ſupplet Sequana cum mari Britannico communicans, unde omnis generis mercibus via datur per totum orbem terrarum diſtribuendis. Urbem pulcherrimam velut corona elegans, cingunt Palatia verè Regia & Domus Voluptatis. — 24.30. 48.*50.

I. VERSAILLES, *Verſalia*, cum Palatiis *Menagerie* & *Trianon*.

II MARLY, *Marlianum*, unde ſtupenda Machina Hydroſtatica aquas ad 62. Orgyas in altum deductas demittit in hortos Regios.

III. S. GERMAIN, Fanum S. Germani.

IV. S. CLOUD, Fanum S. Clodoaldi.

V. ISSY, *Iſſiacum & Chantilly*.

VI. MEUDON, *Meodunum*.

VII. SEAUX, propè *Iſſy*. Aliàs Ducum de Maine.

VIII. VINCENNES. Bois de Vincennes.

IX. FONTAINEBLAU. Fons Bellaqueus.

Urbes INSULÆ FRANCIÆ.

BEAUVAIS, *Bellovacum*, urbs Epiſc. munita ad Taram fl. — 24.25. 49. 25.

Long. ° '	Lat. ° '	
		CLERMONT, *Claramontum*, urbs cum arce & Comitatu.
		CHELLES, urbs cum diviti Cœn. ill. Virg. ad Marne fl.
25,12.	49.30.	COMPIEGNE, *Compendium*, urbs ad Oesiam fl.
24.43.	48.29.	CORBEIL, *Corbolium*, urbs N. & V. ad Sequanam.
		CRESPY, *Crepiacum*, urbs cum Ducatu Valois.
		S. CYR, Abbatia Dives ill. Virg. ad 300.
		S. DENYS, *Dionysii*, urbs cum Abb. Ord. S. Ben.
		DREUX, *Drocum*, urbs cum Comit. ad Blaise fl.
		COURTENAIS, urbs cum Principatu.
		LAGNY, *Latiniacum*, urbs cum comitatu & Abbatia celebri.
26. 8.	49. 30.	LAON, *Laudunum*, urbs Episcopalis, ampla & munita ad Oesiam, Oise fl.
		MANTE, *Medunta*, urbs ad Sequanam fl.
24.56.	48.57.	MELUN, *Melodunum*, urbs in Insf. Sequana.
		MONTMORENCY, urbs cum Ducatu.
		S. MARCOUL, Fanum S. Marculfi, urbs ubi Reges post Coronationem strumas tangunt.
25. 7.	48. 18.	MORET, *Muritum*, urbs cum Comit. ad Lupiam fl.
		MONTARGIS, *Mons Agrisi*, urbs ad Loing fl.
24.25.	48. 13.	NEMOURS, *Nemosium*, urbs ad Lupiam, sive Loing fl.
25.25.	49. 34.	NOYON, *Noviomus*, urbs Episc. ad Oesiam fl.
		PONTOISE, *Pontisara*, urbs ad Oesiam fl.
24.35.	40.*13.	SENLIS, *Sylvanectum*, urbs Episc. ad Nonnet fl.
25,46.	49.20.	SOISSON, *Augusta Suessionum*, urbs Episc. cum jure, si Rhemensis absit, coronandi Regem per suum Episcopum ad Axonam fluvium sive Aisne.

II. PROVINCIA AURELIANENSIS PRÆFECTURA.

Continet in se 14. parvas regiones sive ditiones *Beauce*, *Perche*, *Vendomois*, *Maine*, *Poitre*, *Angomois*, *Aubris*, *Niver-*

Nivernois, *Berry*, *Gastinois*, *Orleanois*, *Blaisois*, *Anjou*, *Touraine.* Tota concluditur à Borea Normanniâ & Insula Franciæ, ab Ortu Campaniâ & Burgundia, ab Austro Bourboniâ, Perigoit & Saintonge, ab Occasu Britanniâ. Terra ferax est frumenti, vini, fructuum & pascuorum. *Long. Lat.* ° ′ ° ′

Ditiones & Urbes AURELIANENSES.

Ditionis Aurelianensis.

ORLEANS, *Aurelianum & Aureliæ*, urbs ampla Episcopalis, cum Ducatu secundo Genitorum Regum Franciæ, & Academia celebri ad Loyre, Ligerim fl. *23. 47. 47. 54.*

CLERY, *Cleriacum.* urbs & locus votivus. Non procul Aureliano.

Ditionis La Beausse, Belsiæ.

CHARTRES, *Carnutum*, urbs Episcopalis ad Eburum fl. ubi olim Druydarum sedes. *24. 2. 48. 28.*

CHATEAUDUN, *Castrodunum*, urbs cum Ducatu Dunensi ad Lædam fl.

CHATEAU ROUX, *Castrum rubrum*, cum Ducatu, ad Ingerem fl.

VENDOSME, *Vindocinum*, cum Ducatu urbs ad Lædam fl. *23. 42. 48. 2.*

Ditionis Perticensis, Perche.

NOGENT le Rotrou, *Noviodunum Diablinthum*, urbs præcipua Ditionis ad Huinam fl. *23. 5. 48. 24.*

Ditionis Cenomanensis, Maine.

LE MANS, *Cenomanum*, urbs primaria Episcopalis ad Sartram fl. dicitur prima assumpsisse Religionem Christianam. *22. 26. 48. 7.*

LAVAL, *Lavallum*, urbs commercio panni Linei celebris.

MA-

21.44. 48.15. MAYENNE, urbs cum Ducatu ad Meduanam, ſive Mayenne fl.

Ditionis Andegavenſis, Anjou.

21.30. 47.32. ANGERS, *Andegavum*, urbs ampla Epiſc. cum Academia & Ducatu ad Meduanam fl.

22.10. 47.*41. LA FLECHE, *Flexia*, urbs cum Collegio Regio ad Lædam fl.

22.10. 47.22. SAUMUR, *Salmurium*, urbs cum arce forti in rupe ad Ligerim fl.

Ditionis Bleſenſis, Blaiſois.

23.43. 47.*46. BLOIS, *Bleſæ*, urbs cum arce Regia, & Comitatu ad Ligerim fl.

Ditionis Turonenſis, Touraine.

22.58. 47.38. TOURS, *Turonum & Cæſarodunum*, urbs ampla Archi-Epiſcopalis ad Ligerim fl. ſericorum commerciis celebris.

AMBOISE, *Ambaſia*, urbs cum arce Reg.

Ditionis Nivernenſis, Nivernois.

24.58. 46.57. NEVERS, *Nivernum*, urbs ampla Epiſc. cum Ducatu ad Ligerim fl.

S. PIERRE le MOUTIER, urbs cum Judicio Provinciali Regio.

Ditionis Solonienſis, Sologne.

SVILLY, *Soliacum*, urbs, quæ olim habuit titulum Ducatûs.

Ditionis Bituricenſis, Berry.

24.30. 47.19. BOURGES, *Biturix*, *Avaricum*, urbs Archi Epiſcopalis, ampla & pulcherrima, cum Academia, ad Avarum fl.

SANCERRE, *Sacrum Cæſaris aut Cereris*, munita in colle, ad Ligerim fl.

Ditio-

Ditionis Pictaviensis, Poictu.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

POICTIERS, *Pictavium*, urbs Episcopalis cum Academia celebri, ad Clanim fl. 22.40. 46.32.

LUCON, *Luciona*, urbs Episcopalis amœna.

LOUDUN, *Juliodunum*, urbs cum Ducatu.

LUSIGNAN, *Lusignanum*, urbs cum arce, unde familia aliquorum Regum Cypriorum & Hierosolymitanorum orta ad Vienne fl.

NIORT, *Niortum*, urbs ampla cum Nundinis celebribus ad Sevre fl.

RICHELIEU, *Richelium*, urbs cum arce à Cardinali de Richelieu ædificata.

Ditionis Alnetensis, Aulnis.

ROCHELLE, *Rupella*, urbs Episcopalis & Emporium celebre cum portu, olim fortissima & Nidus Hugenottarum. 21. 0. 46.10.

S. MARTIN, urbs cum castro in Insula Fœcunda *Re*, sive Reacus. Non procul ab Insula sequenti.

OLERON, *Uliarus Insula*, Fœcunda sale & frumento. 20. 25. 46. 4.

Ditionis Engolismensis, Angoumois.

ANGOULEME, *Inculisma*, urbs Episc. primaria, munita ad Charente fl.

JARNAC, *Jarnacum*, urbs clade Hugenottarum celebris, ad Charente fl.

ROCHEFOUCAULT, *Rupes Fucaldi*, urbs cum Castro & Ducatu ad Tardovere fl.

III. PROVINCIA LUGDUNENSIS.

Præfectura Lionois.

Complectitur in se 6. Regiones sive Ditiones *Lionois*, *Fórez*, *Beaujolois*, *Bourbonois*, *Auvergne*, *Marche*, & aliquantum ex *Nivernois*. Terminatur à Borea Bituricensi, Niver-

Long. Lat.

Nivernensi, & Burgundico Ducatu, ab ortu Bressa & Delphinatu, ab Austro superiore & inferiore Linguadocia, ab Occasu Aquitania & Pictavia. Terra montosa est, illa tamen, quæ est ad Rhodanum, Lugdunensis propriè dicta, vini & frumenti ferax est & abundat pascuis.

Ditiones & Urbes LUGDUNENSES.

Ditionis Lugdunensis,

27.20. 45.46. LION, *Lugdunum*, una ex maximis Galliæ urbibus, Archi Episcopalis & Emporium celeberrimum manufacturis ad confluxum Rhodani & Saonis, sive Araris, ab hoc urbs in duas partes dividitur, minor vocatur S. Joannis, major S. Nicetii: habet 4 ampla suburbia & tria Castella, quorum unum præcipuum, *Petra Scissa.*

Huc pertinent urbes *San-Syphorium*, *Givorsium*, *S. Chaumont*, & *Ribe de Giers*, ad Rhodanum fl.

Ditionis Forensis, Forez.

26.30. 45.17 MONTBRISON, *Mons Brisonus*, urbs ad Vesisiam fl.

S. ETIENNE de FURENS, Fanum S. Stephani ad Furenam, urbs celebris ferri fabricis.

Ditionis Bellojoviensis, Beaujolois.

BEAUJEU, *Bellojovium*, urbs olim celebris, habuit Dominum proprium potentem.

VILLE FRANCHE, *Villa Franca*, urbs & nunc caput Ditionis ad Morgonem fl.

Ditionis Borbonensis, Bourbonois.

26.7. 46.3. BOURBON L' ARCHAMBAUD, *Borbonium Arcimbaldi*, urbs & caput Inferioris Borboniæ, Thermis celebris, & moderna Familia Regia ex Domo Borbonica.

26.11. 46.10. MOULINS, *Molinæ*, urbs cum Castro antiquo & caput

caput superioris Borboniæ, olim Residentia Ducum Borboniorum. Hic fiunt optimi cultri & forcipes ad Elaverem fl. Allier. — *Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

Ditionis Marchiæ, Marche.

GUERET, *Garactum*, urbs & caput Marchiæ superioris ad Gartempe fl. — 25. 10. 46 12.

DORAT, *Oratorium*, urbs & caput Marchiæ inferioris.

Ditionis Arverniæ, Auvergne.

CLERMONT, *Claromontium*, urbs ampla & caput Arverniæ Inferioris, & Episcopalis ad Ayr fl. — 25. 58. 45. 56.

S. FLOUR, *S. Flori Fanum*, urbs & caput Arverniæ superioris & Episcopalis ad Ladic fl. — 25. 56. 45. 20.

ORILLAC, *Aureliacum*, urbs mercatoria cum insigni Abbatia.

IV. PROVINCIA BRITANNIA, Bretagne.

Armorica.

Britanniam à Britonibus dictam ajunt Angli, eo quod circa Annum 461. eam occupârint. Turonius verò Archi-Episcopus Britanniæ L. 4. hist. Franciæ, qui jura regionis, nec debuit, nec potuit ignorare, scribit, Britannos semper ab obitu Clodovæi Regis sub potestate Francorum fuisse, primò sub Comitibus, deinde sub Ducibus Francicis, donec *Carolus VIII.* Galliæ Rex *Annam* Britanniæ Hæredem accepit uxorem, Ducatúmque coronæ inseruit.

Est magna Peninsula & una ex maximis Galliæ Provinciis, ab Ortu solùm continenti conjungitur ad Normanniam, Cenomanniam, Andegavum, Pictaviam, ab Austro verò, Occasu & Borea Oceano concluditur. Terra parùm quidem vini producit, sed multa frumenta & bona pascua. Incolæ ejus sunt optimi Nautæ.

Urbes BRITANNIÆ.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
20.48.	47.59.	RENNES, *Rhedones*, urbs ampla & caput Provinciæ, Episcopalis, ad Vidanam fl. Vilaine.
		BLAVET, *Blavetum*, urbs munita cum Portu.
17.15.	48.12.	BREST, *Brivatum*, urbs munita cum portu capacissimo & securissimo totius Galliæ, ubi navalia Regni præparantur & classis Gallica instruitur.
19.50.	48.12	S BRIEUX, *Fanum S. Brioci*, urbs Episcopalis munita cum portu.
		DOL, *Dola*, urbs Episcopalis cum Castro. Non procul à Mari.
20.20.	48.38.	S. MALO, *Fanum S. Maclovii*, urbs Episcopalis munita cum Castro & Portu.
20.48.	47.*15.	NANTES, *Nannetum*, urbs Episcopalis ampla & dives ad Ligerim fl. Loyre.
17.10.	48 30.	S, PAUL de Leon, *Legio S. Pauli*, urbs Episc. munita cum portu tuto & arce.
		PORT LOUIS, Ludovici Portus novus è regione Portus Veteris Blavetensis.
		QUIMPER, *Corisopitum*, urbs Episc. ad Oder fl.
		TREGUIER, *Trecorium*, urbs Episc. cum portu.
19 45.	47.10.	VANNES, *Venetiæ Britannicæ*, urbs Episc. cum castrò antiquo ad æstuarium Morbihan.

V. PROVINCIA NORTMANNIA, Normandie.

Olim Neustria.

Nortmannia à Nortmannis dicta, qui sæculo X. circa annum 912. Galliâ post mortem *Ludovicii Pii* civilibus bellis implicitâ, ex Norwegia prodierunt, hancque terram maritimam occupârunt, Duce Nortmannorum Rollo, hunc insecuti bellicâ virtute clari Duces, *Guilielmus à Longa Spada*, *Richardus Intrepidus*, aliique. Post hos Reges An-

Angliæ 6. unde continua bella inter Anglos & Gallos, donec *Carolus VII. Joannem* ultimum cum Anglis omnibus ex tota Gallia expulerit. Terra frigidior est, hinc nulla vina producit, fructus tamen & frumenta bona. A Borea terminatur Piccardiâ, ab Ortu Insula Franchiæ, ab Austro Perche, Maine & Bretagne, ab Occasu mari Britannico. Longa 72. milliaria, lata 30. numerosa hic Franciæ Nobilitas.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

Urbes NORTMANNIÆ.

ROUEN, *Rhotomagus*, urbs ampla Archi-Episcopalis, Emporium celebre cum portu & sex suburbiis ad Sequanam fl. Seyne. Caput Nortmanniæ. — 23.34. 49.*49

ALENCON, *Alenconium*, urbs cum Ducatu ad Sartre fl. — 22. 23. 48.34.

AURANCHES, *Abrincæ*, urbs Episc. cum castro propè mare ad Seam fl. — 21. 6. 48.38.

BAJEUX, *Bajoca*, urbs Episcopalis ad Aure fl. qui paulò post infra terram se condit, non procul à Mari. — 21.50 49.13.

CAEN, *Cadomus*, urbs ampla cum Castro & Academia, caput Inferioris Nortmanniæ ad Olinam fl. — 22.10. 49.*10.

CAUDEBEC, *Calidobecum*, urbs celebris à bonis pileis, ad æstuarium Sequanæ fl.

CHERBOURG, *Caroburgus*, urbs munita cum castro & portu, ab ultimâ & totali Anglorum expulsione celebris, factâ per Carolum VII. Galliæ Regem, Anno 1449. in extremitate Peninsulæ. — 21.22. 49.48.

COUTANCES, *Flavia Constantina*, urbs Episcopalis ad Bardum fl. — 21. 8. 48.15.

DIEPPE, *Deppa*, urbs & Emporium celebre cum arce munita & portu ad ostium Arci, sive Aques fl. — 23.22. 50.*1.

EU, *Eustum*, & *Augium*, urbs ad fines Piccardiæ.

EUREX, *Ebroicæ* & *Eburovicum*, urbs Episcopalis ad Itonium fl. — 23.35. 49.8.

FALAISE, *Falesia*, urbs cum nundinis ad Antam fl.

Long.	Lat.	
° ′	° ′	FESCAMP, *Campus Fisci*, cum insigni Abbatia, ubi sepulchrum Ducum Nortmanniæ.
		GISORS, *Cæsortium*, urbs cum Comitatu ad Eptam fl.
22.26.	49.*39.	HAVRE de GRACE, *Portus Gratiæ*, urbs à *Francisco I.* An. 1509. contra Anglos fortiter munita cum portu ad ostium Sequanæ.
		MONS S. MICHAELIS, urbs munita cum arce.
		PONT del ARCHE, *Pons arcûs*, urbs cum arce & Ponte celebri ad Sequanam fl.
		SEEZ, *Sagium*, urbs Episc. ad Orne fl.
		VERNEVIL, *Vernolium*, urbs ad Aure fl.
24. 13.	49.*15.	VERNON, *Vernonium*, urbs ad Sequanam fl.
		VIRE, *Viria*, urbs ad Vere fl.
		YVETOT, *Yvetosum*, urbs olim celebris cum Dominio independenti, & titulo regio.

VI. PROVINCIA PICCARDIA.

Continet in se 8. Ditiones: 1. Le *Vermandois* agrum Veromandiensem. 2. *La Tierache* Teorasciam. 3. L' *Amienois*, Ambianam. 4. *Boulonois*, Boloniam 5. *Le Vimeux*. 6. *Santerre*, Sanaterram. 7. *Le Ponthieu*, Pontivensem. 8. *Le pais reconquis*, regionem recuperatam à Gallis An. 1558. contra Anglos. Terra vino sterilis, sed frumento & fructibus fertilis. Terminatur à Borea Canali & Belgio, ab Ortu Campaniâ, ab Austro Insulâ Franciæ & Nortmannia, ab Oceasu Canali La Manche.

Urbes PICCARDIÆ.

Long.	Lat.	
24. 28.	49.46.	AMIENS, *Ambianum*, urbs ampla, Episc. & caput Piccardiæ, cum castro munito, ad Sommam sive Sommonam fl. qui nunquam congelascit.
24. 8.	59.* 0.	ABBEVILLE, *Villa Abbatis*, urbs ampla & bene munita ad Sommonam fluv. Ditionis Pontivensis caput. Gallis
24. 7.	50.40.	Ponthieu.

BOU-

BOULOGNE, *Bolonia*, urbs duplex Episc. superior bene munita, inferior in ora Maris Britannici cum portu ad ostia Lianæ fl. caput Ditionis. *24. 10. 50.*58.*

CALAIS, *Caletum*, urbs fortiter munita, Clavis Franciæ & Emporium celebre cum portu & arce munita, 7. leucis distat à Douvre, Dubri in Anglia, freto le Pas de Calais intermedio, per quod frequens est transitus ex Gallia in Angliam per naves & vicissim, est in regione acquisita.

ARDRES, *Ardresium*, urbs & munimentum insigne ad fines Regionis conquisitæ.

CORBIE, *Corbeja*, urbs ad Sommonam fl.

LA FERE, *Fara*, urbs munita inter Paludes ad Oesiam fl. Oyse, Ditionis Teorasciensis, Tierache.

GUISE, *Guisia*, urbs bene munita cum castro ad Oesiam fl. caput Ditionis Teorasciens.

GRECY, *Cressiacum*, urbs supra Villam Abbatis à clade Gallorum celebris Anno 1346. *26. 12. 49. 50.*

GUINES, *Guina*, urbs bene munita cum comitatu Regionis conquisitæ. *24. 12. 50. 1.*

HAM, *Hamona*, urbs munita ad Sommonam fl.

MONSTREVIL, *Monstrolium*, urbs munita cum arce ad Guentiam fl. Conche. Ditionis Pontivensis.

PERONE, *Perona*, urbs munita inter Paludes ad Sommonam fl. Ditionis Santerrensis.

S. QUENTIN, *S. Quintini*, urbs munita à clade Gallorum celebris, ob quam victoriam Philippus Rex Hispaniarum celebre istud Escuriale condidit. Ditionis Vermanduensis. *25. 8. 50. 5.*

S. VALERII, *Fanum S. Valerici*, urbs munita ad ostium Sommonæ fl.

VERVINS, *Vervinium*, urbs non procul à Guise, à pace inter Gallos & Hispanos celebris Anno 1598.

VII. PROVINCIA CAMPANIA, Champagne.

Campania olim aliquoties regno Galliæ adjuncta, aliquoties ſejuncta fuit, jam Celtis, jam Belgis eam inter ſe dividentibus; ab anno verò 1361. usque huc Galliæ conſtanter adhæſit. Continet in ſe 10. Ditiones: 1. Campaniam propriè. 2. Remenſem. 3. Retelicenſem, Retelois. 4. Brigenſem, Brie. 5. Senonenſem, Senonois. 6. Catalaunenſem, Chalonois. 7. Partenſem, Pertois. 8. Baſſiniacenſem, Baſſigny. 9. Sedanenſem, Sedam. 10. Argonenſem, Argonne. Terminatur à Borea Belgio, ab Ortu Lotharingia, ab Auſtro Burgundia, àb Occaſu Inſulâ Franciæ, & Piccardia. Longa 70. lata 45. mill. Ger. Terra vino abundat.

Urbes CAMPANIÆ.

Long. Lat.
° ′ ° ′

26. 12. 48. 16 — TROYES, *Trecæ*, urbs Epiſcopalis, ampla, munita, caput Campaniæ, ad Sequanam fl.

26. 49. 49. 13. — REIMS, *Remi*, Metropolis Ducatûs Remenſis, ampla, munita, Archi-Epiſcopalis, celebris coronatione Regis, ubi Ampulla ſervatur, ex qua Anno 496. Clodovæus inunctus, hodieque Reges Galliæ inungi ſolent. Cum Academia ad Vigulam, vulgo Veſle fl.

26. 16. 48. 53. — CHALONS, *Catalaunum*, urbs Epiſc. ampla, munita in plano ad Matronam, Marne fl. Campi Catalaunici celebres à Conflictu Romanorum, Francorum, Weſtrogothorum, cum Rege Hunnorum Attila Anno Chriſti 450. ubi tantam ſuorum cladem Iſſe paſſus eſt, ut in unica pugna 180000. Milites perdiderit.

27. 45. 49. 45. — CHARLEVILLE, *Carolopolis*, urbs munita anno 1609. à Carolo Duce Nivernenſi; ſed nunc demolita ad Moſam fl. in Ducatu Retelenſi, ſimul cum Arce proxima in Monte Olympo, Gentilitia Ducum de Gonzaga.

CHA-

Long. Lat. ° ′ ° ′

CHATEAU THIERRY, *Castrum Theodorici*, urbs cum Arce ad Marne fl.

CHAUMONT, *Calvomontium*, urbs in Colle sita ad Marne fl. Ditionis Bassiniacensis.

CLAIRVAUX, *Claravallis*, Monasterium celeberrimum Ord. Cisterc. *S. Bernardi* sepulchro clarum ad Albula, Aube fl.

S. DIZIER, *Fanum S. Desiderii*, urbs munita ad Marne fl.

JOINVILLE, *Joanvilla*, urbs cum Principatu ad Marne fl. Ditionis Partensis.

LANGRES, *Lingones*, urbs Episcopalis, ampla munita, ad fontes Matronæ. Ditionis Bassiniacensis. 27. 50. 47. 56.

MEAUX, *Meldæ*, urbs Episcopalis ad Marne fl. Ditionis Brigensis. 26. 7. 49. 0.

MEZIERES, *Maceriæ*, urbs in Insula Mosæ Ditionis Reteliensis.

S. MENCHOULD, *Fanum S. Mancholdi*, urbs munita, Ditionis Argonensis.

MONTEREAU, *Monterigolum*, urbs ad Yonnam & Sequanam fl. Ditionis Senonensis.

RETEL, *Retelium*, urbs celebris à clade Hispanorum An. 1650. ad Axonam, Aisne fl.

ROCROY, *Rupes regia*, urbs itidem celebris à clade Hispanorum ad sylvam Arduennam.

SENS, *Senones*, urbs Archi-Episcopalis elegans ad Icaunam, Yonne fl. 25. 24. 48. 12.

SEDANUM, Munimentum ad Galliæ fines, olim Nidus Hugenottarum cum Principatu.

VIII. PROVINCIA BURGUNDIA, Bourgogne.

Dividitur in Ducatum & Comitatum. *Ducatus* sive Inferior Burgundia ab An. 888. mansit in Francorum Dominio, traditúsque Ducibus, quorum Primus *Richardus* obiit

MONDOVI, *Mons vici*, urbs Episc. cum arce & Academia, non procul à Tanaro fl.	30.46.	44.21.
ONEGLI, *Onelia*, urbs munita cum portu & Principatu, in territorio quidem Genuensi, sed sub Dominio Ducis Sabaudiæ, ad ostium Imperialis fl. & oram maris Ligustici.	30.50.	43.53.
PERUSA, urbs cum arce munita & transitu angusto ex Gallia in Pedemontium, nunc Regis Galliæ, ad radices Alpium & Clusonem fl.	30.20.	44.30.
PIGNEROL, *Pinarolium*, urbs olim munita sed demolita Anno 1699. ad Clusonem, Guison fl. per pacem cum Gallis, nunc cum simplici muro.	30.36.	44.42.
REVEL, *Revalium, sive Rapellum*, urbs munita, cum arce in monte, ad Padum fl.		
VERCELLI, *Vercellæ*, urbs ampla, munita, Episcopalis cum castro forti, ad Sessiam fl.	31.22.	45. 3.
SALUZZO, *Salucia*, urbs munita cum arce Episc. immediata sub Pontifice ad Padum fl. cum Marchionatu.	30.41.	44.30.
SUSA, *Segusium*, urbs munita cum Castro ad confl. Doriæ & Cinisellæ fl.	30.23.	44.47.

III. DUCATUS MONTIS FERRATI *Monferrat.*

Olim quidem divisus inter Ducem Mantuanum & Sabaudium, sed ab anno 1707. à Cæsare totus Duci Sabaudiæ in feudum traditus. Terminatur ab Occasu & Borea Pedemontio, ab Ortu Mediolano, ab Austro Genuensi territorio. Terra fert multùm vini & frumenti, licet regio sit mons perpetuis expansus jugis, tamen totus amœnus & colonis frequens, lævam Tanarus, dextram Padus alluit.

Long. *Lat.*
° ' ° '

Urbes Præcipuæ MONTIS FERRATI.

31. 10. 44. 15. ALBA, *Alba Pompeja*, urbs Marchionum Montis ferrati, amplior Cafali, Epifcopalis ad Tanarum fl. in fitu amœniffimo.

31. 20. 44. 12. AQUI, *Aquæ Stellatæ*, five Statiellæ, urbs Epifcopalis, Thermis falubribus celebris, ad Bormidam five Bormiam fl.

31. 23. 45. 0. CASAL, *Cafale S. Evafii*, urbs ampla, munita, Epifcopalis cum Caftro forti ad Padum fl. & fines Mantuæ.

32. 40. 45. 2. CASAL MAGGIORE, *Cafale Majus*, urbs mediocris, Marchionum de Salvaterra, ad Padum fl. & fines Cremonæ.

31. 22. 45. 0. PONT de STURA, *Pons Sturæ*, urbs munita cum difficili tranfitu, ad lævam Cafalis & Padum fl.

FEUDI IMPERIALI, *Feuda Imperialia*, eft parvæ Regionis tractus inter Montferratum & Pedemontium, dicitur die Langhifche Lehn, Feudum Langharum five Landarum.

IV. DUCATUS MEDIOLANENSIS
Stato di Milano.

Magnas fæpè viciffitudines Imperantium fubiit, modò fub *Romanis* Confule *Marcello*, modò fub *Gothis*, *Lombardis*, *Hifpanis*, *Gallis*, tandem ad Imperatores Germanos devenit, quorum aliqui ferream Coronam Mediolani acceperunt. Denique anno 1707. iterum expulfis Gallis, & anno 1736. per pacem *Carolo VI.* Imp. reftitutus, quamvis aliquæ ejus ditiones parvæ, *Lomelino*, *Alexandrino*, *Tortona* vel *Novara* Duci Sabaudiæ relictæ fint. Eft una ex melioribus *Italiæ* Regionibus, fœcunda vino, frumento, ac omnis generis fructibus. Terminatur à Borea valle Telina & Grifonia ab Ortu Mantua & Parma, ab Auftro Genuenfi territorio, ab Occafu Pedemontio & Montferrato.

Urbes DUCATUS MEDIOLANENSIS.

33. 10. 45. 14. MILANO, *Mediolanum*, urbs una ex maximis Italiæ, caput

caput Ducatûs, Archi-Episcopalis, cum insigni Castro & Academia, ad confl. Luræ, Olanæ, Navilii, inter Tessinum & Addam fl. — *Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

ALESSANDRIA *della Paglia Stateliorum*, urbs Episcopalis munita, Anno 1707. Duci Sabaudiæ à Cæsare tradita, ad Tanarum fl. Tanero. — 31. 36. 44. 44.

ANGHIERA, *Anglieria*, urbs & caput comitatûs ad Lacum Verbanum, Lago Maggiore, versùs Boream.

BOBBIO, *Bobbium*, urbs Episcopolis ad Trebbiam fl.

CASSANO, *Cassanum*, urbs clade celebris ad Addam, Adige fl.

COMO, *Comum*, *Novocomum*, urbs Episc. ampla & Emporium ad Lacum Comanum Larium. — 32. 1. 45. 43.

CREMONA, urbs Episcopalis, munita cum Castello forti, & Turri altissima totius Italiæ, ad Padum fl. — 33. 2. 45. 0.

LECCO, *Leccum*, urbs ad lacum Larium Comensem, ubi Adda, Adige effluit.

LODI, *Laus Pompeja nova*, urbs Episc. munita ad Addam fl. — 33. 34. 45. 8.

MARIGNANO, *Melignano*, *Merinianum*, urbs ad Lambrum fl.

MORTARA, urbs in Laumellinâ ad Gognam & Setiam fl.

NOVARA, *Novaria*, urbs Episcopalis munita in colle ad Gognam fl. — 31. 30. 45. 10.

PAVIA, *Papia*, *olim Ticinum*, urbs Episcopalis Immediata sub Pontif. munita cum Academia antiqua ab Anno 791. ad Ticinum, Tesino fl. — 32. 14. 44. 48.

TORTONA, *Dertona*, urbs Episcop. munita cum Castello, ad Iriam sive Scriviam fl. — 31. 54. 44. 45.

VALENZA, *Valentia*, *Valentinorum*, urbs munita in Laumellina nunc Ducis Sabaudiæ, ad Padum fl.

VIGEVANO, *Viglebanum*, urbs Episc. munita cum Castro & situ amœno ad Ticinum, Tesino fl. Duci Sabaudiæ Anno 1709. à Cæs. tradita.

V. DUCATUS MANTUANUS
Il Mantovano.

Carolus V. Imp. Anno 1530. *Fredericum Gonzagam* ex Marchione Ducem Mantuæ creavit, cujus poſteri Ducatum tenuerunt, ut Feudum Imperii, usque ad obitum ultimi Gonzagæ Anno 1708. quo Cæſareani Ducatum receperunt. Terminatur à Borea Dominio Veneto, ab Ortu Ferraria, ab Auſtro Mutina, ab Occaſu Mediolano.

Urbes DUCATUS MANTUANI.

Long. ° ′	*Lat.* ° ′	
33. 48.	45. 11.	MANTOVA, *Mantua*, urbs Epiſcopalis munita in medio Lacûs, quem efficit Mincius fl. unde non niſi 4. Pontibus adiri poteſt, arce, curiâ, ædificiis, & artificioſo magnifica Horologio, aliisque antiquitatibus.
33. 31.	45. 4.	BOZZOLO, *Bozulum*, urbs cum tit. Principatûs, inter Mantuam & Cremonam, ad Delmon fl.
33. 25.	45. 24.	CASTIGLIONE della STIVERE, *Caſtilio Stiverorum*, cum Caſtello & Principatu ad fines Breſciæ.
		GOITO, *Goitum*, Caſtrum munitum cum arce inſigni ad Mincium fl.
		GONZAGA, urbs cum tit. Marchionatus, cum arce propè Luzzaram.
		LUZZARA, *Luceria*, urbs cum arce propè Guaſtallam, celebris clade An. 1702.
		GUASTALLA, *Guardiſtallum*, urbs munita cum Principatu, ad Croſtolo fl.
33 33.	45. 0.	SABIONETTA, *Sabuloneta*, urbs munita Ducum Guzmannorum, ſed Feudum Imp. ad Naviglium fl.
		NOVELLARA, *Novellaria*, urbs cum tit. Princ. ad Linarvola fl.

VI. DU-

VI. DUCATUS PARMENSIS,
Il Parmeſe.

Ducatum Parmenſem diu tenuerunt Duces ex Antiqua Farneſiorum familiâ, quæ maximè floruit à tempore *Pauli III. Pontificis*, quando *Octavium*, *Petri* Ducis Parmenſis Filium, Nepotem ſuum *Margaritæ* Auſtriæ junxerat, cui ideo *Carolus V.* plura Ducatui adjecit. Continet in ſe non tantum Ducatum *Parmenſem*, ſed & *Placentinum* cum *Stato di Buſſeto*, & *Val di Taro.* Terminatur ab Occaſu & Borea Mediolano, ab Ortu Mutinenſi, ab Auſtro Genuenſi & Toſcano Duc. per montes Appenninos. Terra fœcunda eſt vino, oleo, frumento, & fructibus nobilioribus.

Urbes DUCATUS PARMENSIS.

	Long. ° ′	*Lat.* ° ′
PARMA, urbs Pulchra in plano munita, Epiſcopalis cum Academiâ, Palatio Ducali, & Caſtello, caput Ducatûs, ad Parmam fl.	33 26.	44. 44.
BORGO S. DONINO, *Fanum S. Domnini*, urbs Epiſcopalis, ad Stirone fl. in Stato di Buſſeto.		
BORGO di VAL di TARO, urbs munita cum Caſtello, ad Farum fl. ad fines Genuæ.		
BUSSETO, *Buxetum*, urbs ad Onginam fl. cum regione Buſſetanâ.	33. 6.	44. 55.
FIORENZUOLA, *Florentiola*, caſtrum munitum.		
PIACENZA, *Placentia*, urbs elegans, Epiſc. munita, cum Academiâ ad confl. Trebiæ & Padi fl.	32. 45.	44. 52.
MALESPINA, urbs cum Marchionatu hujus antiquæ familiæ.		

VII. DUCATUS MUTINENSIS,
Il Modeneſe.

Duces ejus ſunt ex Ateſtinâ, d'Eſte Familiâ celebri, diu

diu quoque tenuerunt Ferrariensem Ducatum, donec An. 1598. cum masculus Hæres deficeret, eum *Clemens VIII.* Ecclesiæ Ditioni, unde avulsus erat, restituit. *Mutina* tamen & *Regium* Lepidi, Reggio Familiæ *Atestinæ* remanserunt. Modernus Dux ex His per Gallos & Hispanos depulsus, à Cæsare An. 1736. restitutus est Vasallus Imperatoris, cui etiam, quà Duci *Mantuano*, propter Castrum *Berzello* par *Calcarium aureorum* offerre debet. Terminatur à Borea Ducatibus Mantuano & Mirandulano, ab Ortu Agro Bononiensi, ab Austro Toscanâ & republ. Luccâ, ab Occasu Ducatu Parmensi. Terra valdè fœcunda est, vino, oleo, frumento, & fructibus.

Long. Lat.
° ' ° '

Urbes DUCATUS MUTINENSIS.

34. 6. 44. 39. MODENA, *Mutina*, urbs munita Episcopalis, caput Ducatûs & Sedes Ducum Atestinorum cum insigni Palatio & Castro, ad Seciam, Secchiam fl.

BERSELLO, *Brixellum*, urbs munita cum Castello in Ducatu Regio ad confl. Padi & Lenzæ fl.

34. 0. 44. 48. CARPI, *Carpium*, urbs munita cum arce & Ecclesiâ Collegiatâ, quæ subest immediatæ Jurisdictioni Pontificiæ, ad Incile, Gabelli fl.

CASTEL NUOVO di CARFAGNA, *Vallis Carferonianæ*, Munimentum in monte Alphonso, ad Tavido fl.

33. 54. 44. 50. CORREGIO, *Corregium*, urbs munita cum arce & tit. Principatûs.

34. 20. 44. 46. FINALE di MODENA, urbs munita ad Panarum fl. & Fines Ferrariæ.

NONANTULA, Fortalitium ad Panarum fl.

33. 35. 44. 0. REGGIO, *Regium Lepidi*, urbs munita, Episcopalis cum Castello forti & tit. Ducatûs, ad Crostolo fl.

SASSUOLO, *Saxolium*, urbs cum arce forti, ad Secchiam fl. cum ditione.

SESTOLA, *Sextula*, urbs & caput Ditionis Frignanæ.

VIII. DU-

VIII. DUCATUS MIRANDULANUS.
Il Mirandolano.

Primò Comitum, deinde Principum, denique Ducum ſedes, qui à *Pico*, Cive Mutinenſi ditiſſimo originem ducunt ab An. 1110. *Franciſcus Picus* An. 1310. à Ludovico IV. Cæſare, primus Dux, ejusque Poſteri *Concordiæ* comites à Friderico III. Cæſare creati. Præter hunc Ducatum parvum multa poſſident in Regno Neapolis. concluditur Ferraria, Modena, Mantua. Frumenti, vini, aliorumque fructuum fertiliſſima Regio.

Urbes DUCATUS MIRANDULANI.

Long. Lat. ° ′ ° ′

MIRANDOLA, *Mirandula*, urbs munita caput Ducatûs, Ducum Picorum ſedes, cum Caſtello & Fortalitio La Rocca. *34. 11. 44. 55.*

CONCORDIA, urbs cum arce & comitatu, Ducum Picorum ad Secchia fl.

RESPUPLICÆ ITALIÆ LIBERÆ.

I. Respubl. Veneta cum ſuis Dominiis

Doge ſive Dux Venetorum modernus eſt ALOYSIO PISANI, exaltatus An. 1735.

Reipbl. Venetæ initia.

REſpublica Hæc à parvis initiis ingens cepit incrementum, ex fugitivis quidem, qui ex Aquileja, Concordia, Patua, Milano, Foro Julio, aliisque Italiæ urbibus crudelidatem *Attilæ* fugientes, ſe in Inſulis Maris Adriatici,

tici, tanquam ad tutum Asylum receperunt An. 450. ubi in Insulâ *Rio alto* primùm supra palos ædificârunt, deinde in reliquis 72. Insulis intra ducentos annos magnifica exstruxerunt Palatia & Venetias condiderunt.

Regimen Monarchicum. Regebatur ab initio per Tribunos usque ad annum 700. deinde Regni instar per Duces quasi Monarchicos usque ad annum 1173. quo tempore per felices expeditiones Orientales ceperunt multas exteras Ditiones, scil. *Dalmatiam, Croatiam, Istriam*, & multas Insulas Maris Adriatici.

Regimen Democraticum. Hanc tamen Dominationem Monarchicam pertæsus Populus, occiso Duce *Micheli*, prædicto Anno, Gubernationem Democraticam constituit, relicto solùm nomine Ducis, sine potentiâ, surrogato *Grandi Consilio*, ex sex enim partibus urbis *Sestieros* elegit, qui 470. Cives Assessores in Consilio, singulis annis alios nominarent. Talis Gubernatio Populi substitit usque ad annum 1298. ac Dominium Venetum multùm ampliavit per totum mare Adriaticum & Græcas Insulas, nihil imminuta ejus Potentiâ per bellum diuturnum 130. Annorum cum *Genuensibus*, aliisque potentiis.

Regimen Aristocraticum. Regimen hoc *Democraticum* à Populo submovit, & transtulit ad *Nobilitatem Petrus Gradenicus II.* quando fecit anno 1298. ordinationem, ut inposterum excluderetur à M. Consilio; quicunque hoc & 4. annis præcedentibus non fuissent in Consilio.

Regimen Modernum. Consistit 1. *Consilio Majore* ad quod tota 2500. Personarum Nobilitas convenit. 2. *Senatu*, qui est compositus ex 120. Senatoribus electis ex Nobilitate. 3. *Consilio Minore* composito ex Duce, & 6 Consiliariis, qui disponunt res tractandas in Consilio Majore. 4. *Collegio* composito ex sex Viris Gravibus cum viginti Nobilibus, qui disponunt res tractandas in Senatu.

Leges Venetæ 1. Nullus Nobilis ad majora munia evehitur, nisi per minora transierit. 2. Excluduntur à Consiliis Ecclesiastici. 3. Nobiles sub gravi pœnâ non audent recipere munuscula.

4. Nul-

4. Nullus Nobilis cum Externis potentiis Ligam facere potest.

Reditus annui dicuntur excrescere ultra 10. Milliones, & milites cogere posse 40000. constat ante trecentos annos Rempublicam suppeditâsse pro recuperanda *Terra sancta* Classem ducentarum Navium bellicarum. Navali adhuc pollet insigni, quod ambitu suo fermè capit semimilliare, ad quod quotannis impendit 50000. Aureos, præter classem 27. Navium bellicarum Galere & 6. Galeazze, quarum singulæ vehunt 1000. milites, & 100. Tormenta bellica.

Potentia militaris Terra Marique.

Continet in se 3. *Partes Capitales*: 1. *Terram Firmam*, omnes scil. regiones, quas in Italiâ possidet.

Dominium Territorii.

2. *Dalmatiam* cum Morlachia & Insulis adjectis, exceptâ Republ. Ragusâ.

3. *Oras Orientales* & Insulas Levante, *Corfu*, *Paschu*, *Zefalonia*, *Zante*, *Cerigo*, *Tina*, & plures Archipelagi. Multa tamen hoc sæculo Turcis reliquerunt.

Sola Ditio Veneto-Lombardica la Signoria, *Complectitur 11. Provinc.*

1. Ducatum Venetum. 2. Histriam. 3. Forojulium. 4. Tarvisinam. 5. Veronensem. 6. Patavinam. 7 Vicentinam. 8. Bergomensem. 9. Cremensem. 10. Brixiensem. 11. Rhodiginam. Terminatur à Borea Germaniâ, ab Ortu Mari Adriatico, ab Austro Pado fl. ab Occasu Mediolano.

Stato di Venetia.

I. DUCATUS VENETUS. *Il Dogato di Venetia.*

Hic Ducatus complectitur totam oram maritimam Occidentalem & Insulas Venetas, à Ditione Tarvisinâ usque ad ostium Padi fl. & vicinas Ditiones Rhodiginam & Patavinam, & Tarvisinam.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes DUCATUS VENETI.

35. 10. 45. 27. VENEZIA, *Venetiæ*, urbs Inſulana Magnificentiſſima, miraculum urbium, & antiquiſſima, potentiſſima, Italiæ reſpublica, Sedes Ducis & Patriarchæ, Emporium celeberrimum. 150. Canalibus diſtincta, & 400. Pontibus conjuncta, ita ut tam per Pedes, quàm per Naviculas ultra 30000. Gondoles tota urbs permeari poſſit. Multis aggeribus tum à naturâ, tum ab arte contra tempeſtates maris & hoſtium incurſus circumvallata, intra quos aggeres & canales onerariæ naves & Triremes bellicæ ſe tanquam in portus recipiunt. Celebris eſt *Bucentaurus*, Navis illa, in qua ſingulis annis in feſto *Aſcenſionis Domini* ſolennis habetur deſponſatio Maris, Golfo di Venezia.

36. 28. 45. 58. AQUILEJA urbs olim Patriarchalis tam magnifica, ut altera Roma diceretur. Nunc mera rudera videntur & raræ Domûs, inter duo flumina Sontium & Alſam. Eam Domus Auſtriaca ſibi vendicat propriam in fori Julii confinibus.

CAORLE, *Caborle*, *Caprule*, urbs Epiſc. in Inſula Maris Adriatici, ejuſdem nominis, propè forum Julium.

CASTEL NUOVO di VENEZIA, *Caſtellum novum*, & urbs in Ducatu.

CHIOZZA, *Clugia*, ſive *Claudia Foſſa*, urbs Epiſcopalis in Inſula maris Adriatici, in palis uti Venetiæ ædificata, hic multum ſalis conficitur.

GRADO, *Gradus*, urbs olim Epiſcopalis & reſidentia Veneti Patriarchæ in Inſula ejuſdem nominis propè forum Julium.

LOREDO, *Loretum*, urbs ad Padum fl.

35. 43. 45. 40. MESTRE, *Meſtra*, urbs ad Muſonem fl. non procul à Mari Adriatico.

MURANO, *Muranum*, urbs in Inſula maxima Lagunarum, cum inſigni officinâ vitriariâ, ubi ſpecula aliaque artificioſa vitra Venetiana funduntur, non procul Venetiis.

TOL-

TOLMEZZO, *Tulmetium*, urbs & caput Carstiæ, ad forum Julium & Chiarissam, al. Tajamento fl.

TORCELLO, *Turcellum*, urbs olim Episcopalis excisa, in Insula maris Adriatici.

Circa Venetias & intra majora valla Venetiana dantur multæ parvæ Insulæ habitatæ cum commerciis.

II. DITIO HISTRIENSIS VENETA.
L' Istria.

Histria Peninsula inter duos Sinus Tergestinum & Carnarium Maris Adriatici ab Ortu, Austro, Occasu, à Borea verò Alpibus circumdata ad forum Julium & Carniolam. Quæ tertia pars Borealis Austriacis paret, reliquæ duæ Australes Venetis. Regio licet asperior versùs Alpes, navibus tamen conficiendis apta: versùs Austrum collibus ornatur feracibus vini, olei, frumenti, & pascuorum in vallibus.

Urbes DITIONIS HISTRIENSIS VENETÆ.

	Long.	Lat.
	° '	° '
ISTRIA, olim *Justinopolis*, urbs & caput Istriæ, cum arce, in Insula Golfo de Trieste, & 2. pontibus sublicijs ad continentem.	37. 20.	45. 10.
CITTA NUOVA, *Æmonia nova*, urbs Episc. ad ostium Quieti fl. & Oram Occid.		
PARENZO, *Parentum*, urbs Episcopalis, munita cum portu ad Oram Occid.		
POLA, *Julia Pietas*, urbs Episcopalis, munita cum Castello & Portu ampla.	37. 31.	45. 19.
ROVIGNO, *Rivonium*, urbs in Peninsula cum duplici portu.		
UMAGO, *Omagum*, urbs cum portu.		

III. DITIO FOROJULIENSIS,
Il Friuli.

Foro Julium concluditur à Borea Tyroli, & Carinthiâ, ab Ortu Goritiâ Austriacâ, ab Austro sinu Tergestino, ab Occasu Tarvisinâ.

Long. *Lat.*
° ′ ° ′

Urbes DITIONIS FOROJULENSIS.

36. 2. 46. 13. UDINE, *Utinum*, urbs munita & caput Ditionis ad Turrum fl.

CIUDAT de FRIULI, *Forojulium*, olim caput Ditionis, ad Natisone fl.

36. 11. 46. 4. PALMA NOVA, urbs munitissima ad Natissam fl.

VENZONA, urbs ad Tajamento fl.

IV. DITIO TARVISINA,
La Marca Trevigiana.

Complectitur Districtum Trevisanum, Feltrinum, & Bellunensem. Terminatur à Borea Montanis Helveticis, ab Ortu Foro Julio, ab Austro Ducatu Veneto & Patavino, ab Occasu Vicentino & Tridentino. Terra fœcunda est: abundat Stagnis & Thermis salubribus.

Urbes DITIONIS TARVISINÆ.

34. 57. 46. 45. TREVISO, *Trevigni*, *Tarvisium*, urbs & caput Provinciæ, Episcopalis, munita ad Sile & Pievesellam fl.

34. 55. 46. 13. BELLUNO, *Bellunum*, urbs bella Episc. ad Piave fl.

35. 24. 46. 37. CADORE, *Cadubrium & Castrum plebis*, urbs ad Rio de Orsina fl.

35. 12. 46. 20. CENEDA, *Ceneta Agathiæ*, urbs Episc. in colle bene culta, ad Piave fl.

34. 57. 46. 19. FELTRI, *Feltria*, urbs Episc. in monte ad Assonem fl.

V. DI-

V. DITIO VERONENSIS,
Il Veronese.

Long. ° ' Lat. ° '

Regio valdè ſana & fœcunda terminatur à Borea Epiſc. Tridentino, ab Ortu Vincentino & Patavino, ab Auſtro Ducatu Mantuano, ab Occaſu Breſciano.

Urbes DITIONIS VERONENSIS.

VERONA, urbs ampla Epiſcopalis munita Triplici Caſtro ad Atheſin, Adige fl. ubi viſitur Amphitheatrum Romanum Antiquum. 33. 57. 45. 33.

CHIUSA, *Clauſulæ*, Fortalitium ad Tranſitum in Tyrolim, ad Atheſin fl.

GARDA, urbs ad Lago di Garda, plenum piſcibus & anguillis lacum. 33 42. 45. 48.

LEGNANO, *Lignanum*, Fortalitium ad Atheſin fl.

PESCHIERA, *Piſcaria*, Fortal. ad exitum Mincii fluvii è lacu Gardenſi.

VI. DITIO PATAVINA.
Il Padovano.

Terminatur à Borea Vicentinâ, ab Ortu Ducatu Veneto, ab Auſtro Poleſine de Rovigo, Rhodiginâ, ab Occaſu Veronâ.

Urbes DITIONIS PATAVINÆ.

PADUA, *Patavium*, urbs ampla, munita, Epiſcopalis, celebris ab Academia, An. 1221. fundatâ, & ſepulchro S. Antonii, ad Brento & Bachiglione fl. 34. 50. 45. 30.

ABANO, *Abanum*, urbs propè Paduam, Thermis ſalubribus celebris.

CAMPO S. PIETRO, *Campus S. Petri*, urbs ad Brentam fl.

ESTE,

ESTE, *Ateste*, urbs Gentilitia familiæ Atestinæ, ad Bachiglione fl.

MONSELICE, *Mons Silicis*, urbs ad Liona fl.

VII. DITIO VICENTINA, *Il Vicentino.*

Long. Lat. ° ′ ° ′

Regio ob fœcunditatem Hortus Venetiarum dicta, concluditur à Borea Marcâ Trevisanâ, & Tridento, ab Ortu Pataviâ, ab Austro Rhodiginâ, ab Occasu Veronâ.

34. 12. 45. 39. VICENZA, *Vicentia*, urbs pulchra Episcopalis, ad confluxum Bachiglione & Renone fl.

34. 11. 45. 36. LONIGO, urbs ampla & Dives, in confinibus Patavinæ Ditionis.

MAROSTICA, *Morostica*, Fortalitium in confinibus Tridentinis & Marcæ Trevisanæ.

VIII. DITIO BERGOMENSIS *Il Bergomasco,*

Regio montosa ferro, metallis, & marmore celebris, concluditur à Borea Valle Telina, ab Ortu Brixiensi, Brescia, ab Austro Cremona & Crema, ab Occasu Mediolano.

32. 30. 45. 42. BERGAMO, *Bergomum*, urbs ampla caput Provinciæ, Episcopalis, cum Castello inter Brembum & Serium fl.

CALEPIO, *Caleppium*, urbs ad Ogliam fl.

IX. DITIO CREMENSIS *Il Cremasco.*

Parva Regio, sed valdè ferax vini, & frumenti, tota fermè Mediolanum ingreditur Jurisdictionis Venetæ.

32. 46. 45. 16. CREMA, urbs Episcopalis, munita cum Castello, & caput Ditionis ad Serio fl.

X. DI-

X. DITIO BRIXIENSIS
Il Bresciano.

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
Ab Italis L' Armata dicitur, eo quòd in ea bona arma conficiantur. Terminatur à Borea Grisonia, ab Ortu Verona, ab Austro Cremona, ab Occasu Bergamo.		
BRESCIA, *Brixia*, urbs Episcopalis, munita cum Castello & armamentario ad Garzam fl.	33. 20.	45. 32.
ISEO, *Iseum*, urbs ad Lago d' Iseo.	33. 5.	45. 40.
MONTE CHIARO, Claromontium, ad Chiese fl.		
SALO, *Salodium*, urbs elegans ad Lacum Gardensem.		

XI. DITIO RHODIGINA
Il Polesine di Rovigo.

Peninsula inter Padum & Athesin fl.

ROVIGO, *Rhodigium*, urbs & caput Provinciæ *Adria*, urbs Episc. unde nomen Adriatici maris.

RESPUPLICA GENUENSIS
La Riviera de Genova.

Doge sive Dux Genuensium modernus est STEPHANUS DURAZZO, exaltatus Anno 1735.

Antiqua Potentia.

FUit olim æmula Venetiarum potentia Genuensium, cum quibus diu bellum rivale gessit. Per *Lombardos* Anno 660. infirmata, à Regibus deinde Italiæ *Caroli M.* successoribus roborata, brevi in horum defectu An. 900. Libertatem sibi vendicavit, quin & Dominium maris Mediterranei exteris Potentiis disputavit, captâ *Corsica*, *Sar-*

dinia, *Neapoli*, *Palermo* in Sicilia; nihil tamen poſtmodum ei remanſit, niſi *Corſica*, quam modò ægrè defendit contra Rebelles Inquilinos.

Varia ſub Ducibus. Anno 1337. creavit Reſpublica ſibi Ducem, ad imitationem Venetiarum, ſed orto diſſidio inter *Guelphos*, & *Gibellinos*, hoc regimen ita defecit, ut coacta ſit implorare auxilium Exterorum. Hinc An. 1396. redacta fuit in poteſtatem *Regum Galliæ*, & *Ducis Mediolanenſis*, Donec An. 1528 *Andreas Doria* Admiralis Claſſium Gallicarum plùs de libertate Patriæ, quam jugo ſollicitus, oblatis Regi Galliæ 200000. Aureis ſe Gubernatorem Genuæ conſtituit, & formam Novi Gubernamenti *Democratico-Ariſtocratici* dedit.

Nova Forma Regiminis.

Conſilia Reipubl. *Idem* ſelegit 400. Nobiles pro *Conſilio majore*, à quibus eligeretur *Dux* ſingulis bienniis aliis: Octo *Gubernatores* Dominii Genuenſis, de quibus duo, quolibet ſemeſtri, mutarentur: Octo *Procuratores*: quinque *Syndicos*: præterea *Conſilium Minus*, ex Populo compoſitum, ſingulis annis renovandum. In quo ſtatu regimen manſit usque huc

Ditio Genuenſis. Territorium in longum à Varo fl. usque ad Arno fl. protenditur ad 40. milliaria Germanica, in latum verò ad 6. tantùm milliaria. Concluditur à Borea Apennino, ab Ortu Republica Luccana, ab Auſtro Mari Liguſtico, ab Occaſu Monaco & Nizza.

Terræ Situs. Pars Orientalis dicitur *La Riviera di Levante*, Pars Occidentalis *La Riviera di Ponente*. Terra fœcunda eſt ad oram Maris, ſecùs ad Apenninum. Ita ut alimenta ad victum neceſſaria vix poſſent ex tota ſua ditione colligere ad bimeſtre, niſi ſemper haberent inſtructas Biremes. Plebs è telis & ſerico, ac re maritima magnum quæſtum facit, aliisque mercimoniis. Nobilitas verò valdè dives & potens cambiis, ac magna Triremium claſſe ſemper parata tum ad convehendas ex aliis terris omnis generis divitias & delicias, tum ad diſtrahendas in omnem terram.

Divitiæ Mercimonia.

REI-

REIPUBLICÆ GENUENSIS Urbes.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
GENOVA, *Genua*, urbs Magnifica Palatiis ſuperba, caput Liguriæ, Archi-Epiſcopalis, Emporium celebre, cum inſigni Portu & Navali ad mare Liguſticum.	32. 14.	44. 33.
ALBENGA, *Albiga*, *Albigaunum*, urbs Epiſc. cum portu, ad Centam fl.		
BRUGNETO, *Bruniacum*, urbs Epiſc. ad Apenninum & Varram fl.		
FINALE, *Finarium*, urbs munita cum 3. Caſtellis in monte & Tit. Marchionatûs, eſt Hiſpanorum in Ora Liguſtica.	31. 12.	44. 8.
MARO, *Marum*, urbs in valle cum Tit. Marchionatûs, eſt Ducis Sabaudiæ.		
MONACO, *Monæcium, Herculis Monæci Portus*, urbs Principum Grimaldorum.	30. 9.	43. 39.
NIZZA, *Nicia*, urbs Epiſc. munita cum portu, ad Paulon fl. eſt Ducis Sabaudiæ.	29. 47.	43. 38.
NOLI, *Naulum*, urbs Epiſc. cum Portu.		
RAPALLO, *Rapallum*, urbs Epiſc. cum Portu non procul hinc Mons cum duobus Pagis terra dehiſcente abſorptus 1708.	32. 34.	44. 21.
SAVONA, *Savo*, urbs Epiſc. munita cum portu & 2. Caſtellis.	31. 38.	44. 11.
SARAZANO, *Sarazana*, urbs Epiſcop. ad oſtia Macræ, Magra fl.	33. 18.	44. 18.
SPEZZA, *Spetia*, *Speccia*, urbs cum portu Caſtellis munito.		
VINTIMIGLIA, *Vintimilium*, urbs Epiſc. Genuenſium, ſed diſtrictus circa illam eſt Comitum Vintimigliorum.	30. 28.	43. 42.
SESTRI di LEVANTE, *Seveſta Tiguliorum* urbs populoſa cum Portu.		
PORTO FINO, *Portus Delphini*, & *Porto Lerice*, Lericea.		

RESPUBLICA LUCCANA.

DItio Reipubl. quidem parva est, sed tamen dives vino, oleo, castaneis, & omnis generis mercimoniis. Caput bene munitum & insigni armamentario instructum, ex quo dicitur armare posse 40000. milites, & annuos habere reditus 500000. Libr. Circa medium Quarti sæculi jam florere cepit sub *Castruccio Florentino* & Senatore Romano; Hoc autem sine Liberis decedente, devenit in potestatem Imperatóris *Ludovici Bavari*, aliorúmque Imperatorum, subinde Ducum Mediolanensium. Denique An. 1430. libertatem suam recuperavit, & defacto est sub protectione Imperatoris. Regimen ejus Aristocraticum, quolibet Bimestri eligit unum, dictum *Gonfalonier*, pro capite, qui Assistentes sibi habet in consiliis majoribus 26. Consiliarios, itidem mutabiles: totus verò status Politicus consistit in 240. Nobilibus. Ditio fermè tota circumdatur Toscanâ, versùs Boream nonnihil attingit Mutinensem Ducatum, versùs Occidentem Principatum Massanensem, versùs Austrum mare Ligusticum.

Reipubl. Regimen.

REIPUBLICÆ LUCCANÆ Urbes.

Long. Lat. ° ′ ° ′

33. 45. 43. 40. LUCCA, urbs Episc. & caput Reipubl. Manufacturis Sericis celebris ad Serchio fl.

TOR di VIAREGGIO, *Turris viæ Regiæ, portus unicus Reipubl. bene munitus.*

S. Marini, Pisa, Siena, Livorno olim respublicæ, nunc subsunt Dominio M. Ducis.

ITALIA INFERIOR.

Et Vicinæ Insulæ.

IN Italia Inferiori situm propriè est Regnum Neapolitanum, sed huc reducuntur Insulæ Maris Mediterranei proximiores: Regnum Siciliæ, Regnum Sardiniæ, Regnum Corsicanum, & Insula Melita, Equitum Melitensium.

REGNUM



NEAPOLITANI REGNI Tabula.
MARE ADRIATICUM
Vulgo GOLFO DI VENETIA
MARE TYRRHENUM Sive THUSCUM
MARE IONIUM
INSULÆ LIPARÆ quæ olim ÆOLIÆ et VULCANIÆ INSULÆ
SICILIÆ PARS
ABRUZZO ULTRA
ABRUZZO CITRA
TERRA DI LAVORA
COMIT. DI MOLISE
CAPITANATA
TERRA DI BARI
TERRA DI OTRANTO
BASILICATA
PRINCIPATO ULTRA
PRINCIPATO CITRA
CALABRIA CITRA
CALABRIA ULTRA
Isola di Tremiti
Pelagosa
Golfo di Napoli
Golfo di Taranto
Golfo di Policastro
Golfo di S.Eufemia
Golfo di Squillace
Golfo di Spartivento
Golfo di Catania
Faro di Messina
Mare di Puglia
NAPOLI
Aquila
Chieti
Benevento
Capua
Gaeta
Salerno
Bari
Brindisi
Taranto
Otranto
Gallipoli
Cosenza
Catanzaro
Squillace
Regio
Messina
Milazzo
Catania
I. Ischia
Stromboli
I. Lipara
Volcano
Ætna M.
Milliaria Germanica
Milliaria Gallica

REGNUM NEAPOLITANUM.

Cujus Rex Modernus est CAROLUS Infans Hispaniæ Natus An. 1716. 20. Jan. Rex agnitus An. 1736.

INferior hæc pars Italiæ Regni Nomen accepit, circa annum 1000. postquam *Tancredus* Nortmannus cum 12. filiis ob egestatem suam operam contra Saracenos ibidem obtulisset, qui Generositate suâ & Filiorum Saracenis inde expulsis, reliquit Nepoti suo *Rogerio* Regnum Neapolis & Siciliæ, olim unum regnum. Hinc hoc & Illud hodiedum vocatur Regnum utriusque Siciliæ. *Regni Initia.*

Deinde divisum à *Gallis* in duo Regna *Neapolis* & *Siciliæ*, post Gallos *Suevi* regnum occuparunt, His rursus Hoc Galli eripuerunt, Gallis Hispani, tertio Hispanis Galli, iterum Gallis Hispani, sub quorum nomine *Carolus VI. Imp.* Eam tenuit donec An. 1735. *Don Carlos* secundo genitus Regis Hispaniarum illud occupavit. *Regni Successio.*

Regnum Neapolitanum est Feudum Pontificis, Hinc actualis Rex singulis annis *Papæ* in recognitionem 7000. Aureos transmittere debet cum Equo albo, *Celter* vocant. *Feudum Pontificis.*

Abundat Clero & Episcopis, ubi enim quis locus Civitatis jure donatur, illicò ei Episcopus præficitur. Recensentur ab Authoribus Archi-Episcopatus 21. Episcopatus 107. urbes muratæ 1580. Abundat etiam Nobilibus, ita ut per antonomasiam *Nobile Regnum* vocetur. Numerantur Duces 73. Principes 48. Marchiones 105. Comites 169. præter Vasallos Primarios 1000. Nobiles alios innumeros. *Status Ecclesf. status sæcularis.*

Reditus annui dicuntur ascendere ad duos Milliones & quingenta millia Ducatorum. Multos portus non habet, plures tamen sinus navibus recipiendis à natura accommodatos. *Potentia Regni.*

Fœcunditas Terræ.

Regio tam deliciosa est, ut Paradisus ab Italis dicatur, tam fertilis, ut nihil in eâ ad alimentum desideretur nisi frumentum alicubi, quod tamen abundè ex Sicilia & Africâ advehitur. Uti Terræ motibus, ita versatili hominum incolarum genio inquieta.

Longitudo Latitudo.

Longa est à Tronto fl. in finibus Aprutii usque ad fines ultimæ Calabriæ Capo spartivento Milliarium Germ. 80. Latitudo media Milliarium 32.

Termini regni.

Terminatur à Borea Mari Adriatico, ab Ortu mari Jonico, ab Austro Mari Tyrrheno, ab Occasu Statu Ecclesiastico, & littoribus maris utriusque tam superi, quam Inferi.

Complectitur 4. Majores Provincias, in quibus 12. Minores continentur.

Regni Provinciæ.

1. *Campaniam*, in qua *Terra di Lavoro*, Principato Citra, Principato Oltra.
2. *Aprutium*, in qua Abruzzo oltra, cum Comitatu Molissino.
3. *Apulia*, in qua Capitanata, Terra Bariana, & Hydruntina.
4. *Calabria*, in qua Basilicata, Calabria citra, & Calabria oltra.

I. CAMPANIA PROVINCIA MAJOR.

Campania Terra felix Neap di Lavoro.

Una ex 4. Capitalibus Provinciis Regni Neapolitani. *Florus* Historicus Campaniam Terrarum pulcherrimam vocat, quod nihil sit molliùs ejus cœlo, nihil uberiùs solo: summum sit hìc Liberi Cererisque certamen, nihilque hospitaliùs Mari. Tota Campania terminatur à Borea Aprutio utroque & Comitatu Molissino, ab Ortu Capitanatâ & Principatu utroque, ab Austro Mari Tyrrheno, ab Occasu Latio.

PARS

PARS PRIMA CAMPANIÆ,
Terra di Lavoro.

Una ex 12 Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Aprutio, Abruzzo, ab Ortu Principato, ab Auſtro mari Thyrrheno, ab Occaſu Campagna di Roma.

Long. Lat. ° ′ ° ′

Urbes CAMPANIÆ NEAPOL.

NAPOLI, *Neapolis*, urbs magnifica & delicioſa, caput totius Regni, ſedes Regis vel Pro-Regis, Archi-Epiſc. 7. habet ſuburbia, 5. Caſtella, ceu totidem fræna incolarum. Caſtel nuovo, del Uovo, S. Elmo, Torre di S. Vincenzo, Torrione de Carmeliti, cum Palatio Regio & Academiâ, fundatâ Anno 1239. Emporium celebre cum portu ſatis amplo & ſecuro, ad oram & ſinum maris valdè amœnum, ſive Golfo di Napoli. 38. 22. 41. 5.

AQUINO, *Aquinum*, urbs Epiſcopalis in Terra di Lavoro ad Melphem fl. eſt Ducis de Sora cum tit. Comitatûs. 38. 30. 41. 30.

AVERSA, urbs Epiſc. cum Caſtello, & Titulo Comitatûs.

CAPOA, *Capua*, urbs Archi-Epiſcopalis cum Caſtro munita ad Vulturnum fl. non procul hinc viſuntur rudera antiquæ celebris Capuæ. 35. 22. 41. 20.

GAETA, *Cajeta*, urbs Epiſc. in Peninſula cum arce duplici munita, & 2. Caſtellis ad Portum ſecurum. 37. 38. 41. 24.

MASSA di Sorriento, urbs Epiſc. cum tit. Principatus ad ſinum Neapol.

MONTE CASSINO, Abbatia celeberrima S. Benedicti, ejusque ſepulchrum. 37. 47. 41. 38.

NOLI, *Nola*, urbs Epiſcopalis ad Agnum ſive Clarum fl.

FONDI, *Fundi*, urbs Epiſcopalis ad Lacum Fundanum. 37. 27. 41. 32.

POZZUOLO, *Puteoli*, urbs Epiſc. cum caſtello ad portum amplum & tutum. Multum paſſa eſt Terræ motu. 38. 20. 41. 10.

SORA,

37. 34. 41. 55. SORA, urbs Episcopalis cum tit. Ducatûs, ad Gariglione fl. Ducum Buoncompagno di Sora.

38. 23. 40. 46. SORRENTO, *Surrentum*, urbs Archi-Episc. ad oram sinùs Neapolitani.

VICO, *Vicus*, urbs Episcopalis ad radices Apennini.

38. 14. 41. 41. VENAFRO, *Venafrum*, urbs Episcop. non procul à Voltorno, Vulturnum fl.

II. PARS CAMPANIÆ
Principatus Citerior
Il Principato Citra.

Una ex Provinciis Regni Neapol. abundat frumento, vino, oleo, fructibus, Serico & Thermis mineralibus. Terminatur à Borea Principato oltra, ab Ortu Basilicata, ab Austro & Occasu Mari Thyrrheno.

Urbes PRINCIPATUS CITERIORIS.

38. 48. 40. 51. SALERNO, *Salernum*, urbs Archi-Episcop. caput Provinciæ, ampla & populosa, cum Academia & Portu munito, ad ostium Busanolæ fl.

ACERNO, *Acernum*, urbs Episcopalis ad radices montanas.

38. 36. 40. 45. AMALFI, *Amalphis*, urbs Archi-Episc. cum Ducatu, ad sinum salernitanum.

CAMPAGNA, *Campania*, urbs Episcop. cum Marchionatu, ad Astro & Tenza fl.

CANGIANO, *Cangianum*, urbs ad Silarum fl. & montes Apenninos.

39. 30. 40. 20. CASTEL à MARE, *Castrum maritimum*, urbs Episcopalis ex ruinis urbis Veliæ ædificata & aucta ad Portum Telinum inter sinum Palemo & Policastro.

38. 41. 40. 55. NOCERA, *Nuceria*, urbs Episcopalis cum Ducatu Familiæ Barberinorum, ad Safati fl.

39. 28. 40. 9. POLICASTRO, *Policastrum*, urbs Episc. multùm imminuta, ad sinum ejusdem olim nominis, nunc Lai dictum.

39. 20. 40. 36. S. SEVERINO, *S. Severini*, urbs non procul à priore.

III. PARS

III. PARS CAMPANIÆ.

Principatus Ulterior.

Il Principato oltra.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. frigidior eſt, præſertim in montibus Apenninis, ideoque non tam ferax, abundat tamen ſylvis Caſtaneis & paſcuis, Terminatur à Borea Capitanata, ab Ortu Baſilicata, ab Auſtro Principatu Citeriore, ab Occaſu Terra di Lavoro. ubi ad confinia Veſuvii monte di ſomma feracior eſt.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes PRINCIPATUS ULTERIORIS.

BENEVENTO, *Beneventum*, urbs Archi-Epiſcopalis, caput Provinciæ, ad confluxum Sabati & Caloris fl. eſt Juris Pontificii ab Anno 1053. per S. Henricum Imp. Loco Bambergæ. — 38.55. 41.18.

S. AGATA de GOTI, *Agathopolis*, urbs Epiſcopalis ad fines Terræ di Lavoro.

ARIANO, *Arianum*, urbs Epiſcopalis cum Ducatu ad radices Apennini. — 39.6. 41.18.

AVELLINO, *Avellinum*, urbs Epiſcop. cum Principatu Caracciolorum Principum.

BISACCIA, urbs Epiſc. cum Ducatu ad radices Apennini.

CONZA, *Compſa*, urbs Archi-Epiſcopalis, per terræ motus valdè concuſſa, ad fontes Aufidi, Ofanto fl. hinc Archi-Epiſc. alibi ſedem fixit.

MONTE FOSCOLO, *Mons fuſculus*, urbs & Reſidentia Gubernatoris Provinciæ.

MONTE MARANO, *Mons Marianus*, urbs Epiſc. ad Calore fl. — 39.28. 41.7.

MONTE VERDE, *Mons Viridis*, urbs Epiſc. ad Ofante fl.

NUSCO, *Nuſcum*, urbs Epiſc. ad Apenninum.

TRIVENTO, *Triventum*, urbs Episcopalis ad Trinium fl.

II. PROVINCIA APRUTIANA.

Una ex 4. Capitalibus Regni. Terminatur à Borea Mari Adriatico, ab Ortu Capitanata, ab Austro Terrâ di Lavoro, ab Occasu Statu Ecclesiastico.

PARS PRIMA APRUTIUM ULTERIUS.
L' Abruzzò Oltra.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Golfo di Venetia, ab Ortu Aprutio Citeriore, ab Austro Terra di Lavoro, ab Occasu Statu Ecclesiastico. Dicitur etiam Provincia dell' Aquila.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes APRUTII ULTERIORIS.

37. 13. 42. 42. AQUILA, urbs Episc. Caput Prov. in Monte cum castro munito, ad Aternum, sive Pescaram fl. multùm terræ motibus quassata.

37. 48. 42. 56. ATRI, *Atria*, urbs Episc. cum Ducatu Familiæ Aquaviva, ad Piomba fl.

CAPISTRANO, Patria Capistrani Franc. circa annum 1456. celebris in expeditionibus contra Turcas.

CELANO, Transitus angustus & munitus per montes Apenninos.

CIVITA di PENNA, *Pinna*, urbs Episc. ad Salino fl. Ducis Parmensis.

7. 47. 42. 57. PESCARA, *Piscaria*, urbs munita cum castello & Marchionatu Fam. d'Avalos, ad ostium Pescara fl.

TERAMO, *Interamnia*, urbs Episc. cum Principatu, ad Batinum fl. aliis Tordino.

PARS

PARS II. APRUTIUM CITERIUS.
L' Abruzzo Citra.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea mari Adriatico, ab Ortu Comitatu Molissino, ab Austro Terrâ di Lavoro, ab Occasu Aprutio ulteriore. Dicitur etiam Provincia Theatina, di Chieti.

Urbes APRUTII CITERIORIS.

	Long. ° '	*Lat.* ° '
CHIETI, *Theate*, urbs Archi-Episc. Caput Provinciæ, ad Aternum sive Pescaram fl.	38. 7.	42. 44.
LANCIANO, *Auxanum*, urbs Archi-Episc. ad Feltrinum fl. æmula capitis.	38. 8.	42. 43.
ORTONA à MARE, urbs Episc. Ducis Parmensis ad mare Adriaticum cum portu.	38. 9.	42. 44.

ORTONA di MARSI, urbs Episcopalis in eadem Provinciâ mediterranea, Terræ motibus obnoxia.

PARS III. COMITATUS MOLISSINUS.
Il Contado di Molise.

Una ex 12. Provinciis Regni Neap. Terminatur à Borea Mari Adriatico, ab Ortu Capitanatâ, ab Austro Terra di Lavoro, ab Occasu Aprutio Citeriore. Dicitur etiam Lancjana.

Urbes COMITATUS MOLISSINI.

	Long.	*Lat.*
BOJANO, *Bojanum*, urbs Episc. caput Comitatûs, ad Fortore fl.	38. 20.	41. 42.
ISERNIA, *Æsernia*, urbs Episc. non procul à Vulturno fl.	38. 23.	41. 47.
MOLISE, *Molisium*, & *Molismum*, urbs cum castro.	38. 36.	41. 49.

LARINA, urbs Episcopalis, non procul à Biferno fl.

III. PROVINCIA APULIA PUGLIA.

Una ex 4. Capitalibus Regni. Regio valdè fœcunda complectitur Capitanatam, Bari, Otranto. Terminatur à Borea mari Adriatico, ab Ortu Mari Jonico, ab Austro Principatu oltra, & Basilicata, ab Occasu Comitatu Molissino & Terrâ di Lavoro.

PARS PRIMA PROV. CAPITANATA, *La Puglia Piana.*

Una ex 12. Provinciis regni Neapol. Plana dicitur ob planitiem regionis, Terminatur â Borea mari Adriatico, ab Ortu Bariensi Prov. ab Austro Basilicatâ, & Principatu ulteriore, ab Occasu Terra di Lavoro & Comitatu Molissino.

Long, Lat. ° ′ ° ′

Urbes PROVINCIÆ CAPITANATÆ.

39.28. 41.7. MANFREDONIA, *Sipontum novum*, urbs Archi-Episc. cum castro munito caput Provinciæ & Portus bonus ad mare.

39.32. 41. 6. ASCOLI, *Asculum Apulum*, urbs Episc. cum Principatu, ad Appenninum.

FORENZA, *Ferentum*, *Ferenzuola*, urbs Episc. cum castro, ad Apenninum.

MONTE S. ANGELO, urbs munita in Monte Gargano, ubi specus S. Michaelis.

39.18. 41.45. NOCERA, *Nucera*, urbs Episcopalis cum tit. Ducatûs.

LESINA, urbs cum castro propè mare & Episcopalis.

TROJA, urbs Episc. cum Principatu ad Chilarum fl. & Apenninum.

40.10. 42.9. VIESTE, *Viesta*, urbs Episc. ad radices Gargani Montis.

SIPONTUM VETUS, urbs terræ motibus concussa, ad sinum Sipontinum.

PARS

PARS II. PROVINCIA BARIANA.

La Terra di Bari.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Mari Adriatico, ab Ortu Terrâ d' Otranto, ab Austro Basilicatâ, ab Occasu Capitanatâ Provinciâ.

Urbes PROVINCIÆ BARIANÆ.

BARI, *Barium*, urbs Archi-Episc. munita, Caput Provinciæ cum portu sat capaci ad mare. 40.51. 41.13.

ANDRIA, urbs Episcopalis cum Ducatu, Gentis Caraffæ. 40.21. 41.10.

BARLETTA, *Barulum*, urbs & Residentia Archi-Episcopi Nazarethani, cum portu ad mare. 40.20. 41.21.

BITONTO, *Budruntum*, urbs Episcopalis cum Marchionatu non procul à mari. 40.41. 41.9.

MOLFETTA, *Melfictum*, urbs Episc. cum Ducatu Gentis Spinola in ora maritima. 40.39. 41.10.

MONOPOLI, *Monopolis*, urbs Episc. elegans & culta in ora maris. 41.17. 41.6.

CONVERSANO, *Capersanum*, urbs Episc. cum Principatu Ducum Aquaviva non procul à mari. 41.8. 41.5.

POLIGNANO, *Polinianum*, urbs Episc. in ora Maritima.

RUVO, *Rubi*, urbs Episc. bene culta sub Domino Ducum Andriæ Caraffâ.

TRANI, *Tranium*, urbs ampla Archi-Episcopalis cum arce & portu, sed nunc arenis repleto. 41.27. 41.18.

PARS III. PROVINCIA HYDRUNTINA.

La Terra d' Otranto.

Una ex 12. Povinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Mari Adriatico, ab Ortu Mari Jonico, ab Austro sinu di

Long. Lat.
° ' ° '

di Taranto, ab Occaſu Barianâ Provinciâ. Dicitur etiam Provincia di Lecce, ſive Aletina.

Urbes PROVINCIÆ HYDRUNTINÆ.

42. 29. 40. 20. OTRANTO, *Hydruntum*, urbs Archi-Epiſcopalis, caput Provinciæ, munita, cum Caſtello & Portu, ab ejus promontorio usque ad Epirum, Mare Adriaticum, ab Jonico diſtinguitur.

41. 53. 40. 48. BRINDISI, *Brunduſium*, urbs Archi-Epiſcopalis, cum portu maximo, & tutiſſimo Italiæ, qui arce & duobus caſtellis defenditur.

42. 8. 40. 30. LECCE, *Aletium*, urbs ampla Epiſc. æmula capitis, Reſidentia Gubernatoris Provinciæ, non procul à mari.

42. 29. 40. 6. S. MARIA de LEUCA, *Leuca*, urbs cum caſtro juxta Promontorium Japygium.

40. 42. 46. 47. MATERA, *Mateola & Materia*, urbs Epiſc. bene culta inter montes ad Canapro fl.

41. 14. 40. 40. TARANTO, *Tarentum*, urbs Archi-Epiſc. bene culta cum Principatu, munita caſtello & portu ad Oſtium Taræ fl.

41. 51. 40. 46. ORIA, *Uria*, urbs Epiſcopalis, ad terminos Apennini, cum arce vetuſtâ, ad Galeſi fl.

IV. PROVINCIA CALABRIA.

Una ex 4. Capitalibus Regni complectitur Baſilicatam, Calabriam citeriorem, & ulteriorem. Terminatur à Borea Prov. Barianâ, ab Ortu Mari Jonico, ab Auſtro Mari Siculo & Siciliâ, ab Occaſu Mari Mediterraneo. Dicitur etiam Provincia di Coſenzâ.

PARS I. PROVINCIA BASILICATA.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Capitanatâ, & Barianâ, ab Ortu ſinu Tarentino, ab Auſtro Calabriâ Citeriore, ab Occaſu Principatu utroque. Dicitur etiam Provincia di Cirenza.

Urbes

Urbes PROVINCIÆ BASILICATÆ.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

CIRENZA, *Acheruntia*, urbs Archi-Epiſcopalis, caput Provinciæ, ad Apenninum & Brandano fl. 39.38. 40.41.

LAVIELLO, *Lavellum*, urbs Epiſc. ad Aufidum fl.

POTENZA, *Potentia*, urbs Epiſcopalis Terræ motibus concuſſa, debet diſtingui ab illa, quæ eſt in Marchia Anconitanâ.

MATERA, *Materia*, urbs Archi-Epiſc. ad Brandanum fl. alia ab Hydruntinâ.

RAPELLO, *Rapellum*, urbs Epiſcopalis cum Ducatu, alia à Genuenſi. 39.34. 40.43.

TRICARICO, *Tricaricum*, urbs Epiſc. ad Baſiento fl. Terræ motu concuſſa.

TURSI, *Turſia*, urbs Epiſc. cum Ducatu inter Sirim & Æririm fl.

VENOSA, urbs cum Principatu & Epiſcopatu ad Ofanto fl. 39.35. 41. 0.

PARS II. CALABRIA CITERIOR.
La Calabria Citra.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Baſilicatâ, ab Ortu ſinu Tarentino, ab Auſtro Calabriâ ulteriore, ab Occaſu mari Tyrrheno.

Urbes CALABRIÆ CITERIORIS.

COSENZA, *Conſentia*, urbs Archi-Epiſc. caput Provinciæ, una ex præcipuis Regni, cum caſtro munito, ad Baſento fl. 39.54. 39.27.

AMANTEA, *Adamantia*, urbs cum arce munita, in ora Maris, Princ. Beſignano. 39.44. 39.20.

BESIGNANO, *Biſinianum*, urbs Epiſc. cum arce munita, & montibus circumvallata, ad Cotilum fl. Princ. Severino. CA-

Long. Lat.
° ′ ° ′

CARIATI, *Cariatum*, urbs Episc. cum Ducatu Ducum de Spinelli.

40. 1. 40. 4. CASSANO, *Cassanum*, urbs Episcopalis ad Bano, Biano fl.

CERENTIA, *Geruntia*, urbs Episc. in rupe posita.

MARTORANO, *Martoranum*, urbs Episc. non procul à mari.

MONTALTO, *Mons altus*, urbs alia ab illâ, quæ est in Anconitanâ Marchiâ.

STRONGOLI, *Strongilum*, urbs Episc. non procul à mari cum Tit. Principatûs.

40. 21. 39. 56. ROSSANO, *Roscianum*, urbs ampla Archi-Episcopalis, cum Principatu insigni, ad Celanum fl. Borghesiorum.

40. 38. 39. 20. S. SEVERINA, *Fanum S. Severinæ*, urbs Archi-Episc. ad Neto fl.

PARS III. CALABRIA ULTERIOR.

La Calabria oltra.

Una ex 12. Provinciis Regni Neapol. Terminatur à Borea Calabriâ Citra, ab Ortu respicit Mare Jonicum, ab Austro Mare Siculum, ab Occasu Mare Mediterraneum. Dicitur etiam Prov. di Cantazara.

Urbes CALABRIÆ ULTERIORIS.

39. 3. 38. 15. REGGIO, *Rhegium Julium*, urbs Archi-Episcopalis, caput Provinciæ, in ora freti Siculi contra Pharum Messana.

BELCASTRO, *Bellum castrum*, urbs Episc. ad Nascarum fl. versùs Sqillasium sinum.

BOVA, urbs Episc. undique saxis circumvallata, non procul à Mari.

CANTAZARO, *Cantacium*, urbs Episc. & Residentia Gubernatoris, ad sinum Squilaum.

CORTONE, *Croton*, urbs Episc. cum arce munita, ad ostia Æsaris fl.

GI-

	Long.	Lat.
GIRACE, *Giracia*, urbs Episc. ad Mare.	° ′	° ′
ISOLA, *Insula*, urbs Episc. non procul à Mari.	40. 57.	30. 12.

S. EUFEMIA, urbs ad oram maris terræ motu concussa.

MELITO, *Miletus*, urbs Episc. non procul à mari, pariter Terræ motu desolata.

NICASTRO, *Neocastrum*, urbs Episc. similiter Terræ motu vastata.

OPPIDO, *Oppidum*, urbs Episc. ad Rad. Apen. inter Trecosium & Madenam fl.

SQUILLACE, *Scyllacium*, urbs Episc. ad Favelone fl. & sinum Squillaceum. — 40. 15. 30. 15.

TROPEA, *Tropæa*, urbs Episcopalis multùm Terræ motu concussa. — 39. 14. 38. 52.

REGNUM SICILIÆ

Cujus Rex Modernus est CAROLUS Infans Hispaniæ Natus An. 1716. 20. Jan. Rex agnitus An. 1736.

Insulæ Situs

SIcilia sive *Trinacria* est Insula Maxima maris Mediterranei, Calabriæ proxima, cui olim conjuncta fuisse creditur, postmodum vel fluctibus vel terræ motu avulsa, intercurrente freto Siculo, in quo *Scylla* est scopulus Italiæ in mare procurrens, & *charybdis*, locus vorticosus, utraque loca periculosa, unde Proverbium: Incidit in scyllam, qui vult vitare Charybdim. Primi eam inhabitarunt *Latini* ab Aboriginibus illinc propulsi, deinde habuit Tyrannos *Dionysios* & *Agathocles*, *Wandalos*, *Saracenos*, subinde expulsis Saracenis *Nortmanni* per *Tancredum* ei dederunt Reges. Postmodum Galli de Domo Andegavensi, de quorum interitu sunt celebres illæ *vesperæ Siculæ* An. 1282. *Hispani* Arragonici, *Domus Austriaca*, denique iterum *Hispani* per *Don Carlos* secundò genitum Hispaniæ Regis.

Scylla Charybdis.

Reges Diversi

Regni successio.

Ubertas Regionis. Aërem habet valdè ſanum, fructum affert centuplum, unde Horreum Italiæ dicitur & aurea Concha, camporum ac viridariorum amœnitate, urbium ſplendore delicioſa & magnifica.

Longitudo Latitudo Inſulæ adjacentes. Longa 50. Milliaria Germ. Lata 35. Milliaria. Præter 7. Inſulas primarias: Liparam olim ignivomam, Æoliam ventoſam, Vulcano igneam, Stromboli, Panari, Felicur, Alicur, Salines, aliásque minores, infames ſyrenum ſcopulos.

Diviſio Regni. Regnum dividitur in 3. Provincias ſive valles capitales: *Vallem Demonæ*, val di Demona. *Vallem Mazaræ*, val di Mazara. *Vallem Nettinæ*, val di Noto.

VALLIS DEMONA.

Proxima Regno Neapolitano, à quo freto 2. Milliarium Germanicorum dirimitur ad Pelorum Promontorium celebre. Abundat vino, melle, ſerico, corallio, ſulphure, quo Ætnæ montis perpetua nutriuntur incendia.

Urbes VALLIS DEMONÆ.

Long. Lat. ° ′ ° ′

38. 36. 58. 21. MESSINA, *Meſſana*, urbs una ex præcipuis Siciliæ, Archi-Epiſcopalis, Caput Vallis Demonæ, Munita 4. Caſtellis, Emporium celeberrimum cum portu inſigni & Navali ad fretum.

38. 27. 37. 36. CATANEA, *Catana*, urbs Epiſcopalis olim maximum & optimum Emporium cum portu, ſed Terræ motibus valdè vaſtata, ad Indicello fl.

CATANÆ vicinus ÆTNA, *Monte Gibello Ignivomus*, cujus crater 20. ſtadia patet, apex autem ejus paulatim ſubſidit, & rimas agit.

37. 0. 38. 41. CIFALU, *Cephalædis*, urbs Epiſc. bene culta cum Caſtro & Portu.

37. 30. 38. 22. MILAZZO, *Mylæ*, urbs munita cum caſtello & portu ad ſinum parvum.

PAT-

PATTI, *Pactæ*, urbs Episc. non procul à mari, ad Golfo di Patti. — 38° 0′. 38° 40′.

TAORMINA, *Tauromenium*, urbs in rupe posita, oram Orientalem. — 38. 51. 37. 5[illegible].

VALLIS MAZARA.

Cingitur mari Siculo præterquam ab Ortu, quo contingit Vallem Demonæ & Vallem Nettinam. Solum habet feracissimum.

Urbes VALLIS MAZARÆ.

PALERMO, *Panormus*, urbs Archi-Episcopalis, sedesPro-Regis, ubi Rex coronari solet, caput Vallis di Mazarâ & totius Siciliæ, munita, cum duobus castellis, & portu capaci, ad ostia Oresti fl. & oram maris Borealem. Ex lapidibus inventis ajunt urbem Noëmo antiquiorem. — 36. 18. 38. 10.

CASTEL à MAR di GOLFO, *Castrum ad mare*, urbs cum portu amplissimo.

GERGENTI, *Agrigentum*, urbs Episc. cum castro ad Agragam fl. ubi unicus tantùm ad urbem est aditus. Ad oram australem. — 36. 46. 36. 58.

MARSALA, *Marsalla*, urbs munita ad Promontorium Lilybæum, Cocco, valdè populosa. — 35. 41. 37. 10.

MAZARA, urbs Episcopalis, munita, cum portu amplo, ad ostia Mazæ fl. — 35. 12. 37. 30.

TRAPANI, *Drepanum*, urbs cum portu capaci, cui adjacet scopulus Columbara cum arce munita in Insula proxima Colombrerâ, quæ urbem defendit. Feruntur hic corpora Cyclopum & Gigantum reperta pedum 30. — 35. 10. 37. 32.

VALLIS NETTINA, di Noto.

Cingitur ab Ortu & Austro mari Siculo, ab Occasu Valle Mazarâ, à Borea Valle Demonæ. Reliquis vallibus fœcunditate non cedit.

Long. *Lat.*
° ′ ° ′

Urbes VALLIS NETTINÆ.

38. 20. 36. 46. NOTO, *Netum*, urbs ampla & bene culta, in monte præalto, & rupibus circumvallato, ad Abiſum, ſive Aſcellarum fl.

38. 22. 37. 3. SIRAGUSA, *Syracuſæ*, urbs Epiſc. cum Portu capaci tuto & Arce Maniace ſcopulis undique vallata, ad apicem Peninſulæ.

37. 28 36. 46. TERRA NOVA, olim *Camarina*, urbs bene culta cum arce & Portu, ac Ducatu Familiæ Cordubæ, ad oſtia Gelæ fl.

38. 28. 38. 18. AGOSTA, *Auguſta*, urbs munita tribus caſtris in Inſula, quæ continenti jungitur ponte lapideo, cum portu capaci & ſecuro ad oram Orientalem, ſed terræ motibus multùm quaſſata.

LENTINI, *Leontinum*, urbs vetuſtiſſima Siciliæ, bene tamen culta cum portu, licet terræ motu quaſſata.

MAZARINO, *Mazarinum*, urbs cum Comitatu Gentis Brancifortiæ, ex qua celebris ille Mazarinus in Gallia.

RAGUSA, urbs ſatis culta ad fontes Raguſæ fl.

SARDINIA,
Sardainge, Sardegna.

Cujus Rex Modernus eſt CAROLUS EMMANUEL VICTOR III. Natus An. 1701. 27. April. Rex agnitus An. 1730.

Inſulæ Situs SArdinia Inſula Siciliæ fermè par magnitudine, longa 46. lata 26. milliaria Germanica, frugifera magis, quàm ſana, reſpicit à Borea Inſulam Corſicam, ab Ortu Siciliam, ab Auſtro Africam, ab Occaſu Hiſpaniam. *Origo* Dicta eſt Sardinia à *Sardo* Filio Herculis ex Lybia populum eò deducente, *Succeſſus.* cujus Poſteris *Carthaginenſes* eam eripuerunt. *Varii Domini* His *Romani*, Romanis *Saraceni*, Saracenis *Genuenſes*, & *Piſani*, dum-

dumque hi multùm inter ſe decertarent de ejus poſſeſſione, Pontifex *Bonafacius VII.* Eam tanquam Feudum tradidit *Jacobo* Regi Hiſpaniæ An. 1324. à quo tempore Hiſpani eam tenuerunt usque ad annum 1708. quo *Carolus VI. Imp.* ſive *Carolus III.* ut Rex Hiſpaniæ eam occupavit, An. dein 1717. eandem *Duci Sabaudiæ* loco *Siciliæ* tradidit.

Regni Partes. Regnum dividitur in duas Provincias: Auſtralem Regionem Promontorii Calaritani, Capo di Cagliari, & Borealem regionem Promontorii Saſſaritani, Capo di Saſſari, ſive Logudori, præter 44. Inſulas parvas, quarum tamen 8. tantum ſunt habitatæ.

PARS AUSTRALIS CALARITANA.

CAGLIARI, *Calaris*, urbs Archi-Epiſcopalis, ſedes Pro-Regis, Caput Inſulæ, cum Academiâ, tribus ſuburbiis & portu capaciſſimo ad ſinum Calaritanum. *32 44. 38. 45.*

BOSI, *Boſa*, urbs Epiſc. cum caſtro Saravalle, & portu ſatis capaci ad oſtia Boſæ fl. *31 58. 40. 30.*

ORISTAGNI, *Arborea*, urbs Archi-Epiſc. cum Marchionatu, ad Thyrſim fl. diſtat à portu ſuo plusquam milliari. *31. 56. 39. 4.*

VILLA d' IGLESIA, *Villa Eccleſiæ*, urbs Epiſcopalis cum caſtro munito.

PARS BOREALIS SASSARITANA,

Sive di Logudori.

SASSARI, *Saſſaris*, urbs Archi-Epiſc. ampla cum caſtro, caput Logudori. Ex parte munita. *32. 5. 40. 18.*

ALGUER, *Algerium*, urbs Epiſcopalis munita cum Caſtro & Portu ad oram Occidentalem, ubi optima piſcantur Corallia. *32. 6. 40. 13.*

CASTEL ARAGONESE, *Caſtrum Aragonicum*, urbs *32. 7. 40. 30.*

Long, Lat. ° ′ ° ′ — urbs Episcopalis, bene culta, cum castro munito & portu capaci ad ostia Coquinas fl. ad occasum.

33. 2. 40. 29. — TERRA NOVA, *Phasiana*, urbs Episc. cum portu capaci, ad sinum & Capo di Sarda, oræ Orientalis.

CORSICA

Sub Dominio Genuensium, sed ante annos aliquot rebellis facta, lusum Orbi Comicum, sed sibi Tragicum fecit, quando exterus quidam, dictus D. de Neuhoff, se rebellium Ducem constituit, seque Regem Corsicæ *Theodorum* nominavit.

Fertilitas Corsicæ. INsula Corsica, una etiam ex majoribus Italiæ Insulis, non adeò fertilis ut duæ superiores, quia aspera & montosa est, tamen profert vinum generosum, frumenta, & fructus bonos, olivas, ficus, amygdala, castaneas & corallia ad mare. *Longitudo Latitudo.* Longa tantum 30. Lata 20. Milliaria, sita est media inter oram Genuensem & Sardiniam.

Origo Nominis. Dicitur talis à Corsa pecorum ductrice, quæ ex Liguriâ olim populum eò deduxit, nunc adhuc paret & à multo tempore Genuensi Reipublicæ, sed bello intestino turbulenta, quod magis modò urget, quidam exterus, nomine Regis novi Corsici assumpto.

Divisio Insulæ. Dividitur in 4. partes, *di qua Monti* versùs Boream, *di la Monti* versùs Austrum, *Banda di dentro*, versùs Ortum, *Banda di Foura*, versùs Occasum.

Urbes CORSICÆ.

32. 48. 42. 48. — BASTIA, urbs munita cum arce & Portu capaci, caput Insulæ, sedes Gubernatoris, versùs Boream.

32. 12. 41. 36. — AJAZZO, *Adiacium*, urbs Episc. bene culta cum arce & Portu, in Peninsula.

BONI-

	Long. ° ′	Lat. ° ′
BONIFACIO, *Bonifacium*, urbs munita cum portu versùs Austrum & Capo di Ferro.	32. 47.	41. 4.
CALVI, *Calvium*, urbs munita cum portu ad oram Occidentalem.	32. 10.	42. 16.
CORTE, *Curia*, urbs in medio Insulæ, sedes Episcopi Aleriensis, cujus urbis rudera supersunt.	32. 32.	42. 8.
FIORENZO, urbs S. Florentii munita cum portu.	32. 40.	42. 49.
MARIANO, *Marianum*, urbs olim Episcopalis.		
NEBBIO, *Nebbium*, pariter urbs olim Episcopalis, ambæ multùm vastatæ.		

INSULÆ RELIQUÆ ITALIÆ PARVÆ

Primarium inter eas locum tenet

MALTA sive MELITA.

Melitensium Magn. Magister modernus est ANTONIUS MANUEL de Vilhena, natus An. 1663. electus An. 1722.

In Germania PHILIPPUS WILHELMUS Comes de Nesselrod & Reichenstein, S. R. I. Princeps, Electus An. 1728.

PArva quidem Insula propè Siciliam, sed celebris tum à naufragio S. Pauli, & exterminatione serpentum, tum ab ordine Equitum S. Joannis, qui olim *Hospitalarii* erant Peregrinorum ad S. sepulchrum Hierosolymis, ubi initium sumpserant An. 1104. deinde *Rhodisti* nominati ab Insula *Rhodis*, quam Hierosolymis expulsi ceperant, sed An. 1522. inde à *Solymanno* repulsi, *Melitam* insederunt An. 1530. ex concessione *Caroli V. Imp.* unde *Melitenses Equites* dicti sunt. Quam Insulam defacto tenent contra incursus Hostis Christianorum & Piratas, egregiéque defendunt Chri-

Ordo Equitum

Rhodisiorum Melitensium.

Christianitatem, velut murus Christianorum. Habet portus optimos, quorum præstantissimus est in Chersoneso ad castrum S. Erasmi, S Elmo. Non abundat quidem frumento & vino, fructibus tamen bonis. In circuitu est 60000. passuum, in longitudine 6. in latitudine 3. milliarium.

INSULÆ PARVÆ AD MELITAM ET SICILIAM.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
37. 45.	35. 40.	MALTA, *Melita*, urbs ampla, munita, Episcopalis, sita in 3. Peninsulis, la Valetta, il Burgo, Insula S. Michaëlis, non solùm à natura & arte munitis, sed etiam fortiter defensis ab arcibus S. Elmo, S. Angelo, & Torre della Bocca. Sedes M. Prioris, cum tribus portubus.
36. 10.	35. 32.	GOZA cum castro non procul à Melita subest Melitensibus.
36. 10.	34. 2.	LAMPEDUSA, *Lampadusa*, à Nautis celebrata ob devotionem erga Dei Matrem.
36. 10.	35. 10.	LINOSA, olim *Æthusa*, inter Gozam & Lampadusam media.

INSULÆ LIPARÆ X. AD SICILIAM.

Quarum una tantùm habitata.

38. 11.	38. 0.	MELUGINIA, cum urbe Episcopali in rupe præruptâ, & arce munita, La Pignatara.

INSULÆ AD ORAS ITALIÆ.

38. 12.	40 41.	CAPRI, *Capreæ*, ad introitum sinûs Neapolitani, cujus urbs *Capri* munita castello est Episcopalis. Insula subest Regno Neapolitano.
32. 52.	42. 20.	ELBA, *Elva*, *Ilva*, ad oram Toscanam, cujus urbs *Ferrajo* munita est Ducis M. & urbs *Porto Longone* Hispanorum, cætera sunt Ducis di Sora Feudum Hispanicum.

GIA-

GIANUTO, cum caſtro M. Ducis. *Longi Lat.*

GORGONA, *Gorgon*, cum urbe & caſtro M. Ducis. ° ′ °

GIGLIO, *Ægilium*, cum arce & pago M. Ducis.

ISCHIA, olim *Ænaria*, cum urbe Epiſcopali, & arce in ſcopulo per pontem lapideum juncta, ſubeſt Regno Neapolitano 38. 3. 41. 4.

PONZA, *Pontia*, parva & inhabitata.

ITALIÆ MEMORABILIA.

Cognomina Urbium præcip.

Roma la Santa, ob S. Sedem Apoſtolicam.
Napoli la Gentile, ob copiam Nobilium.
Venetia la Ricca, ob divitias & potentiam.
Genua la Superba, ob Magna Palatia.
Milano la Grande, ob multitudinem Civium.
Fiorenza la bella, ob pulchritudinem.
Bologna la Graſſa, ob ſoli pinguedinem.
Padova la Dotta, ob Academiam celebrem.
Ravenna l' Antiqua, ob Antiquitatem Domorum.

Palatia Italica. Romana majeſtas. In templis & Palatiis.

Vix alibi plura & ſplendidiora Palatia ſpectantur quàm in Italia. In ſola Roma numerantur 424. Templa, inter quæ eminent *S. Petri*, *S. Pauli*, *S. Joannis* in Laterano, *S. Maria Maggiore*, *della Rotonda* & Palatia magnifica recenſentur 464. inter quæ præcipua ſunt tria ſummi Pontificis. 1. *Vaticanum* cum caſtro S. Angeli. 2. *Quirinale* in monte Caballo. 3. *Lateranenſe*, in monte Cœlio. Præter alia *Cardinalium*, *Principum*, *Legatorum*, aliarumque familiarum Illuſtrium. Ut ſileam ſumptuoſiſſimos Aquæ ductus, fontes, Amphitheatra, qualia adhuc in ruderibus Peregrini admirantur. Nec memorem obeliſcos molis ingentis ac ſtupendæ, Pyramides, columnas lapideas & marmoreas, altaria pretioſiſſima, Picturas & ſtatuas toto orbe celebratiſſimas.

Bononiæ Palatia.

Præter Palatium Legati Pontificii ſunt plura inſignia *Bentivoglii*, *Ceſpi*, *Facchinetti*, *Malpegii*, *Malvezzii*, *Pepoli*, aliarumque familiarium Illuſtrium Palatia, pleraque

forinſecus aperta, ut prætereuntibus interior ſymmetria pateat.

Ferrariæ Palatia. Inter alia complura eminet Ducale Palatium, in urbis umbilico aquis circumfuſum, cujus Porticus & ambulacra referunt Ducum *Farneſianorum* effigies in muro ad vivum depictas.

Genuæ Palatia. Ingens & ampla Platea Nova plena eſt ſuperbis Palatiis præter Curiam Reipublicæ, Armamentarium cum ſuo navali, Palatium Ducis & Doriæ ſplendidiſſimum ad oram maris.

Mantuæ Palatia. Præter multa Nobilium in urbe Palatium Ducale eſt ampliſſimum tribus Aulis locandis aptum. Extra urbem Palatium ſuburbanum *Il The*, ultra Lacum *Marmirvolo*. In colle vicino *Favorita*, & *il Porto*.

Mediolani Palatia. Palatium Gubernatoris, Archi-Epiſcopi, & Curia Ducalis, præter alia familiarum Illuſtrium: *Borromæi*, *Vicecomitis*, *Sporzæ*, *Trivulzii*, *Marini &c.* item Hoſpitale Nobilium extra urbem.

Florentiæ Palatia. Inter plura Nobilium Palatia ſplendent duo M. Ducis: *Vetus Theſaurarium*, & *Novum de Pithi*, verè Regium. Ac præter cætera rara in Armario ditiſſimo celebratur *Adamas* unius Pollicis centies mille coronatis æſtimatus.

Mutinæ Palatia. Præ reliquis urbis præſtat *Eſtenſe* Palatium, in quo conclavia referta ſunt picturis Nobiliſſimis celeberrimorum Artificum, alia verò meris ſpeculis collucentia.

Parmæ Palatia. Urbs licet non adeo magna, plena tamen eſt Palatiis, inter quæ primas tenet Palatium Ducale, & ampliſſimum Theatrum, cui in hoc genere vix parem habet Fabricam Italia.

Venetiæ Palatia. Præter plurima in urbe præſertim ad magnum Canalem Palatia, & armamentarium ſumptuoſiſſimum cum navali, celebria ſunt, Curia Ducis, & Senatûs, Forum & Templum S. Marci.

Neapolis Palatia. Nulli urbi in tota Italia cedit Palatiorum magnificentia aut multitudine. Duo verò Palatia Regia, tum in urbe, tum extra urbem in Mari ſunt prorſus eximia.

Multa

Multa sunt spectabilia Nobilium cum primis verò Ducale magnificum cum insigni Armario & rerum antiquarum Thesauro, picturis excellentibus & statuis. *Taurini Palatia.*

MUNIMENTA.

Status Pontificii.

Ascoli in Marchia Anconitana.
Citta di Castello, Trifernum in Umbria.
Ancona in Marchia cum fortalitio.
Loreto in Marchia Anconitana.
Orvieto in Rupe natura & arte munitâ.

M. Ducatus Toscanæ.

Orbitello ad mare Toscanum.
Petigliano, in Dominio Sienensi.
Piombino ad mare Ludovisiorum.
Porto Ferrato in Insula Elva.
Porto Hercole statûs Præsidii.
Porto Livorno Magni Ducis.
Porto Longone in Insula Elva Hispanorum.
Porto Stephano statûs Præsidii.

Dominii Veneti.

Bergamo cum fortalitio inter Brembo & Serio fl.
Brescia cum castro insigni & Armamentario
Capo d' Istria, Justinopolis ad mare.
La Chiusa, Clausulæ Alpestres.
Crema in confinibus Mediolani.
Legnano ad Athesin fl. in Ditione Veronensi.
Palma Nuova in Foro Julii ad Narissam fl.
Pescara ad exitum Mincii ex Lacu Gardensi.
Pola in Istria cum magno portu & castro.

Dominii Genuensis.

Bastia caput Corsicæ cum castello forti.
Bonifacio in Insula Corsica Reipubl. Genuensis.
Monaco ad mare, sub protectione Gallorum.
Finale ad mare Ligust. Hispanorum.
Porto Venere ad mare Reipublicæ Genuensis.
Sarzano, ad mare Reipubl. Genuensis.

Ducis Sabaudiæ.

Asti, Hasta ad Tanaro fl. cum castello forti.
Casale, Montis Ferrati S. Evasii cum castro forti.

Ducis Sabaudiæ.

Montmelian, caput Sabaudiæ.
Nizza ad mare in Liguria.
Pignerol in Pedemontio.
Saluzzes transitus è Pedemontio in Sabaudiam.
Susa transitus è Pedemontio in Delphinatum.
Turinum Pedemontis caput.
Verzelli in Pedemontio ad Mediolanum.
Verua, Veruca ad Padum fl.

Statûs Mediolani.

Alexandria della Paglia ad Tanaro fl.
Fuentes, Fontes ad Lacum Comensem.
Milano caput Ducatûs cum insigni Castro.
Mortara, in tractu Lomellino.
Novara ad Padum fluvium.
Pavia, Ticinum & Papia ad Ticinum fl.
Tortona, Dertona ad Padum fl.

Ducatûs Mantuani.

Montova in medio lacu Mincii.
Goito, Godium ad Mincium fl.

Ducatûs Parmensis.

Florenziola in Parmensi Ducatu.
Parma, caput Ducatûs cum fortalitio.
Piacenza, propè Padum fl.

Ducatûs Mutinensis.

Modena, caput, antiquo more munita.
Bersello, Fortalitium ejusdem Ducatûs.

Reipublicæ Luccanæ.

Lucca, caput Reipublicæ, fortiter munita cum armamentario celebri.

Regni Neapolitani.

Neapolis, caput, 5. castellis munita.
Amantea, Adamantia in Calabria Citeriore.
Bari, in Provincia Bariana ad sinum Adriat.
Castel à Mare in Principatu Citeriore.
Capua in Campania Neapolitanâ.
Gaëta in Campania Neapolitana.
Ischia in Insula non procul à Neapoli.
Pescara ad Golfo di Venetia in Aprutio.
Otranto in Provincia Hydruntina ad mare.
Reggio, ad fretum Siculum in Calabria.
S. Angelo in Monte Gargano Apuliæ.

Mes-

Messina, à Carolo V. munita, cum 4. castellis. *Regni Siciliæ*
Milazzo in Valle Demonæ.
Palermo, caput Vallis di Mazarâ.
Marsalla ad Promontorium Lilybæum.
Mazara ad ostia Mazæ fl. in Mazara.
Trapani ad Colombreram Insulam.
Camarina in valle di Noto.
Agosta in eadem valle di Noto.
Alguer, Algeri, ad oram Occidentalem. *Regni Sardiniæ.*
Castel Arragonese ad oram Occidentalem.
Cagliari, Calaris caput Sardiniæ cum castello.
Malta in tribus Peninsulis fortissima. *Insulæ Melitæ.*
Valetta, *Il burgo*, *Insula S. Michaëlis.* Cum 3. arcibus *S. Elmo*, *S. Angelo*, *Torre della Bocca.*

Emporia præcipua.

Venetia ob commoditatem sitûs in capite sinûs Adriatici rerum omnis generis commercia exercet cum *Germanis*, *Græcis*, *Syris*, *Arabibus*, *Persis*, *Armenis*, *Ægyptiis*, *Mauris* in Africa. *Reipublicæ Venetæ.*

Genova negotiatur per totum mare Mediterraneum, & terras circumsitas, maximè serico, quod Textores Genuenses ultra 25. mille artificiosè contexunt, ac in *Hispaniam*, *Galliam*, *Angliam* & *Germaniam divendunt.* *Reipublicæ Genuensis.*

Milano præter commercia rerum omnis generis cum *Venetis* & *Genuensibus* maximum quæstum facit ex *Serico*, *Crystallo* variè elaborato, & *frumento* divendito in *Italiam*, *Rhætiam*, *Helvetiam.* *Ducatûs Mediolani.*

Neapolis sua commercia extendit in *Græciam*, *Barbariam*, *Italiam*, *Hispaniam*, *Galliam*, & inferiorem *Germaniam.* *Regni Neapolitani*

Messina non solùm totius Siciliæ, sed & totius Maris Mediterranei Emporium celebre, postquàm Catanea Terræ motibus concussa defecit à commerciis. *Regni Siciliæ.*

Cagliari, Calaris totius Regni Sardiniæ Emporium. *Regni Sardiniæ.*
Bastia, Insulæ Corsicæ Emporium.

PORTUS.

Maris Adriatici, Reipubl. Venetæ.

Venetia, cujus Portus est *Malmoco*.
Capo d' Istria, sed *Triest* est Dom. Austr.
Cataro ad sinum Rizonium & fines Dalm.
Durazzo magis versùs Græciam.
Argostoli ad Insulam *Cephaloniam*.
Tine sive Delphino ad Insulam *Cerigo*.
Quietus S. Nicolai ad Insulas Zante.
Reliquos portus & loca Veneti reliquerunt Turcis hoc sæculo.

Statût Pontificii.

Ancona in Marchia ad M. Adriat.
Ravennatensis ad Golfo di Venetia.
Civita Vecchia ad centum cellas.
Ostia Tyberina ad mare Toscanum.

Maris Ligustici.

Porto Finale, Hispanorum.
Porto Fino, Reipublicæ Genuensis.
Porto di Genova, Pharo instructus.
Porto di Spezza, Lunæ, *Reipubl. Genuensis*.
Porto di Hercole. Monaco, Gallorum.
Porto Morizo, Mauritii, Reipubl. Genuensis.
Porto Noli, Nauli Reipubl. Genuensis.
Porto Rapallo, Reipubl. Genuensis.
Porto Vadi, Reipubl. Genuensis.
Porto Venere, Reipubl. Genuensis.
Porto villa Franca, Ducis Sabaudiæ.
Porto Bastia, Insul. Corsicæ Genuensium.

Maris Toscani.

Porto Baratto, M. Ducis Hetruriæ.
Porto Hercole, statûs Præsidii.
Porto Livorno, M. Ducis Hetruriæ.
Porto Stephano, statûs Præsidii.
Porto d' Orbitello, statûs Præsidii.
Porto Piombino, Princ. Ludovisiorum.
Porto Telamone, statûs Præsidii.

Porto

Porto Longone, ſtatûs Præſidii.
Porto Ferrajo, Princ. Ludoviſiorum.
Porto di Catana ad oram Orient.
Porto di Mazara ad oram Occident.
Porto di Meſſina ad Fretum Siculum.
Porto Milazzo ad oram Borealem.
Porto Palermo, ad oram Borealem.
Porto Syracuſa, ad oram Orientalem.
Porto Trapani, ad oram Occidentalem.

Regni Siciliæ

Porto de Ajazzo ad oram Occidentalem.
Porto Baſtia ad oram Orientalem.
Porto Bonifacio in termino Auſtrali.
Porto Fiorenzo non procul à Baſtia.

Regni Corſicæ.

Porto Algeri ad oram Occidentalem.
Porto Boſa ad oram Occidentalem.
Porto Cagliari ad oram Orientalem.
Porto Aragoneſe ad oram Occidentalem.
Porto di Terranuovo ad oram Orientalem.

Regni Sardiniæ.

ARCHI- & EPISCOPATUS TOTIUS ITALIÆ.

Archi-Epiſcopatus in ſolo Regno Neapolis Viginti & unus.

Archi-Epiſcopatus 31. in tota Italia

Neapolitanus in terra di Lavoro.
Amalphitanus in Principatu Citeriore.
Auxanus, ſive Lancianus in Aprutio Citer.
Barianus in Provincia Barianâ.
Beneventanus in Principatu ulteriore.
Brundufius in Provincia Hydruntina.
Capuanus in terra di Lavoro.
Cirenzanus ſive Acheruntīcus in Baſilicata.
Compſanus ſive Conzanus in principatu ult.
Conſentienſis in Calabria citeriore.

Hydrun-

Archi-Episcopatus Neapolitani.

Hydruntinus in terra d' Otranto.
Manfredonius, olim Sipontinus in Capitanata.
Materensis in Provincia Basilicata.
Rheginus in Calabria ulreriore.
Rossanensis in Calabria Citeriore.
San Severinus in Calabria Citeriore.
Salernitanus in Principatu Citeriore.
Sorrentinus in Terra di Lavoro.
Tarentinus in Provincia Hydruntina.
Theatinus in Aprutio Citeriore.
Traniensis in Provincia Bariana.

Archi-Episcopatus Decem in reliqua Italia.

& reliquæ Italiæ.

Florentinus in M. Ducatu Hetruriæ.
Genuensis in ora Ligustica.
Mediolanus in Statu Mediolanensi.
Pisanus in M. Ducatu Hetruriæ.
Ravennatensis in statu Pontificio.
Siennensis in M. Ducatu Hetruriæ.
Taurinensis in Pedemontio.
Venetianus in capite Maris Adriatici.
Gradiscanus. his quoque annumeratur
Firmiensis, in Marchia Anconitana.
Episcopatus innumeri ferè in tota Italia.

ACADEMIÆ XII.

Academiæ Cum Annis fundationum

Bononiensis in statu Pontificio. An. 447.
Ferrariensis in statu Pontificio. An. 1221.
Firmiensis in Marchia Anconitana An. 1304.
Maceratensis in Marchia Anconitanâ. An. 1549.
Neapolitana in Terra di Lavoro. An. 1239.
Paduana in Dominio Veneto. An. 1221.
Perusina in Patrimonio S. Petri. An. 1290.
Pisana in M. Ducatu Hetruriæ. An. 1339.

Saler-

Salernitana in Principatu Citer. An. 1095.
Romana Sapientiæ. An. 440. à Theodosio Imp.
Sienensis in M. Ducatu Hetruriæ. An. 1380.
Taurinensis in Pedemontio. An. 1405.

Academiæ.

Fluvii Italiæ Majores tantùm Quatuor.

Fluvii.

Po, sive *Padus* omnium maximus ex monte Viso ad fines Delphinatûs per totam Lombardiam in Mare Adriaticum aliquot ostiis illabitur.

Adige, Athesis ex monte Braulio ad fines Tyrolis per Tridentum & Veronam fluit in mare Adriaticum.

Arno, Arnus ex Montibus Apenninis per Pisam in mare Toscanum cadit.

Tiber, Tyberis pariter ex Apennino per Romam ad ostia Tyberina properat.

Pontes Italiæ celebres.

Pontes.

Pons Mantuanus Lapideus passuum 1000.

Pons Romanus S. Angeli, pulcherrimis statuis à Clemente IX. exornatus.

Pons Venetus, vulgo *Rialto* unius tantùm arcûs passuum 70. stetit 250000. aureis.

MONTES.

Montes Italiæ.

Alpes, qui Italiam à Gallia, & Germania separant.

Apennini, qui longissimo tractu per medium Italiæ Inferioris à Liguria usque ad fines Calabriæ protenduntur.

PROMONTORIA.

Promontoria Regni Neapolitani.

Capo di Minerva ad Principatum ulteriorem.
Capo de la Licoso ad Principatum Citeriorem.
Capo di Gargano ad sinum Manfredoniæ.
Capo di Leuca ad Terram d'Otranto.

Capo Rizzuto ad Calabriam Orientalem.
Capo Vaticano ad Calabriam Occidentalem.
Capo Spartivento ad fines Calabriæ.

Promontoria Regni Siciliæ

Capo di Faro, Pelorum propè Messinam.
Capo Boncervino, Panormo ad Ortum.
Capo di Gallo, Panormo ad Occasum.
Capo di Melazzo, Chersonesus.
Capo di Marsalla, sive Lilybæum.
Capo Passaro, sive Pachinum.

Regni Sardiniæ.

Capo Arragonese, Aragonium.
Capo d' Argentar, Gorditanum.
Capo di Cagliari, Calaritanum.
Capo di Ferrato, Charion.

Insulæ Corsicæ.

Capo di Sarda, Columbarium.
Capo di Calvi, Viriballum.
Capo di Corso, Sacrum.
Capo d' Agnello.
Capo di Ferro.

Cùm Italia præstet Architectis & Pictoribus, libet hìc aliquos eorum præstantiores attexere.

Itali Architecti.

Andreas de Fesulis Florentinus.
Bramantes Urbinas ex castello Durante.
Jacobus Meligninus Florentinus Barozii Magni.
Leo Alberti Florentinus sui ævi Archimedes.
Philippus Calendarius Venetus, Curiæ S. Marci.
Quiricus Strozzius Florentinus.
Vitruvius Pollio Veronensis.

Primæ Classis.

Itali Pictores

Joannes Bellinus, Venetus.
Michaël Angelus Buonarota Florentinus.
Franciscus Francia Florentinus.
Stephanus Giotto Florentinus.
Antonius Ghirlandinus Florentinus.

Raphaë

Raphaël Urbinas de Santi.
Leonardus de Vinci Florentinus.
Jacobus Tintoretus Venetus.
Titianus Vecellus Venetus.
Gaſpar Cœlius Romanus.
Julius Romanus, Raphaëlis Diſcipulus.

Secundæ Claſſis.

Albanus, Baroccius, Beccafumus, Cyrus, Ferrus, Lanfrancus, Marcellus, Nebbia, Polydorus, Romanellus, Savus, Sartus, Sodoma, Vandick, Zucheri.

Lapicidæ.

Piſanus, Cellinus, Tadda, Berninus, Marmita, Nazaro, Paulus Romanus, Cavallinus, Galeotus, Poſtinus, Valerius.

Itali Sculptores.

CAPUT V.
GERMANIA
Hìc tantùm in Genere, Particularis Libro Quarto ſequetur.

Nomen Germaniæ.

GErmaniam à *Guerre*, quod Bellum Gallis ſignificat, & *Man*, quod virum, dictam fuiſſe, Tacitus autumat. & Teutones Germanos, ſive Bellicoſos, eósque omnes, qui Teutonicâ utuntur linguâ, ſecundùm Kranzium & alios; hodie tamen terminari videtur, à Borea mari Balthico, ab Ortu Poloniâ, Hungaria, & parte Sclavoniæ, ab Auſtro Alpibus, quibus ab Italiâ & parte Galliæ ſeparatur, ab Occaſu Burgundiâ, Lotharingiâ Gallicâ, Campaniâ, Belgio Gallico, & mari Germanico.

Termini Germaniæ.

Longitudo Latitudo. A littoribus extremis Flandriæ usque Poloniam & Hungariam ad 220. Milliaria Germanica extenditur. Latitudo verò ab Alpibus usque ad Mare Germanicum 180. Milliaria.

Fœcunditas & præstantia. Ipsa verò Regio, utpote sub *Zonâ Temporatâ*, nec nimio frigore, nec nimio calore corrumpitur, sed temperatâ cœli clementiâ, copiâ frumentorum, fructuum & vini, fluviorum, sylvarum, collium, & pratorum amœnitate: item salubribus dulcis aquæ, & acidularum fontibus, thermis calidis, & mineris salis, sulphuris, vitrioli, aliisque commoditatibus humanis multis fruitur: Metallorum argenti, cupri, stanni, ferri fertilitate nullis terris cedit: urbibus, castris, munimentis, ædificiis, Hortorúmque deliciis æmulatur Hispaniam, Galliam, Italiam. Proinde specialem & fusiorem tractatum Germania nostra meretur, ubi Sacri Romano-Germanici Imperii Status Politicus explicabitur.


CAPUT VI.


MAGNA BRITANNIA

Cujus Rex Modernus est GEORGIUS AUGUSTUS ex Ducali Domo Brunswico-Luneburgica, Natus An. 1683. 10. Nov. Successit An. 1727. 22. Jun. Coronatus 21. Oct.

Nomen Britanniæ. MAgna Britannia à Nomine *Britt*, sive colore cæruleo, quo se olim Indigenæ tinxerant, à quibusdam dicitur. Est maxima Europæ Insula versùs Occidentem, & complectitur in se *Angliam*, *Scotiam*, *Hiberniam*, prout nunc tota est sub uno Rege. *Termini cum Hiberniâ.* Terminatur à Borea Mari Boreali, ab Ortu mari Germanico, ab Austro mari Britannico, ab Occasu Oceano Occidentali.

Ab


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Extract einer General-Post-Charte von allen Post routen durch gantz Teutschland und deßen gewöhnliche X. Creiße in benachbarte Länder.
Es ist zu Merken daß in allen folgenden Chärtlein der Masstab desgleichen einer hier underrechter Hand stehet, nur auf beyden Seiten selbst kan genommē werden, da nemlich allzeit ein Gradus Latitudinis 15 gemeine Teutsche Meilen hält.
MARE GERMANICUM oder NORD SEE
MARE BALTHICUM oder OSTSEE
Schlüßel zu den vornehmste Signaturen.
Vestungen.
Große Städte.
Mittlere und Kleine Städte.
Fahrende Post.
Reitende Post.
WESTPHALI
OBER SÆCHSISCHER CREIS
BÖHMEN
MÆHREN
SCHLESIEN
FRANCKISCHE CREIS
SCHWÆBISCHER CREIS
BAYERISCHER CREIS
OESTERREICHISCHER CREIS
UNGARISCHE GR.
SCHWEITZER LAND
TYROL
ITALIÆNISCHE



ANGLIÆ SCOTIÆ et HIBERNIÆ Regna, Cum Insulis ad jacentibus
Insulæ Fero
Inf: Schetland
I. Orkney seu Orcades Inf.
Hebrides I.
OCEANUS OCCIDENTALIS
MARE GERMANICUM
MARE BRITANNICUM
MARE HIBERNICUM
DE NORD ZEE
LA MANCHE CANAL
Pas de Calais
I. Man
I. Anglesey
Edenburg
Dublin
Londen
Galloway
Peterhead
Montrose
The Fyth of Forth
Aylemouth
Durham
Cumberland
Canterbury
Amsterdam
Breda
Antwerpen
Brussel
Coln
Texel I.
Bremen
Embden
The Sorlinges
Bantry Bay
Sabrina Fl.
Schannon Fl.

Longitudo Latitudo.

Ab Insula Wight Australi, usque ad Boreales Insulas Orcades protenditur usque ad 160. Milliaria Germanica; Latitudo ab ora Occidentali Hiberniæ usque ad oram Orientalem Angliæ propriè dictæ 120. Milliaria.

Natura Terræ.

Abundat omnibus ad victum necessariis præterquàm vino, sale, & ligno ad focum. Qui tamen defectus per commercia cum exteris nationibus facilè suppletur. Habet pinguia pascua pro armentis, boum, Equorum, ovium, quarum lana optima & Panni, inde confecti, ingentem Regno Quæstum faciunt, uti etiam metalla fodinarum, præcipuè Mercurii & Stanni purissimi. Sylvæ feris plenæ omnis generis, fluvii & lacus piscibus. Oræ maritimæ copiosum hinc & inde dant Electrum, Conchilia, etiam uniones non contemnendas. Cœlum hic mite mensibus æstivis, & hybernis hyems non inclemens ob perennes auras, quæ circumfluentis maris tepore recreatæ, homini pecorique blandiuntur.

Genius Incolarum.

Britanni ad omnia bona nati: Civiles, Hospitales, formâ, moribúsque elegantes, non minùs scientiis altioribus, quàm exercendis artibus ac manufacturis omnis generis, & armis terra marique apti. Sed tamen præfervidi motibus animi obnoxii velut Patria ventis, utque naves eorum in Pelago, ita ipsi fluctuant in sua republica mobiles, & ad nova molimina audaces, rerum omnium commerciis toto orbe notissimi.

Marselaer, in suo Legato, *Britannos* quidem non expressit, sed tamen designavit his verbis: Est & quoddam hominum genus facie venustiore, idiomate abrupto, melancholicum, & tamen vivido ingenio, exterorum impatiens, venationi, prædæ & peregrinationi addictum, navigio conspicuum, musicam & lautas mensas propriè sibi vendicans: cæterùm longi magis laboris & incommodi fugax, quàm certi periculi aut lethi: fortior his quippe victoriæ cura est, quàm vitæ.

 Julius

Regni successio.

Julius Cæsar Primus Hanc Gentem 54. annis ante Christum, adhuc tum temporis valdè barbaram, suo exercitu in littore quidem terruit, sed non devicit. *Claudius* Imperator post Christum An. 52. unam ejus Provinciam cepit. *Domitianus* Imp. tandem totam Romano subjecit Imperio, usque ad tempora *Theodosii* Imperatoris. Ubi decrescente paulatim Imperio Romano, Anglorum potentia cepit crescere, qui conjuncti cum Anglo-Saxonibus, Britanniáque inter se divisâ, in posterum *Angli* nominari maluerunt. Tandem post multas 7. Regulorum inter se discordias, sub Tribus Regibus *Angliæ*, *Scotiæ*, *Hiberniæ* Magna Britannia stetit circa Annum 810. Quæ tamen regna nunc uni Regi totius Britanniæ parent, adeoque vis unita fortior Magnorum Regum potentiæ par est tum nervo Belli, tum re maritimâ.

Separatio unio.

ANGLIA
Propriè dicta.

Nomen Angliæ.

ANglia nomen accepit ab Anglo-Saxonibus, qui eam circa medium Sæculi V. occupârunt.

Termini Angliæ.

Terminatur à Borea Scotia, ab Ortu mari Germanico, ab Austro Canali La Manche, ab Occasu freto Hibernico.

Longitudo Latitudo.

Longa est à Canali ad Scotiam 80. Milliaria Germanica, Lata à Freto Hibernico ad mare Germanicum 60. Milliaria circa medium.

Divisio Antiqua.

Angliam olim Anglo-Saxones in 7. parva Regna diviserant, singulis Regulo constituto, quæ erant. 1. *Kent*. 2. *Sussex*. 3. *Westex*. 4. *Essex*. 5. *Northumberland*. 6 *Mercia*. 7. *Anglia Orientalis*. Dein verò Anno 875. à Rege *Alfredo* in unam coronam redacta, totam Regionem in Comitatus, vulgo *Shyres* distribuit, quæ divisio hodie in usu est, Hísque adjuncta *Wallia* Ducatus per *Eduardum I.* An. 1283. nunc igitur dividi solet in 4. Partes: 1. Borealem; cujus caput est *Yorck* sive Eboracum, cum Comitatibus 6.

Divisio Moderna.

2. Au-

2. Auſtro-Orientalem, cujus caput eſt *London*, Londinum, cum 27. Comitatibus. 3. Occidentalem, cujus caput eſt *Wincheſter*, Wintonia, cum 7. Comitatibus. 4. Principatum *Walliæ*, Primogeniti Regum Angliæ, cum 12. Comitatibus. Summa omnium Comitatuum 52.

I. PARS BOREALIS
Cum 6. Comitatibus.

1. Eboracenſi. 2. Lancaſtrenſi. 3. Weſtmorlandiâ. 4. Dunelmenſi. 5. Northumbriâ. 6. Cumbriâ. Hæc Pars Borealis eſt maxima Angliæ Provincia.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

Urbes ANGLIÆ BOREALIS.

YORCK, *Eboracum*, urbs maxima poſt Londinum, caput Comitatûs, cum tit. Ducatûs Secundogeniti Regis Angliæ, & Archi-Epiſcopalis ad Ouſam fl. *21. 23. 53. 56.*

BERWICK, *Barvicum*, urbs munita cum Portu & tranſitu in Scotiam ad Tuedam, Twed fl. Caput Comitatûs Northumbriæ, cum tit. Ducatûs. *20. 49. 55. 52.*

CARILLE, *Carleolum*, urbs Epiſcopalis munita cum caſtro, caput Comitatûs Cumbriæ, ad Itunam, Eden fl. *19. 37. 54. 52.*

DUNCASTER, *Duncaſtria*, urbs in Ducatu Eboracenſi, ad Dun fl.

DURHAM, *Dunelmum*, urbs Epiſcopalis & caput Comitatûs Dunelmenſis ad Weere fl.

HULL, *Hullum*, urbs munita & emporium cum portu & navali in Ducatu Eboracenſi ad confl. Hullæ & Humber. *21. 47. 53. 40.*

LANCASTER, *Lancaſtria*, urbs & caput Comitatûs caſtrenſis, ad oſtium Lune fl. cadentis in mare Hibernicum. *19. 47. 54. 3.*

MANCHESTER, *Mancunium*, urbs dives pannis laneis, ad Merſey fl. in Lancaſtria.

NEUCASTEL, *Neocaſtrum*, urbs cum inſigni Portu & Ponte in Northumbriâ. *20. 59. 54. 44.*

RICHEMONT, *Richmontium*, urbs cum tit. Ducatûs in Comitatu Eboracenſi.

II. PARS

II. PARS AUSTRO-ORIENTALIS Cum 27. Comitatibus.

1. London. 2. Arundel. 3. Bedfort. 4. Cambrigde. 5. Canterbury. 6. Chester. 7. Chichester. 8. Colchester. 9. Darby. 10. Glocester. 11. Hartford. 12. Hereford. 13. Hungtington. 14. Ipswick. 15. Kingston. 16. Leicester. 7. Lincoln. 18. Monmouth. 19. Northampton. 20. Nörwich. 21. Notingham. 22. Okam. 23. Oxford. 24. Schrowesbury. 25. Stafford. 26. Warwic. 27. Worcester.

Urbes ANGLIÆ AUSTRO-ORIENTALIS.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

22. 30. 51.* 32. LONDON, *Londinum*, urbs maxima caput totius Angliæ & Comitatûs Mittelsexiæ & Surey, Episcopalis, Sedes Regia & Parlamenti in Westmünster, cum tribus Palatiis Regiis. Domibus 87000. Templis 86. Longa 8. Milliaria Anglica, lata 3. regitur Consule magnæ Authoritatis cum 26. senioribus, & 231. Viris ex Magistratu ad Thamesin fl.

22. 0. 50. 44. ARUNDEL, *Arundelia*, urbs cum Portu, ad Arun fl. caput comitatûs Sussex, Sussaxiæ, habet Sedem in Parlamento & votum. In ora Canalis Manche.

BEDFORD, *Bedfordia*, urbs & caput comitatûs Bedfordiensis, Ducum & comitum hujus Nom. ad Ouse fl.

22. 37. 52. 13. CAMBRIGDE, *Cantabrigia*, urbs ampla & caput comitatûs Cantabrigiensis cum antiquissima Academia æmulâ Oxfordiensis, & voto in Parlamento ad Cam fl.

23. 59. 51. 20. CANTERBURY, *Cantelberg*, *Cantuaria*, urbs una ex optimis Angliæ, Archi-Episc. cujus Archi-Episcopus est Primas Regni, caput Comitatus Kent, ad Stouram fl.

19. 30. 53. 13. CHESTER, *Cestria*, urbs Episcopalis munita, Emporium cum Castro & Portu ad Dee fl. caput Comitatûs Cestriæ propè Walliam.

21. 45. 50. 39. CHICHESTER, *Chichestria*, urbs Episc. cum voto in Parla-

Long. ° ' Lat. ° '

Parlamento, ad Lavant fl. caput Comitatûs Suſſex, Suſſaxiæ.

COLCHESTER, *Colceſtria*, urbs ampla, munita, Emporium, caput Comitatûs Eſſex, Eſſaxiæ, ad Colne fl. — 22. 31. 51. 42.

CONVENTRE, *Coventria*, urbs Epiſc. in Comitatu Warwic, ad Schirburne fl. — 21. 0. 52. 24.

DERBY, *Derventia*, urbs celebris alabaſtro, marmore, cryſtallo, plumbo &c. caput Comitatus Derbicenſis in Mercia ad Derwent fl. in Medio Angliæ. — 21. 2. 52. 26.

DOUER, *Douvre, Dubris*, urbs cum Caſtro & Portu, Emporium & tranſitus ordinarius ad portum Calais in Gallia, in Comitatu Kent cum voto in Parlamento. — 23. 28 51. 7.

EDMUNDSBURY, *Fanum S. Edmundi*, urbs in Suffolcia.

ELY, *Helia*, urbs Epiſcopalis in Inſula Ouſe fluvii in Cantabrigia. — 22. 30. 52. 23.

GLOCESTER, *Gloceſtria*, urbs Epiſcopalis caput Comitatûs Gloceſtriæ, cum titulo Ducatûs ad Sabrinam, Saverne fl. ubi tranſitus in Walliam. — 20. 15. 51. 52.

GRAVESEND, *Graveſinda*, urbs munita cum Portu in Comitatu Cantuarienſi alia à Graveſand in Hollandia. Hæc ad Thameſin fl.

HARTFORD, *Hartfordia*, urbs ad Lea fl. caput Comitatûs Hartfordienſis, qui Hortus Angliæ dicitur ob amœnitatem. — 22. 6. 52. 8.

HARWICK, *Harvicum*, urbs munita cum Portu ad oſtium Stouræ fl. Unde quot Hebdomadis bis Nuncii, *die Paquet-Boote* tranſeunt in Hollandiam. — 23. 4. 52. 10.

HEREFORD, *Herfordia*, urbs Epiſcopalis ad Wye fl. caput Comitatûs Herfordienſis, cum voto in Parlamento. Regio fœcundiſſima Angliæ & Lanâ opt. celebris. — 21. 45. 52. 6.

HITHE, *Hilhum*, urbs cum Portu ad mare, & voto in Parlamento, in Comitatu Cantuarienſi. — 23. 28. 50. 50.

HUNGTINGTON, *Hungtigtonia*, urbs elegans caput comitatûs ad Ouſam fl.

Long, Lat.
° ' ° '

IPSWICK, *Gippevicum*, urbs ampla & emporium pannorum, ad Orwelam fl. in Comitatu Suffolciæ.

KINGESLYNE, *Kingeslina*, urbs cum Portu in Comitatu Nortfolciæ.

22, 20. 51, 33. KINGSTON, *Kensingtonum*, urbs cum Palatio Regio, ad Thamesin fl. in Comitatu Surey.

LEICESTER, *Licestria*, urbs ad Stouram fl. caput Comitatus Licestriæ, cum voto in Parlamento.

23. 6 53. 5. LINCOLNE, *Lincolnia*, urbs Episcop. ad Withan fl. caput Comitatûs Lincolniensis.

21, 28 51. 47. MONMOUTH, *Monumethia*, urbs & caput Comitatûs, ad Monmouth fl.

NORTHAMPTON, *Northantonia*, urbs cum arce ad Weland fl. caput Comitatus.

23, 32, 52. 40. NORWICH, *Norvicum*, urbs una in maximis & pulcherrimis Angliæ, Episcopalis, caput Comitatûs ad confl. Yare & Venster.

NOTINGHAM, *Notinghamia*, urbs bene culta cum arce, caput Comitatûs, ad Trent fl.

OKAMPTON, *Okamum*, urbs cum arce, caput Comitatûs Rutlandiæ & Devon.

21, 14. 52.*46 OXFORD, *Oxonium*, urbs Episcopalis, cum Academia Celeberrima, & Bibliotheca Bodleji, voto in Parlamento & urbis & Academiæ, ad Thamesin fl.

22, 2. 52, 30. PETERBOROUGH, *Petroburgum*, urbs Episc. in Northantonia ad Weland fl.

23, 14. 51, 24. ROCHESTER, *Rocestria, Rosa*, urbs Episc. Emporium, cum insigni Portu & navali, inCantuaria Comitatu.

SANDWICH, *Sandvicum*, urbs & emporium cum Portu.

SCHROWESBURY, *Salopia*, urbs & caput Comitatûs Schropiæ ad Saverne fl.

20. 16, 52. 54. STAFFORD, *Staffordia*, urbs & caput Comitatûs cum voto in Parlam. ad Trent. fl.

WARWICK, *Warvicum*, urbs cum arce, caput Comitatûs, ad Avon fl. WOR-

° ′ ° ′

WORCESTER, *Worcestria*, urbs Episcopal. caput Comitatûs, ad Sabrinam, Saverne fl. — 20. 13. 52. 13.

YARMOUTH, *Jarmuthum*, urbs munita cum Portu ad ostium Yare in Nortfolcia.

YERMOUTH, Emporium in Insula Wicht. — 20. 30. 50. 22.

S. YVES, urbs vicina promont. Lands End.

III. PARS OCCIDENTALIS & Urbibus. Cum 7. Comitatibus.

1. Sommersettensi. 2. Cornuvalliæ. 3. Dorsettensi. 4. Devoniæ. 5. Bergkensi. 6. Wildensi. 7. Southamptoniensi.

BATHE, *Bathia*, sive Aquæ Calidæ ob Thermas salubres, urbs Episc. caput Comitatûs Somersettensis ad Avonam fl. — 20. 15. 51. 19.

BODMAN, *Voliba*, urbs non procul ab Alan fl. caput Comitatus Cornuvalliæ.

BRISTOL, *Bristolium*, urbs ampla Episc. Munita, Emporium cum Portu, præcipua post Londinum, & Eboracum, ad Avonam fl. — 20. 0. 51. 26.

DORCHESTER, *Dorcestria, & Durnovarda.* Urbs optimâ lanâ celebris, caput Comitatus Dorset, ad Fromme fl. — 20. 9. 50. 39.

ETCESTER, *Exonia, Isca*, urbs Episc. caput Devoniæ Comit. ad Ex fl.

FALMOUTH, *Volemutum*, urbs cum portu & duobus castris in Comit. Cornuvalliæ.

LANCESTON, *Launstonium*, urbs cum castro, ad Kensep & Thamesin fl.

PADSTOW, *Padstoum*, urbs cum portu ad Camel fl. in Comitatu Cornuvalliæ. — 17. 31 50. 88.

PLEYMOUTH, *Pleymuthum*, urbs munita tum tribus Castellis; Emporium nobile cum portu celebri & navali ad ostia Tamer fl. & mare Britannicum. — 18. 23. 50. 28.

Long. Lat.
0 1 0 1

PORTSMOUTH, *Portus Magnus*, urbs in Insula Portsey cum tit. comitatùs, cum castro & portu amplo, ac navali insigni.

READING, *Radinga*, urbs ad Thamesin fl. caput Comitatûs Barckensis, cum voto in Parlamento.

RYE, *Rium*, urbs cum portu bono ad ostium Rother fl. & mare cum voto in Parlamento.

20. 55. 51. 2. SALISBURY, *Sarisberia*, urbs Episcopalis ampla & elegans, ad Avonam fl. caput Comitatus Wildensis.

SOUTHAMPTON, *Southamptonia*, urbs ampla, ad ostium Test fl. cum castro & portu, caput Comitatûs Hantensis & Emporium.

WALLINGFORD, *Valingfordia*, urbs ad Thamesin fl. in comitatu Bark cum voto in Parlamento.

WAYMOUTH, *Vaymatium*, urbs munita cum castro & portu ad ostium Way fl. ac voto in Parlamento.

WILTON, *Wiltonia*, urbs inter fluvios Willy & Nader in Comitatu Wild.

WINCHESTER, *Vintonia*, urbs Episc. ad Inchting fl. caput Comitatûs Southampton.

21. 28. 51. 0. WINDSOR, *Vindesorium*, urbs ad Thamesin cum Palatio Regio, in quo Equites S. Georgii, singulis annis in ejus Festo conventum habent in capella Periscelidum, des Hosenbands.

IV. PARS WALLIA, WALLES, GALLES.

Principatus Primogeniti Regis.

Dividitur in Sudwalliam, quæ continet 6. Comitatus: 1. Brecknock. 2. Coërmarden. 3. Cardighan. 4. Glamorgan. 5. Pembrok. 6. Radnor.

Urbes SUDWALLIÆ.

19. 5. 51. 47. BRECKNOCK, *Brechinia*, urbs ad Ouske fl. cum voto in Parlamento. Caput Comitatûs Brechiniæ.

CO-

Long. *Lat.*
° ′ ° ′

COERMARDEN, *Maridanum*, urbs & Emporium, ad Tovy fl. caput comitatus Maridunensis.

CARDIFF, *Cardiffa*, urbs ad confl. Taff. & Sabrinæ, Saverne fl. cum portu caput Comitatûs Glamorgan.

CARDIGHAN, *Ceretica*, urbs ad Tovy fl. caput Comitatûs Cardighan.

S. DAVID, *Fanum. S. Davidis*, urbs Episc. munita, Emporium, in Comitatu Brechiniensi, Brecknock. *17. 14 51. 57.*

LANDAFF, *Landavia*, *Fanum ad Taffum fl.* urbs Episc. in comitatu Glamorgan. cum arce vetustâ. *19. 28. 51. 27.*

PEMBROCK, *Pembrochia*, urbs ad Sinum Milfort, cum portu ab arce defenso, caput comitatûs Pembrochiani.

RADNOR, *Radnoria*, urbs in valle duorum montium, ad Somegill fl. caput Comitatûs Radnoriensis cum voto in Parlamento.

V. PARS WALLIA.

Principatus Primogeniti Regis.

Altera ejus divisio in Nortwalliam, quæ itidem continet 6. Comitatus: 1. Cærnarvan. 2. Denbigh. 3. Flint. 4. Merioneth. 5. Montgomery. 6. Insula Anglesey.

Urbes NORTWALLIÆ.

S. ASAPH, *Fanum S. Asaphi*, urbs Episc. ad confl. Cluid & Elwin fl. in Comitatu Flintensi. *19. 0. 53. 17.*

BANGOR, *Bangora*, urbs Episcopalis prope ostium Saint fl. & fretum Menay, in Comitatu Caernarvan. *18. 16. 53. 24.*

BARMOUTH, *Barmuthum*, urbs parva.

CAERNARVAN, *Arvonia*, urbs ad ostium saint fl. & fretum Menay caput Comitatus Arvoniæ. *18. 5. 53. 19.*

DENBIGH, *Denbighia*, urbs munita ad Cluid fl. cum arce, caput Comitatus Denbighiæ.

FLINT, *Flinthum*, urbs cum castro ad ostium Dee fl. caput Comitatus Flinthensis.

18.28. 52.54. HARLECH, *Harlecum*, urbs cum arce forti ad mare Hibernicum, caput comitatûs Merioneth.

19.26. 52.34. MONTGOMERY, *Mons Gomerici*, urbs in monte, celebris à generosis equis, caput Comitatûs ejusdem nom.

18. 6. 53.31 BEAUMARIS, *Bellomariscus*, urbs cum Castello in Insula Mona, Anglesey. Caput comitatûs Insulani.

SCOTIA, ESCOSSE
olim Caledonia.

Unita Angliæ REgnum Angliæ unitum An. 1707. olim nec à Romanis, nec ab ullo externo Principe penitùs domitum, eo quod maria, sylvæ, lacus & paludes sint ipsi pro vallo; in verticibus verò montium sint planities & sylvæ pascuis abundantes, & feris, quibus incolæ, nec vi possunt cogi, nec fame pro Patriâ decertantes.

Termini Scotiæ. Terminatur à Borea mari Deucaledonico sive Scotico, ab Ortu mari Germanico, ab Austro Angliâ, à qua per fluvios Solway & Twede, ac per montana Cheviotes separatur, ab Occasu mari Hibernico.

Longitudo Latitudo. Longa est ab Angliâ ad Orcades Insulas 70. Milliaria Germ. Lata 50. mill. à littoribus Occidentalibus ad Orientalia circa medium.

Genius Incolarum. Sunt corpore validi, fortes animo, audentes in bello. Australiores non minùs politi & culti, quàm Angli, cum quibus origine & Linguæ Societate conjuncti sunt, habet multos Comites, Mylordos, Barones & nobiles Gentilmen. In nullam Hæreditatis partem succedunt minores natu, hinc ut plurimùm militant in Franciâ.

Natura Terræ. Maxima pars bona habet pascua & agros uberes, sed qui siliginem & avenam feliciùs, quàm triticum ferunt: Partem alteram crebri montes occupant, pleni cervis & equis sylvestribus. Flumina salmonibus & mare Harengis abundat.

Flumen

Flumen Tay eam dividit in Scotiam Auſtralem, & Borealem. *Diviſio Scotiæ.*

Auſtralis Pars continet Comitatus 22. ſive parvas Provincias, quæ ſunt: 1. Lothiana. 2. Fife. 3. Merchia. 4. Tivedal. 5. Eskdal. 6. Annand. 7. Nithia. 8. Galloway. 9. Carrick. 10. Dwededal. 11 Kyle. 12. Cuningham. 13. Renfrow. 14. Knapdal. 15. Candyr. 16. Argyle. 17. Lorna. 18. Mentheid. 19. Strahlern. 20 Lennox. 21. Sterling. 22. Clysdal.

Borealis Pars continet 15. Comitatus: 1. Angus. 2. Mernis. 3. Marr. 4. Buchan. 5. Mourray. 6. Perth. 7. Goree. 8. Alban. 9. Athol. 10. Lochabir. 11. Aſſinth. 12. Roſs. 13. Southerland. 14. Cathenes. 15. Strathnavern.

PARS SCOTIÆ AUSTRALIS cum Urbibus.

Long. Lat. ° ′ ° ′

EDENBURG, *Edimburgum*, urbs Epiſc. ampla & pulchra, caput totius Regni, ſedes Regia cum arce Regiâ in rupe præalta, natura & arte munita, Academia & Parlamento Londinenſi conjuncto 16. Paribus & 45. Membris. Ad Leith fl. cujus oſtium Portum efficit ad ſinum Forth, ſive Edimburg. *19. 33. 56. 1.*

ABERNETHY, *Abernethium*, urbs ad Tay fl. caput Provinciæ Strahlernæ. *19. 4. 56. 20.*

AIRE, *Æria*, urbs & Emporium celebre cum portu ſecuro & voto in Parlamento, ad oſtium Kyle fl. comitatûs Kylenſis. *17. 32. 55. 32.*

ANAND, *Anania*, urbs & caput Prov. Annandal.

S. ANDREWS, *S. Andreæ*, urbs bene culta, caput Comitatûs Fife, Archi-Epiſcopalis cum Primatu Scotiæ, Academia & portu ad oſtium Edin fl. *20. 1. 56. 5.*

ARGYLE, *Argathelia*, urbs Epiſcopalis, caput Comitatûs, cujus Comites d' Argyle primatum tenent in Scotia.

BARNENI, *Berigonium*, urbs & caput Comitatûs Carrick.

CLAMS-

CLAMSKENAR, *Clamskenaria*, castrum munitum ad transitum.

Long. Lat. ° ' ° '

COLDINCHAM, *Coldania*, urbs & caput Comitatûs Marche ad mare.

DOUGLAS, *Duglasium*, urbs in comitatu Marchæ, cum arce in Cluydsdal Douglas Gentilitia Ducum d'Hamilton.

18. 0. 56. 0. DUMBAR, *Dumbartum*, urbs cum arce & portu in ora Lothiana cum voto in Parlam.

DUMBLAIN, *Dumblanum*, urbs Episc. caput Comitatûs Mentheit ad Leth fl.

DUMBRITON, *Britannodunum*, urbs in rupe munitissima, caput Comitatûs Lennox, ad confl. Levin & Cluyd.

DUMWERT, *Dumwerthum*, urbs & caput comitatûs Candyr.

18. 46. 54. 59. DUNFREIS, *Trimontium*, urbs & caput comitatûs Nidesdal, ad Nith fl.

16. 14. 56. 35. DUNSTAFAG. *Stephanodunum*, urbs munita cum portu, caput Comitatûs Lornæ.

18. 16. 55. 57. GLASCOW, *Glascovia*, urbs Archi-Episc. cum Academiâ, caput Comitatûs Cluydsdal, ad Cluyd fl.

HAMELTAUN, *Hameltaunia*, urbs in comitatu Cluydsdal, ad Cluyd fl.

18. 46. 55. 57. HAMILTON, *Hamiltonium*, urbs cum arce & tit. Ducatûs, Ducum Hamiltoniorum.

HERMITAGE, *Hermitagium*, urbs cum castro munito, caput Comitatûs Lidesdal.

JEDBRUCK, *Jedburgum*, urbs & caput comitatûs Tivedal.

IRVIN, *Irvinum*, urbs cum castro caput comitatûs Cuningham, ad ostium Trwin fl. in mare.

19. 31. 55. 38. PEBLIS, *Peblisium*, urbs ad confluxum Peblis & Twede fl. in comitatu Twedal. Cum voto in Parlamento, habet 3. Ecclesias, 3. Campanas, 3. Pontes, 3. Plateas, 3. Portas.

RATSEY, *Ratseum*, urbs & caput Comitatûs Buthe.

REIN-

REINFRAW, *Randuara*, urbs & caput comitatûs Cuningham, ad Cluyd fl.

SELKIRCK, *Selaricum*, urbs & caput comitatûs Twedal, Familiæ de Murray Philiphaug.

STERLING, *Sterlinga*, urbs cum arce munita & transitu in Angliam, caput comitatus Valli, ad ostium Fort fl. hìc primò Cusa est Moneta Sterling. *Long. Lat.* ° ' ° '

WHYTEREN, *Wythera*, urbs Episcopalis & caput comitatus Galloway. *17.40. 54.57.*

PARS SCOTIÆ BOREALIS
cum Urbibus.

ABERDEEN, *Aberdonia Vetus*, urbs Episcopalis cum Academia & voto in Parlamento, ad ostium Dorn fl. caput Comitatûs Marris.

ABERDON, *Aberdonia nova*, urbs ditior antiqua, dimidio milliari distans, cum portu, ad Deè fl. in eod. Comit. *20.43. 57. 7.*

ASEMBEG, *Assembegum*, urbs ad mare.

BLAIR, *Blera*, urbs & caput comitatus Athol.

BRECHYN, *Brechinium*, urbs Episc. cum castro ad Esk fl. caput comitatus Angus.

CHANONRY, *Chanonria*, urbs Episc. ad sinum maris Murray, caput comitatus Rossa.

DORNOCK, *Dornodunum*, urbs Episc. cum castello & portu amplo ad sinum Dornock, caput comitatus Sutherlandiæ. *18.31. 57. 42.*

DUNOTYR, *Dunovertium*, urbs & munimentum ad mare, caput comitatus Mernis.

DUNDEE, *Domum Dei*, urbs munita cum portu, ad ostium fluminis Tay, in comitatu Angus.

DUNGISBY, Promontorium cum urbe ex opposito Insularum Orcadum. *18.50. 58.35.*

DUNKELD, *Caledonium*, urbs Episc. cum castro, ad Tay fl. caput comitatus Perth. *18 46. 56.33.*

ELGIN, *Elginum*, urbs Episcopalis ad Lossia fl. non

Long, Lat.
° , ° ,

procul à mari Boreali, caput comitatus Murray cum voto in Parlamento.

18. 1. 58. 23. FARS, *Farsa*, urbs ad mare Boreale.

INNERNARVEN, *Innernarva*, urbs munita cum castro, ad Don fl. caput comitatus Stratnarven.

INNERNESSE, *Innernium*, urbs munita cum castro, ad ostium Nesſ fl. in comitatu & sinu Murray.

INNEROURI, *Inerrera*, urbs ad Gadie fl. cum voto in Parlamento, in comitatu Bucquan.

KILMORE, *Kilmoria*, urbs ad sinum maris in comitatu Argyle, alia à majore Kilmoriâ in Hiberniâ.

LOTH, *Lothum*, urbs ad ostium Lothi fl. in mare Boreale in comitatu Rossa, aliis Southerlandiâ.

MONTROS, *Mons rosarum*, urbs cum Portu & Tit. Marchionatus in comitatu Angus.

18. 33. 57. 22. NAIRN, *Nairna*, urbs ad ostium Nairn fl. in sinum Murray.

PERTH JUNSTONNI, *Tonna S. Joannis*, urbs Episc. ad Tay fl. caput comitatus Perth.

STRASERBURG, urbs in comitatu Bucquan.

THURSO, *Thursum*, urbs cum portu ad sinum maris, caput comitatus Caithres.

19. 20. 58. 24. WYCK, *Vicus*, urbs in ora comitatus Caithres, aliis caput.

HIBERNIA, IRRLAND.

Nomen Hiberniæ.

HIbernia, Pars coronæ Britannicæ, ab Hiere, quod Occasum significat, nomine vernaculo dicta; est enim totius Europæ Insula ad Occidentalem plagam remotissima.

Termini Irrlandici.

Terminatur à Borea Mari Deucaledonio, ab Ortu mari Hibernico, sive Canali S. Georgii, ab Austro mari Virginio, ab Occasu Oceano Occidentali.

A Borea

A Borea versùs Austrum Longa est 70. milliaria Germanica, ab Occasu versùs Ortum maxima 40. mill. *Longitudo Latitudo.*

Habuit Regem proprium, sed propter dissensionem primariorum in ea membrorum in potestatem *Henrici II.* Angliæ Regis An. 1172. devenit. Cujus deinde An. 1542. *Henricus VIII.* se Regem dixit, relicto quidem iis Parlamento proprio, sed dependenti ab Anglicano, usque huc Pro-Rege ad gubernandum hoc regnum submisso. *Successio Regni.*

Olim quidem ante fidem Christi susceptam audiebatur gens barbara, inhospita, omnis virtutis ignara; nunc verò Incolæ Ingeniosi sunt, corporis lineamentis conspicui & agiles; plurimi etiam inter eos & doctrina & moribus culti, & bellica virtute præstantes. *Genius Incolarum.*

Adeò temperata, ut Incolas nec calor compellat ad umbram, nec frigus ad focum, advenis tamen paludosum solum incommodum. Præcipuæ opes Hiberniæ sunt armenta & greges ovium. Abundat melle & ligno. Nullum animal noxium gignit, non araneum, non ranam, nec alit aliunde invecta. *Natura Terræ.*

Dividitur in 4. Provincias, quæ sunt: 1. *Lagenia*, Leinster. 2. *Ultonia*, Ulster. 3. *Connachia*, Connaugt. 4. *Momonia*, Mounster, in quibus 36. Comitatus. *Divisio Hiberniæ.*

I. LAGENIA PROVINCIA, *Leinster.*

Terminatur à Borea Ultoniâ, ab Ortu Canali Hibernico, ab Austro Momoniâ, ab Occasu Connachiâ, & continet Comitatus 12. Dublin, Caterlagh, East-Meath, Kildarre, Kilkenni, Klings, Longford, Louth, West-Meath, Queens, Wexford, Wicklo. *Long. Lat. o ' o '*

Urbes LAGENIÆ PROVINCIÆ.

DUBLIN, *Dublinum*, urbs ampla Archi-Episcopalis, sedes Pro-Regis & Parlamenti, caput Provinciæ & totius Regni, 15. 28. 53. 11.

Regni, Emporium cum portu & castro, & Academia, ad ostium Lisii, sive Leiffer fl. in mare Hibernicum.

(Long. Lat. ° ′ ° ′) CATERLAGH, *Carlow*, *Caterlagia*, urbs & caput comitatus Caterlagiæ, ad confluxum Barow & Borayne.

(15. 14. 53. 56.) DROGHDAGH, *Drogheda*, urbs cum portu ad ostium Boyne fl. caput comitatus Louth.

DUNDALCKE, *Dunkeranum*, urbs Episc. cum portu in ora comitatus Louth.

FEARNES, *Fernesa*, urbs Episcopalis sub Archi-Episcopatu Cashel.

GANDELOUG, *Gandeluga*, urbs Episcopalis.

(15. 0. 53. 36.) KILDARE, *Kildaria*, urbs Episc. caput comitatus Kildariæ.

(14. 48. 53. 24.) KILKENNY, *Kilkennium*, urbs Episc. caput comitatus Kilkenny, ad Boyne fl.

(14. 30. 53. 10.) KINGS, *Kingstona*, urbs & caput comitatus Kings.

LAGLIN, *Laglinum*, urbs Episc. ad Boyne fl. cum voto in Parlamento.

LONGFORD, *Longfordia*, urbs & caput comitatus Longford, ad Camlin fl. cum voto in Parlamento.

MOLINGAR, *Molingaria*, urbs & caput Comitatus West-Meath.

TRIME, *Trima*, urbs Episcopalis ad Boyne fl. caput comitatus East-Meath.

ROSSE, *Rossa*, urbs in comitatu Wexford, ad Boxne fl.

(15. 46. 52. 14.) WEXFORD, *Wexfordia*, urbs & caput comitatus Wexford, cum castro & portu, ad Slone fl.

WICKLOW, *Wicklovium*, urbs cum arce & portu ad mare Hibernicum caput comitatus Wicklow.

II. PROVINCIA ULTONIA, *Ulster.*

(*Comitatus Ultoniæ.*) Terminatur à Borea Mari Deucaledonio, ab Ortu mari Hibernico, ab Austro Lageniâ & Connachiâ, ab Occasu Oceano

Oceano Occidentali, Longa 30. Milliaria Germanica & totidem Lata, continet comitatus novem, qui ſunt: Antrim, Downe, Cavan, Armagh, Fermanagh, Dungall, Londonderry, Managhan, Tyronne. *Long. Lat.* ° ′ ° ′

Urbes PROVINCIÆ ULTONIÆ.

ANTRIM, *Antrimum*, caſtrum & caput comitatus Antrim, ad magnum lacum Neagh. 14. 45. 54. 40.

ARMAGH, *Armacum*, *Ardimacha*, urbs Archi-Epiſc. cum Primatu & voto in Parlamento, ad Kolin fl. multùm incendiis vaſtata. 14. 16. 54. 12.

CARLINGFORD, *Carlingfordia*, urbs cum portu amplo & munito.

CAVAN, *Cavanum*, urbs & caput comitatus Cavani, ad Blak-Water fl. 13. 54. 53. 37.

CLOGHER, *Clochera*, urbs Epiſc. caput comitatus Tyronne.

DERRY, *Derrium*, urbs Epiſc. in Inſula InisOwen, caput Comit. Dungall.

DOWN, *Dunum*, urbs Epiſc. cum portu ad lacum Cone, caput comit. Dunenſis. 15. 25. 54. 19.

DROMORE, *Dromoria*, urbs Epiſc. ad Lagan fl. in comitatu Dunenſi.

DUNGHAL, *Dunghalla*, urbs cum portu & voto in Parlamento caput comit. Tyrconel. 12. 21. 54. 8.

KILMORE, *Kilmora*, urbs Epiſc. ad Niniti fl. 24. 14. 53. 34.

KNOCKFERGUS, *Rupes Vergusii*, urbs munita cum portu, in comitatu Antrim. 15. 8. 54. 43.

LONDON-DERRY, *Londino-Deria*, urbs in Inſula Owen, caput comit. Ej. Nom. 13. 30. 54. 44.

MONAGHAM, *Monagamum*, urbs & caput comit.

RAPOE, *Rapoa*, urbs Epiſc. ad lacum Swel. 13. 13. 54. 35.

III. PROVINCIA MOMONIA, *Mounster.*

Termini Momociæ. Terminatur à Borea Prov. Connachiâ, ab Ortu Lageniâ, ab Austro Oceano, ab Occasu Oceano Occidentali. Continet 8. Comitatus, qui sunt: Clare, Clomel, Corck, Keny, Kisfenor, Limerick, Typeray, Watterford.

Urbes PROVINCIÆ MOMONIÆ.

Long. Lat.
° ′ ° ′

14. 32. 51. 43. ANDART, *Andartum*, urbs Episc. ad mare caput comitatus Keny.

14. 28. 52. 14. CASHEL, *Cashelia*, urbs Archi-Episc. caput comitatus Typeray.

13. 8. 52. 14. CLARE, *Clara*, urbs Episc. ad Scher fl. caput comitatus Clarensis.

CLOMEL, *Clomelia*, urbs ad Shure fl. caput comitatus cum voto in Parlamento.

14. 7. 51. 33. CORCKE, *Corcagia*, urbs Episc. munita cum portu, caput comitatus Corck.

DINGLE, *Dinglia*, urbs Episc. ad sinum Dinglensem.

KILLOC, *Killocum*, urbs Episcopalis in comitatu Clare.

14. 14 51. 20. KILON, *Kilonum*, urbs Episcopalis ad Lacum Derg.

KINSAL, *Kinsalia*, urbs munita cum portu, in comitatu Corek.

14. 32. 52, 10. KISFENOR, *Kisfenorum* urbs Episc. caput comitatus Kisfenor.

LIMERIK, *Limericum*, urbs Episcop. cum castro & portu, caput comitatus.

14. 34. 52. 1. TOAM, *Tuamum*, urbs olim Archi-Episcopalis.

WATTERFORD, *Watterfordia*, urbs Episc. cum portu, caput comitatus.

IV. PRO-

IV. PROVINCIA CONNACHIA
Connaugt.

Termini Connaciæ.

Terminatur à Borea Prov. Ultonia, ab Ortu Lagenia, ab Austro Momonia, ab Occasu Oceano Occident. Continet comitatus 7. qui sunt: Athlon, Galloway, Letrim, Mayo, Jamestowa, Roscomen, Slego.

Urbes PROVINCIÆ CONNACHIÆ.

ACHONRY, *Achonria,* urbs Episc. ad Lacum Alyne, caput comitatus Letrim.

ATHLON, *Athlona,* urbs munita cum arce, ad Shannon fl. caput comitatus Athlonensis ab An. 1691. — 13. 58. 52. 58.

CLONEFORT, *Clonefordia,* urbs Episc. ad confl. Shannon & Sucke fl.

ELPHEN, *Elphena,* urbs in comitatu Roscomensi.

GALLOWAY, *Galliva,* urbs Episcopal. munita cum portu, ad Ostium Logh fl. caput comitatus Galway. — 13. 2. 52. 39.

JAMETOWN, *Jamestonum,* urbs ad Shannon fl. caput comitatus.

KILLAO, *Killaum,* urbs Episcopalis, ad Muad. fl. caput comit. Mayo. — 13. 32. 52. 24.

ROSCOMEN, *Roscoma,* urbs ad Suck fl. caput comitatus Roscomensis cum magno districtu.

SLEGO, *Slegum,* urbs ad Ostium flum. Slego & sinum maris cum insigni portu, caput comit. Slegani. — 13. 28. 53. 37.

INSULÆ AD ANGLIAM.

ANGLESEY, *Mona,* cujus caput est urbs Beaumaris cum Fortalitio. — 18. 6. 53. 13.

GARNESEY, *Sarnia,* cujus caput urbs S. Petri, cum arce Cornet.

JERSEY, Cæsarea, cujus caput urbs Mautergeil, cum 2. Castellis.

SCHE-

Long. Lat.
° ‚ ° ‚

SCHEPEY, *Schepeja*, ad Oram Borealem, Cantuariæ.

SORLINGES, Insulæ Silurum plures, quarum Primaria S. Mariæ.

19. 1. 50. 27. WIGHT, *Vectis*, cujus caput Neuport, Jarmouth & Neuton oppida, inter Prov. Hant & Wight sunt Sinus S. Helenæ & Spithead, ubi classes nav. adornantur.

MAN, *Mannia*, est Anglicarum maxima inter Kyberniam & Walliam cum Episcopatu.

AD SCOTIAM.

Insulæ.

HEBRIDES & WESTERNES in mari Deucaledonio ad Oras Occidentales Scotiæ, quarum 44. numerantur majores sunt 5. Eust, Harray, Lewis, Mula, Skie., Yle.

ORCKNEY, ORCADES in mari Deucaledonio ad Oras Boreales Scotiæ, quarum 32. numerantur. Maxima *Mayland*, Pomonia.

AD HIBERNIAM.

Insulæ.

Tantùm duæ memorabiles, *Malin* & *Owen*, reliquæ valdè parvæ.

MEMORABILIA PALATIA.

Palatia Londini.

Londinum caput, Theatrum, & compendium totius Angliæ ostentat *Palatium Regium*, *Withal*, rarissimis picturis & aulæis splendidum, magnitudine urbi simile, cum sylvula & horto *Saint James* , ac palatio novo.

West-Monasterium.

Westmünster, Domus Parlamenti Magnifica duplex: in superiore est Thronus Regius, ubi *Lords*, illustres genere, officio, aut dignitate Ecclesiastica præcellentes conveniunt. In Inferiore sedem habent cæteri Nobiles inferioris ordinis, urbiumque Deputati.

Londini Turris.

Arx sive *Turris* Londinensis, ubi est officina monetaria, Armamentarium instructissimum pro 90. millibus armandis sufficiens.

Curia

Curia urbis Londinensis, vulgò Guidehall, ubi subinde 250. membra Senatûs conveniunt.

Curia Guidehal.

Bursa, Boerse, Palatium conventibus Negotiatorum proprium cum amplis Porticibus.

Bursa Mercatorum.

Windsor, Palatium Regium & villa ruralis, non procul Londino ad Thamedsin fl.

Palatium Winsor.

Hampton-Cour, Homptonis Curia, Arx Regia, aliquot Leucis Londino dissita.

Curiæ Homptonis.

MUNIMENTA ANGLIÆ.

M. Britanniæ.

Barwick, ad fines Scotiæ.
Bristol, in comitatu Sommerset.
Flint, in principatu Nort-Walliæ.
Hull, in Ducatu Eboracensi.
Newcastel, in comitatu Northumbriæ.

SCOTIÆ.

Orbes Munitæ.

Dumbriton, in comitatu Lennox, Leviria.
Dundee, in comitatu Angus.
Dunstafag, in comitatu Lorna.
Hamilton, in comitatu Clydal.
Innernes, in comitatu Moursay.

HIBERNIÆ.

Corck, in Provincia Momonia.
Gallway, in Provincia Connachia.
Kilkenny, in Provincia Lagenia.
Letrim, in Provincia Lagenia.
Limmerick, in Provincia Momonia.
Londondery, in Provincia Ultonia.

M. Britanniæ Emporia.

Londinum, ubi merces omnigenæ, artificiales Machinæ, Experimenta naturæ, & totius orbis Thesauri colliguntur.

Emporia Angliæ.

Bristolia & *Southamptonia* mercium Gallicarum emporia.

Ichting, mercium Hiſpanicarum emporium.

Scotiæ Hyberniæ.

Edenburgum, Scotiæ.
Dublinum, Hiberniæ.

PORTUS ANGLIÆ.

Portus Anglici.

Briſtow, ad mare Hibernicum.
Darthmouth, ad mare Britannicum.
Falmouth, ad mare Britannicum.
Dover, ad canalem, Pas de Calais.
Harwich, ad mare Britannicum.
Hull, ad mare Germanicum.
Margir, ad mare Germanicum.
Milfort, ad Mare Hibernicum.
Penrin, ad mare Britannicum.
Pleymouth, ad mare Germanicum.
Pool, ad mare Britannicum.
Portsmouth, ad mare Britannicum.
Rocheſter, ad mare Germanicum.
Southampton, ad mare Britannicum.
Spitheat, ad mare Britannicum.

SCOTIÆ.

Portus Scotici.

S. Andrew, ad mare Germanicum.
Ayr, ad mare Hibernicum.
Cromarty, ad mare Germanicum.
Dornock, ad mare Germanicum.
Dunbarte, ad mare Germanicum.
Dundee, ad mare Hybernicum.
Dunſtafag, ad mare Boreale.
Lith, ad mare Germanicum.
Montroſe, ad mare Germanicum.
Slanes, ad mare Germanicum.
Withern, ad mare Hibernicum.

HIBERNIÆ.

Portus Irlandici.

Balatimore, ad mare Hibernicum.

Car-

Carlingford, ad mare Hibernicum.
Coldagh, ad Oceanum Occident.
Corck, ad Oceanum Occident.
Drodack, ad mare Hibernicum.
Dublin, ad mare Hibernicum.
Dundolck, ad mare Hibernicum.
Dunghall, ad mare Atlanticum.
Knockfergus, ad mare Hibernicum.
Kynsale, ad mare Hibernicum.
Watterford, ad mare Hibernicum.
Wexford, ad mare Hibernicum.
Wincklo, ad mare Hibernicum.
Tougall, ad mare Hibernicum.

Portus Irrlandici.

M. Britanniæ Potentia Maritima.

Regni Potentia.

Ut sileam ingentem Navium tum mercatoriarum, tum Bellicarum numerum, quem singulis annis expedit in Orientem & Occidentem. *Eduardus III.* Rex Angliæ olim Caletum 100. navibus bellicis aggressus est. *Henricus VIII.* in solam expeditionem contra Bononiam numeravit peditum 44000. Equitum 5000. cum classe 70. Navium. *Wilhelmus* Orangius exercitum 80. millium in Flandriam An. 1694. duxit contra Gallos, præter classem ingentem navium bellicarum. Proventus annui censentur 24000000. Regis ipsius vix 2. Milliones.

Memorabiles Academiæ.

Academiæ Britannicæ.

Pangoriensis in Wallia antiquissima Sæc. V. fundata ut Angli Scriptores tradunt.
Eboracensis, Yorck, in Anglia, incepta An. 761.
Oxoniensis, in Anglia fund. An. 896.
Cantabrigiensis in Anglia fund. An. 630.
Edenburgensis in Scotia, Eodem sæculo fundata.
S. Andrewensis in Scotia fund. An. 1411.
Aberdonensis in Scotia fund. An. 1480.
Dublinensis in Hibernia fund. An. 1320.

ANGLIÆ GUBERNAMENTUM.

Rex cum utroque Parlamento.

Est Monarchico-Aristo-Democraticum, quia Rex dependet à duabus regni Cameris, sive Parlamento, sine cujus consensu nihil majoris momenti nec pace nec bello statuere potest. Divisit hoc *Henricus III.* ad sedandas Regni turbas in superiorem & inferiorem Domum. *Superior* componitur ex Principibus Regii sanguinis, duobus Archi-Episcopis, 24. Episcopis 12. Ducibus 3. Marchionibus, 66. Comitibus, 11. Vice-Comitibus, 66. Baronibus. *Inferior* componitur ex 2. Deputatis à singulis Angliæ comitatibus, 12. Nobilibus ex 12. Comitatibus Walliæ. 54. Deputatis ex viginti sex urbibus, habentibus jus ad sessionem Parlamenti, præter 4. Deputatos ex urbe Londinensi: ac Parlamenta Scotiæ & Hiberniæ.

Fluvii Angliæ Scotiæ Hiberniæ.

Thamesis, *Sabrina*, *Trenta* in Anglia. *Forth*, *Tay*, *Clyd*, in Scotia. *Shannon*, *Barraw*, *Boyne* in Hibernia.

Pons Memorabilis.

Londinensis supra Thamesin 30. arcuum, in quo perpetuæ nundinæ, & altæ Domus Mercatorum, intermedia per pontem platea. Pro novo Ponte alio hoc anno 1738. construendo Ingens summa pecuniæ colligitur.

CA-


DANIÆ
cum Serie
Insularum
suarum:
Regn:
NORVEGIÆ
REGNI SUECIÆ PARS
SINUS CODANUS
SCHAGER RACK
MARE GERMANICUM
DIE NOORT SEE
MARE BALTICUM
vulgo
DIE OOST SEE
IUTLANDT
SUDER IUTLANDT
SEE LANDT
FUNEN
LALAND
RUGEN
FURST. HOLSTEYN
MEKLENBURG
POMERE
BELDT
Bornholm
Hamburg
Lubeck
Rostock
Stralsund
Stettin
Fernern
Möne
Gothenborg
Kalmar
Oeland
Jutsche Riff
Heyligheland

CAPUT VII.
DANIA & NORWEGIA.

Unius Regis.

REgnum *Danicum*, hodie ſimul *Norwegicum* complectitur ſub uno Rege Daniæ, quia verò & mari, & mappis diverſis ſeparantur, ſeparatim quoque de iis agetur.

Utriusque Rex Modernus eſt CHRISTIANUS VI. Natus Anno 1699, 30. Nov. Succeſſit An. 1736. 12. Oct. Coronatus An. 1731. 6. Jun.

DANIA.

Nomen Daniæ.

DAnia, aliquibus à *Dannemans*, proceris viris; potiùs ab egregiis, è grege hominum ſelectis dicitur.

Termini Daniæ.

Dania terminatur à Borea mari Boreali, ab Ortu Sinu Codano & mari Balthico, ab Auſtro Holſatia, ab Occaſu mari Germanico.

Longitudo Latitudo.

A Borea versùs Auſtrum 60. milliarium Germanicorum, ab Occaſu versùs Ortum 50. Milliarium.

Natura Terræ.

Terra non eſt continua, ſed maribus & fretis in Peninſulam & inſulas diviſa, cæteroquin tota agris colendis apta, & paſcendis gregibus armentorum: Aqua circumfluens abundat piſcibus, adeò ut quidam *Rex Daniæ*, Europæorum Legatis diſſerentibus in comi congreſſu de potentia ſuorum Regum, uno aurum, alio gemmas, alio frumenti ac vini copiam arrogantiùs prædicante, per jocum dixerit; ſi potentiſſimi cujusdam Europæ Regis Gazæ vænum exponerentur, tam grandi pecunia vix poſſe emi, tantum ligneararum ſcutellarum numerum, qui neceſſarius eſſet, ut in ſingulis ſinguli ponerentur piſces, qui in littoribus Daniæ quotannis captantur.

Fæcunditas Maris.

Genius Incolarum. *Dani* plerique ſunt ſtaturâ procerâ, robuſti corpore, colore vivido, vultúque venuſto; ſeveri nihilominus, juris ſui tenaces, & ad pacem ſemel læſam rurſus inſtaurandam admodum difficiles: nec deeſt iis ingenii valor, & perſpicacia, ad addiſcendas exterorum linguas, & ad ſcientias ſeveriores non minor, quàm ad arma tractanda capacitas, tamen hodie exercendis mercimoniis per navigationes in totum orbem magis, quàm armis intenti, Batavorum ſtudia, Geniúmque æmulari videntur, majori ſemper cum lucro inter hæc negotia, quàm inter bella verſati.

Succeſſio Regni. Olim à Teutonibus & Cimbris Ethnicis inhabitata fuit *Dania*, donec An. 853. Ab *Anſchario* Hamburgenſium, & Bremenſium Epiſcopo ad Chriſtum converſa eſſet ſub Rege *Erico* & poſteris ejus, usque ad *Chriſtianum I.* ex Proſapiâ Oldenburgenſi An. 1448. ejusque ſucceſſores Catholicos. Deficiente autem ex eis à fide Catholica *Chriſtierno III.* An. 1537. Reditus Epiſcopales fiſco Regio attributi ſunt. Regnum à Calmaricâ Unione An. 1398. fuit electivum per ſtatûs Regni tum Eccleſiaſticos, & Nobiles & plebejos. Donec tandem *Fridericus III.* An. 1660. inter diſſidia membrorum, regnum ſibi ſuisque poſteris Hæreditarium fecit.

DANORUM REGUM
Antiqua virtus Bellica.

Regni Potentia. Heroldus, Saxo, Jonas, Hiſtorici ita ſcribunt: Daniæ Reges olim Hiberniam octies, Angliam decies debellarunt: Scotiam armis ceperunt: Ruſſiam vectigalem fecerunt octo vicibus: Saxoniam quindecim: Suecia octodecim præliis attrita: Livonia, Curlandia, Æſtonia, Boruſſia, Polonia *Danis* ceſſerunt. Subacta Norwegia 32. Danorum Regibus fidem juravit. Hæc ipſa loquuntur diverſis ſuis ſignis magnifica Regum Inſignia.

Regum Inſigne. *Regis* enim *Teſſera* Regnorum 13. Imagines continet: Tres *Leopardi* viridis coloris, Daniæ Regni inſignia, ſunt in

in solo croceo: *Leo* cum bipenni Norwegiæ sceptrum indicat: *Corda novem* in roseâ planitie, Gothorum notant Imperium: Sclavos & Wandalos *Draco*: Tres *Coronæ*, unionem Daniæ, Norwegiæ, & Sueciæ significant: Gothlandiam exhibet *Agnus Dei*, gestans vexillum rubrum cum cruce candidâ: *Bini Leones* Ducatum Sleswicensem, coronatus *Piscis* Yslandiam, *Urtica* Holsatiam, *Cygnus* coronatus Stormariam. In medio Horum, *Eques Cataphractus* Ditmarsas, *Crux* alba Oldenburg, *Trabes* Delmhorstium referunt. Tesseram denique coronat *Torques* aureus *ex Elephantis*, *castella* tergo ferentibus, & *Calcaribus* interpositis contextus, appensa inferius effigie *B. M. V.* solaribus radiis circumdatæ, cum *orbe aureo* tribus *Clavis* insigni, & *literario* Emblemate inscripto, quæ Symbola sunt antiquæ pietatis & Equestris Dignitatis.

Partes Daniæ.

Regnum natura dispertiit. I. In Peninsulam *Jutlandiam*, 2. In Insulas *Seelandiam, Fioniam, Lalandiam, Langelandiam*, *Bornholmium*, *Falstriam*, aliasque plures minores Insulas inter Categat & mare Balthicum.

I. PENINSULA JUTLAND, *Cimbrica Chersonesus.*

Divisio Jutlandiæ.

Subdividitur in Borealem propriè talem, & Australem sive Ducatum Schleswicensem. Pars Borealis *Jutlandia* continet 4. Diœceses sive Regimina: *Alburgensem*, *Arhusianam*, *Ripensem*, *Wiburgensem*.

NORT - JUTLANDIÆ EPISCOPATUS ALBURG.

Long.	Lat.
° '	° '
32. 31.	56. 34.

ALBURGUM, *Alborg*, urbs Episc. caput Diœcesis & Tribunal supremum, ad sinum Lymfort, ejus Ditio extenditur cum 13. Satrapiis usque ad Promontorium *Scagen*, à quo sinus dicitur Scager Rack, olim sinus Cadanus.

HALS

32.34. 57.39. HALS, *Halsa*, urbs ad ſinum Lymfort. Et munita ad canalem Alborg.

HIRRING, *Hioringa*, urbs non procul à flumine Aa.

31.17. 56. 50. NICOPIN, *Nicopia*, urbs in Inſula Morſins.

THYSTAD, *Thyſtadium*, urbs ad fretum Wilſund.

EPISCOPATUS ARHUSIANUS.

33.28. 56.9. ARHUSEN, *Arhuſia*, urbs Epiſc. cum arce Scanderburg, caput Diœceſis, & Emporium celebre cum portu inſigni ad ſinum Maris Balthici, ſive Belt.

33.52. 56.29. EBELTOST, *Ebeltota*, Urbs ad ſinum Ebeltoſt.

33.55. 56.36. GRINA, *Grinaa*, urbs ad oſtium fl. Grina cum portu.

HOBRO, *Hobroum*, urbs ad ſinum maris Balthici.

33. 5. 55.53. HORSENS, *Horſenſa*, urbs ad ſinum maris Balthici.

33. 2. 56.39. MARIACKER, *Ager Marianus*, urbs ad ſinum Maris Balthici.

33 15. 56.58. RANDERSEN, *Randerſa*, urbs ad flumen Gudio.

EPISCOPATUS RIPENSIS.

32. 8. 55 33. RYPEN, *Ripa*, urbs Epiſcopalis, cum 30. Satrapiis, caput Diœceſis, Emporium cum portu, non procul à Mari Germanico, ad Rypen & Grum fl. cum caſtro.

33.15. 55.37. FRIDERICHS OEDE, *Oda Friderici*, urbs Fridericia munita, quam exuſſerunt Sueci, ad Fretum minùs, vulgo den kleinen Belt.

32. 56. 55. 31. KOLDINGEN, *Coldinga*, urbs munita cum arce Arnburg, in ora Orientali, ad Fretum Mittelfart. Non procul inde abeſt Pons celebris, per quem quot annis multa millia boum, equorum, ac porcorum in Hollandiam educta ingens vectigal regno pendunt.

31.30. 56.3. KINGKIOPING, *Ringkiopia*, urbs ad oram maris.

32.52. 55. 42. WEEL, *Wela*, urbs ad Fretum minus, den kleinen Belt.

WARD, *Warda*, urbs ad Ward fluv.

EPI-

EPISCOPATUS WIBURGENSIS.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

WIBORG, *Wiburgum*, urbs & Emporium celebre nundinis, *Schnapsting* vulgo, cum 16. Satrapiis, caput Episcopatus cum 19. suffraganeis Lutheranis hodie. Totius hic Juthiæ summum Tribunal & sedes Gubernatoris, ac conventus maximæ Nobilitatis, inter duos lacus. *32. 24. 56. 25.*

HOLSTERBRO, aliis *Hodsebro*, Hodsebroa, urbs hujus Episcopatus. *31. 40. 56. 28.*

LEMWICK, *Lemvicum*, urbs cum portu bono, ad sinum Lymford, maris interni. *31. 15. 56. 26.*

Huc etiam pertinet, Regio *Salin*, *Niebe*, *Scheve*, *Kalkier*, *Niedling* Insula.

AUSTRALIS, SUD-JUTHIA DUCATUS SCHLESWICENSIS.

Pertinet partim ad Lineam *Regis*, partim ad Lineam Ducum Holstein *Gottorp*. Terminatur à Borea Nort-Juthiâ, ab Ortu ad sinum parvum Belt, ab Austro Holsatiâ, ab Occasu mari Germanico.

Urbes DUCATUS SCHLESWICENSIS.

SCHLESWICK, *Schlesvicum*, urbs ampla olim Episcopalis, caput Ducatus, ad ostium fl. Schliæ, Schley, Emporium celebre cum portu commodo ad sinum maris Balthici. Non procul ab urbe ad eundem sinum est. *32. 51. 54. 44.*

GOTTORP, *Gottorpia*, Arx & Residentia Ducum Schleswicensium, natura & arte probè munita in sinu Borg, cum magnâ Satrapiâ.

APENRADE, *Apenroa*, urbs ad sinum maris Balthici.

CHRISTIANPREIS, *Christiani Castrum*, fortiter munitum ad mare Balthicum.

ECKELEFORD, *Eckelefordia*, urbs cum insigni portu & arce Eckernborch. *33. 12. 54. 40.*

32. 42. 54. 59. FLENSBURG, *Flenopolis*, urbs cum portu & arce ad mare Balthicum.

32. 19. 54. 40. FRIDERICHSTAT, *Fridericia*, urbs ad confl. Tren & Eyder fl.

HADERSLEBEN, *Haderslebia*, urbs cum arce ad ſinum maris Balthici.

32. 24. 54. 44 HUSUM, urbs cum arce & Portu.

NORTBURG & SONDERBURG, arces & ſedes Ducum in Inſula Alſen.

SUAVESTEDT, *Suaveſtadium*, urbs ad Eyder fl.

32. 6. 54. 38. THONINGEN, *Thoninga*, urbs munita, & Emporium, ad oſtium Eyder fl.

TONDEREN, *Tondera*, urbs munita cum caſtro ad Widow fl.

Huc pertinent Inſulæ: *Fora*, *Sylt*, *Ræni*, *Arëe* cum arce Köping.

II. INSULÆ DANICÆ MAJORES
SEELANDIA.

Primaria & maxima Daniæ Inſula longa 16. lata 14. milliaria Germanica, Media inter Sconiam Sueciæ Peninſulam, & Inſulam Fioniam Daniæ.

Urbes SEELANDIÆ.

35. 42. 55. 22. KIOBENHAFEN, *Koppenhagen*, *Haffnia*, urbs Epiſcopalis ampla, natura & arte munita, caput Inſulæ & totius Daniæ, ſedes Regia cum triplici Palatio, Academia celebri, Armamentario, navali, portu capaciſſimo ad fretum Sundicum. Huic urbi nova accrevit.

CHRISTIANSHAVEN in Inſula Amack conjunctâ veteri per pontem, commerciis in utramque Indiam celebris.

34. 27. 55. 44. HALLENBURGUM, urbs cum arce & portu.

35. 56. 56. 6. HELSINGOER, *Holſingora*, urbs ad majus fretum Danicum, Oreſund, cum arce Regia *Croneburgo*, quæ freto domi-

Long. Lat. ° ' ° '

dominatur, ubi pro navibus tranſeuntibus earumque mercibus ingens vectigal ab Exteris pendi debet.

HOLLBECK, *Holbecum*, urbs ad ſinum freti cum portu, ſeptem milliaribus ab Haffnia diſtans.

KOGE, *Koga*, urbs cum portu ad fretum. — 35. 27. 55. 35.

NYKOPPING, *Nykopia*, urbs ad mare.

PRÆSTOEW, *Præſtoa*, urbs cum portu. — 35. 25. 55. 11.

ROSKILD, *Rotchilda*, urbs poſt Haffniam præcipua, & Epiſcopalis, Regumque ſepultura, ad ſinum Iſelfiord. quatuor milliaribus ab Haffnia diſtans. — 35. 15. 55. 46.

SORA, urbs cum Academia, ad Lacum.

WARNIGBORG, *Warburgum*, urbs cum portu. — 35. 14. 55. 7.

FIONIA, Fünen.

Inter Seelandiam & Jutlandiam ac fretum utrumque majus, & minus, Belt. Cum 21. Satrapiis.

Urbes FIONIÆ.

ODENSEE, *Ottonia*, urbs Epiſcopalis munita & caput Inſulæ. Olim adhuc Catholica magnam habebat Jurisdictionem Epiſcopalem in 20. Epiſcopatus proximarum Inſularum. — 33. 50. 55. 30.

ASSENS, *Asnenum*, urbs ad fretum Sundicum minus, cum portu, ubi tranſitus in Holſatiam. — 33. 26. 55. 18.

BOWENS, *Buſonia*, urbs cum portu ad fretum Sundicum minus.

CARTEMUNDE, *Cartemunda*, urbs ad lacum.

FOBURG, *Foburgum*, urbs cum portu ad fretum Sundicum minus. — 34. 0. 55. 14.

MIDDELFART, *Middelfurtum*, urbs ad fretum Sundicum minus, ubi anguſtus eſt tranſitus in Juthiam, unde Middelfart dicitur. — 33. 22. 55. 29.

NYBORG, *Neuburgum*, urbs cum arce munita, & Emporium cum portu cõmodo, ubi tranſitus in Seelandiam. — 34. 12. 55. 50.

Long.	Lat.	
° ′	° ′	SCHWINBORG, *Suenoburgum*, urbs ad fretum Sundicum Coronæ Danicæ.
33. 21.	55. 32.	SOPHIEODDE, *Sophiopolis*, urbs munita ad fretum Sundicum minus, die Middelfart.

III. INSULÆ DANICÆ MINORES
LALANDIA.

Insula non procul ab orâ Australi Seelandiæ, longa 8. lata 5. milliaria Germanica, ferax frumenti, continet 6. civitates.

Urbes INSULÆ LALANDIÆ.

Long.	Lat.	
		HALLSTED, *Hallstadium*, urbs non procul à mari.
		MARIBO, *Maribœa*, urbs ad lacum, ubi olim Monasterium celebre S. Brigittæ sacrarum Virginum, nunc ex eo nil, nisi rudera videntur.
34. 41.	54. 58.	NAXHOW, *Nascovia*, urbs cum arce munita, caput Insulæ ad sinum Maris.
35. 6.	55. 10.	NYSTED, *Neostadium*, urbs ad fretum Rubrum, Rotesund.
		ROEDBY, *Rodbya*, urbs cum portu, ad sinum maris.
34 43.	54. 58.	SASKOEPPIN, *Sascopia*, urbs ad sinum maris.

LANGELANDIA.

A situ nomen habet, est enim longa 6. lata unum tantum milliare Germ. frumento fertilis, media inter Lalandiam & Fioniam.

Urbes LANGELANDIÆ.

Long.	Lat.	
33. 20.	55. 30.	RUDKOEPING, *Rudkopia*, urbs cum portu in orâ Occidentali, caput Langelandiæ.
		TRANCKIER, *Trankera*, Arx regia in Insulæ medio.

Reliqua sunt parva oppida & Pagi pro terræ culturâ.

AL-

ALSEN, Alſa.

Inſula quidem pertinet ad Ducatum Schleswicenſem, ſed eſt Regis Daniæ. Longa 5. ad 6. Milliaria Germanica, Lata duo tantùm, admodum ferax frumenti, duæ in eâ arces ſunt celebres: *Norburgum*, & *Sunderburgum* à quibus duæ Ducum Holſatiæ Lineæ de ſtemmate Regio nomen habent.

FALSTRIA, Falſter.

Long Lat. ° ′ ° ′

Inſula inter Seelandiam & Lalandiam, Longa & Lata 4. milliaria Germanica, valdè ferax frumenti & fructuum.

Urbes FALSTRIÆ.

NYKOEPING, *Nykopia*, urbs cum arce munita & portu bono, ad fretum rubrum, Roteſund. 35.22. 54.53.

STUPKOEPING, *Stupkopia*, urbs cum arce, ad fretum viride, Gröneſund. 35.26. 55.1.

BORNHOLM, Bornholmia.

Inſula inter Sconiam & Seelandiam cum 4. ſatrapiis & oppidis *Nex*, *Kottum*, *Rattenby*, *Schwencke* ac duabus arcibus, *Sandwyck* & *Hamershuſen*.

Reliquæ Inſulæ ſunt valdè parvæ. *Ween*, memorabilis ab *Uranoburgo Tychonis Brahe* Specula Mathematica.

Endelo, *Fanöe*, *Leſſow*, *Mona*, *Samsöe* ſamus Danica, *Taſſing* &c.

NORWEGIA.

Norrick.

Regnum ſuppreſſum.

OLim regnum ſub proprio Rege, cujus ſtemmate deficiente An. 1387. Norwegi ſub certis Privilegiis ſeſe Da-

nis conjunxerunt: tandem An. 1536. Rex Daniæ *Christianus III.* totam Norwegiam Coronæ Danicæ subjecit, ac suppressis propriis regni consiliis, Provinciarum præfectos Danicos submisit.

Termini Norwegiæ. Terminatur à Borea mari septentrionali, ab Ortu Suecia, ab Austro sinu Codano, ab Occasu mari Occidentali.

Longitudo Latitudo. Ab Austro versùs Boream 190. Milliarium Germanicorum, latitudo ab Occasu versùs Ortum 55.

Natura Terræ. Cùm Regio à Gradu 57. latitudinis ad Gradum 70. usque ultra circulum Arcticum extendatur, magnum in ea frigus est, adeoque terra sterilior, licet culta hinc inde, maximè ad oram maritimam, frumenta necessaria proferat. Maximam autem partem montosa est, sylvestris & inculta versùs Sueciam. Dives tamen metallorum, maximè cupri fodinis, pellibus, piscibus, oleo, bitumine, ligno pro navibus.

Genius Incolarum. Incolæ probi sunt, sine fuco, exterorum amantes, algoris, inediæ & laboris patientissimi, in omni arte fabrili exercitatissimi. In Borealibus partibus habitationes admodum raræ sunt, ex assamentis Domorum parietes consurgunt, & teguntur cespite, vel Balænarum ossibus constructæ, earumque pellibus coopertæ.

Divisio Regni. Ex quo Norwegiæ Regnum ante duo sæcula per connubium, quod cum *Huguino* Regina *Margaretha* iniit, hæreditarium Daniæ factum, divisum est in 6. Præfecturas, sive Provincias: 1. In *Bergensem* caput Regni. 2. Drontheimensem. 3. Wardhusanam. 4. Stavangaranam. 5. Aggerhusanam. 6. Bahusanam. Huc pertinent Insulæ Boreales, Ferro, Yslandia, Grönlandia, Schottlandia, Spitzberga, aliæque plures minores.

I. PRÆFCTURA BERGENSIS.

Termini Bergen. Terminatur à Borea præfectura Drontheimensi, ab Ortu Aggerhusana, ab Austro Mari Danico, ab Occasu mari

	Long.	Lat.
	° '	° '
mari Occidentali. Maxima & optima Norwegiæ Provincia.		

Urbes PÆFECTURÆ BERGENSIS.

	Long.	Lat.
BERGEN, *Berga*, urbs ampla Episcop. cum castro munito ad sinum, Carnersund, caput totius Norwegiæ, Sedes Pro-Regis & Emporium ab exteris frequentatum inter montes præruptos conclusum cum portu commodissimo.	28. 12.	60. 11.
AALS, *Alsa*, urbs ad Sund fluv.		
ADESOGN, *Adesognia*, urbs ad Sinum Sor Fiorden.		
HALSNO, *Halsnoa*, urbs ad mare cum portu, ex opposito Insulæ Meloë.		
HULSNE-CLOSTER, Monasterium Hulsna, in Insula ad sinum Acke-Fiord.		
JELSO, *Jelsum*, urbs ad Archi-Pelagum Stavangriensem, vulgo Bucken-Fioërd.		
LUNDE. *Lunda*, urbs ad sinum Maris cum promontorio Listerland.		
LYSE-CLOSTER, *Monasterium Lysa*, in eadem Peninsula cum Berga.		
NEUS, *Neusium*, Promontorium contra Promontorium Scagen Daniæ.	29. 12.	57. 49.
OYE, *Oya*, urbs ad mare cum portu, non procul à Lunda.		
SALE, *Sala*, urbs ad mare cum portu, non procul Staffangria.		
STAFFANGER, *Staffangria*, urbs Episcopalis cum Fortalitio Daërwick, ad Archipelagum sui nominis plenum Insularum, vulgo Bucken-Fioërd.	28. 10.	58. 47.
STRAND-SOGN, *Stradsognium*, urbs ad Sinum Bucken-Fiœrd.		
VALLE, *Vallis*, urbs in valle Oettersdal, ad parvum amnem.		
WARHUYS, *Varhusium*, urbs in Promontorio ejusdem nominis, aliis Varhuys.	28. 41.	69. 38.

PRÆ-

II. PRÆFECTURA DRONTHEIM.

Termini Drontheim.

Terminatur à Borea Præf. Wardhuſana ab Ortu finibus Sueciæ ac montanis, ab Auſtro Præf. Bergenſi, ab Occaſu mari Occidentali. Irruperunt in eam Sueci Anno 1718. ſed Rege occiſo ad Hallam Fridericiam redierunt in Sueciam, relictis multis de ſuis, tum ferro, tum frigore enectis Anno 1719.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes PRÆFECTURÆ DRONTHEIMENSIS.

32,58. 61,58.

DRONTHEIM, *ſive Nidroſia*, urbs Archi-Epiſcopalis, olim Sedes Regia, nunc Præfecti, arce & caſtello defenſa ad mare, incendio vaſtata Anno 1708.

AGGENES, *Aggeneſa*, urbs in Promontorio.

ALENBY, *Alembium*, urbs inter montes.

BESTADT, *Beſtadium*, urbs ad ſinum maris.

EGGE, *Egga*, urbs ad ſinum maris Vardal.

36,43. 67.38.

ELWICK, *Elvicum*, urbs ad ſinum Soutorve.

EVENES, *Eveneſa*, urbs in Peninſula.

FROOGARDE, *Frogarda*, urbs ad lacum.

QUIRISWICK, *Quirivicum*, urbs in peninſula.

STADSBUGDEN, *Stadsbugda*, urbs in Peninſula contra Drontheim.

SUNDAEL, *Sundalla*, urbs ad finem ſinus Longiſſimi.

URCKEDAL, *Urckedalla*, urbs ad ſinum Drontheimenſem.

Inſulæ hujus *Præfecturæ* multæ ſunt, quarum præcipuæ: *Bratwetz*, *Eda*, *Fielewer*, *Flaſſet*, *Fæſen*, *Smulle*, *Statby*, *Tarin*, *Wayen*.

III. PRÆFECTURA WARDHUSANA.

Termini Wardhus.

Terminatur à Borea mari Glaciali, ab Ortu Laplandia Suecica, ab Auſtro Præfectura Drontheimenſi, ab Occaſu oceano Occidentali. Regio frigidiſſima, infructuoſa, rara habet paſcua pecorum ad neceſſitatem, plura latibula fera-

ferarum sylvestrium. Continet Finmarchiam, & Lappiam Norwegicam.

	Long.	Lat.
	° ′	° ′

Urbes WARDHUSANÆ PRÆF.

WARDHUS, *Wardhusium*, unde nomen traxit Provincia; est *Castrum* ferè dirutum in Insula cùm vicino *oppido* in extimis Finmarchiæ partibus ad Lappiam Norwegicam. — 48. 51. 70. 46.

NORDCAEP, Promontorium ad Boream remotissimum. — 42. 28. 71. 23.

NORDKIN, Promontorium, magis versùs ortum in eadem ora Boreali. — 44. 33. 71. 20.

WARANGER, *Varangia*, oppidum Lapponum, non procul Wardhusio.

Insulæ hujus *Præfecturæ*, plurimæ sunt: *Magger Oë*, *Suroy*, *Zeyland*, *Ayersallero*, *Sanien*, *Trommes &c.*

IV. PRÆFECTURA STAVANGERANA.

Parva quidem, sed populosa, & bene culta, à Borea terminatur Præf. Drontheimensi & Aggerhusana, à reliquis plagis mari & freto Danico. — *Termini Stavanger.*

Urbes STAVANGERANÆ PRÆF.

STAVANGER, *Stavangera*, urbs Episc. caput Provinciæ, ad Oram maris. — 30. 4. 56. 30.

AAS, HOMEDAL, TONSBERG sunt oppida.

V. PRÆFECTURA AGGERHUSANA.

Terminatur à Borea Præf. Drontheim, ab Ortu Suecia & Præfectura Bahusana. Ab Austro Præf. Stavangerana, ab Occasu Præf. Bergensi. Ex hac Provincia multa ligna avehuntur pro navibus.

Urbes AGGERHUSANÆ PRÆF.

AGGERHUS, *Aggerhusium*, Arx & sedes Gubernatoris Provinciæ, ad sinum Ansloye. — 32. 0. 59. 25.

37. 2. 59. 26. ANSLO, *Ansloa*, urbs Episcopalis caput Præfecturæ, cum supremo Tribunali, propè arcem Aggerhus, & portu bono. Christiana à Christiano IV.

BERGA, urbs ad flumen Glamen.

31. 50. 62. 12. DOFRE, urbs ad fontem Mos fluv.

FRIDERICHSTATT, *Fridericia*, urbs ad ostium Glamen fl.

GUSTAL, *Gustalla*, urbs ad Glamen fl.

SALTZBERG, *Saltzberga*, urbs ad Dram fl.

SCKEEN, *Skena*, urbs cum fodinis æris.

TONSBERG, urbs ad sinum maris Codani.

VI. PRÆFECTURA BAHUSANA.

Termini Bahus. Longa quidem, sed non lata, & Suecis nunc subdita, inter Sueciam, Præfecturam Aggerhusanam media.

Urbes BAHUSANÆ PRÆF.

34. 18. 57. 50. BAHUS, *Bahusium*, Munimentum in Insula fluvii Trolhete, sedes olim Præfecti Norwegici ad sinum Codanum.

CONGEL, *Congeliæ*, urbs ad ostium Trolhete fl.

ODEWAL, *Odwalla*, urbs ad sinum Maris Codani.

INSULÆ JURIS NORWEGICI
ISLANDIA.

Insula in Oceano Boreali media inter Norwegiam & Grönlandiam, ad oras habitata, in medio autem meri nivosi montes frumenta non ferunt, valles tamen pascua dant pecoribus. Hinc quotannis magna transvehitur copia piscium Siccatorum, Balænarum, pinguedinis, Butyri, sulphuris ex radicibus Montis ignovomi *Hecklæ*. Dividitur in partem Borealem, Orientalem, Australem, Occidentalem.

PARS BOREALIS ISLANDIÆ
NORDLENDIGA FIORDUNG.

5. 0. 67. 20. HALAR, *Halaria*, urbs Episcopalis, ad Scagam sinum, Scaga Fiord.

KATR

	Long. ° ′	Lat. ° ′
KATR NESS, Promontorium Katrium.		
MOKRAFELD, *Mokrafeldia*, urbs inter montana Insulæ.		
RANDAGUMPUR NESS, Promontorium Randagunpurium.	6. 57.	67. 49.
SCAGA NESS, Promontorium Scaganense.	4. 21.	67. 47.
SINGLU NESS, Promontorium Siglunum.		
TIAR NESS, Promontorium Tiarium, ad Insulam Lunday.		

PARS ORIENTALIS ISLANDIÆ AUSLENDIA FIORDUNG.

	Long.	Lat.
BREID, *Breida*, oppidum ad ostium fluminis cadentis in mare.		
HORN, Promontorium, quod Indigenis *Ness*, uti sinus maris Fiord dicitur.	9. 56.	66. 4.
HOPP, *Hopa*, urbs ad ostium Kokuls fl.		
LANGE NESS, Promontorium Longum.		

PARS AUSTRALIS ISLANDIÆ SUDLENDIA FIORDUNG.

	Long.	Lat.
HANER, *Hanera*, oppidum ad sinum ejusdem nominis, Haner fiord.		
HASKE, *Haska*, oppidum in Insula Haska.	3. 25.	65. 3.
HECLA, Mons ignivomus, qui multùm sulphuris evomit, aliis latè circa montibus nive oppletis.		
HECLA NESSA, Hecla Promontorium, Fodinis æreis celebre, cum Sulphureis mineralibus.	6. 10.	65.*44
KRONIGER GARD, Arx Bested, & sedes Gubernatoris sub Rege Daniæ, in Peninsula, ad sinum Haner-Fiord.	3. 4.	65.*18
REIKRE NESS, Promontorium Reikrium cum oppido.	1. 57.	65. 30.
SKALHOLT, *Scalholtum*, Sedes Episcopalis cum Gymnasio.	4. 55.	65.*48

Long. Lat.
° ' ° '

PARS OCCIDENTALIS ISLANDIÆ. WESTLANDIGA FIORDUNG.

GILS, *Gilsa*, oppidum ad Sinum Gilsium, Gils-Fiord.

358.20. 68.20. FULVA-STAPI NESS, Promontorium Fulva-Stapium.

KALLA NESS, Promontorium Kalla.

KATUR NESS, Promontorium Katurium.

KOLBENSTAS, *Kolbenstasium*, oppidum in Peninsula.

0. 10. 66. 4. ONDUT NESS, Promontorium Ondutum.

STADUR, *Stadurum*, oppidum ad sinum Isa-Fiord.

STRASINUM NESS, Promontorium Straunum.

SUGAR NESS, Promontorium Sugar.

INSULÆ MINORES circa Islandiam.

Beeren Eyland, Anonyma, Grims, Joann Meyen.

INSULÆ FERRO, sive Glossariæ.

Harum sunt 16. in quibus Naves Bellicæ Societatis Indicæ operiri solent naves Indicas revertentes, ut securas deducere valeant in Hollandiam.

INSULÆ SCHETTLAND sive Hitland.

Quarum sunt 26. sed sex ex iis tantùm habitatæ.

GROENLANDIA, sive GRONIA Putata Insula Juris Norwegici.

An Insula sit, an magna continens versùs Polum arcticum longiùs extensa, disceptatur inter Authores Geographicos. In hoc conveniunt, quod olim magis cognita fuerit, quàm nunc; eò quod continua glacies regionis, sensim in cumulos & montes altissimos vi ventorum congesta, viam aditúmque ad pristina loca Exteris occluserit, maximè ad partem Orientalem; veterem Occidentalem

verò

verò novam circa confinia Americæ hodie denuo detexerunt, & frequentant Dani, Angli, Hollandi aliique.

	Long. ° ′	Lat. ° ′

GRONLANDIA VETUS ORIENTALIS.

	Long.	Lat.
ALBA, urbs olim Epiſcopalis, in Promontorio Auſtrali ad ſinum S. Thomæ.	356.45.	74.32.
Monaſterium, S. Thomæ in Promontorio Boreali, ad ſinum eundem.	0. 0,	76. 2.
CHA, Promontorium, ad oram Auſtralem.		
HIAN, Promontorium, in littore Auſtrali.		
NEUM, Promontorium, in littore Boreali.		
SAD, Promontorium, in littore Boreali.		

GRONLANDIA NOVA OCCIDENTALIS.

	Long.	Lat.
CONFORT, Promontorium	326.5.	62.10.
DESOLATIONIS, Promontorium.	327. 5.	61. 0.
DISCORDIÆ, Promontorium.	334.15.	61.39.
FROWEL, Promontorium.	330. 0.	60.30.
GODE-HOPE, bonæ ſpei Promontorium.	336.16.	63.32.
HERNOLDS, *Hernoldi*, Promontorium.		
LIECESTER, Promontorium.		

MEMORABILIA PALATIA.

Palatia Daniæ.

Hafnienſe, Palatium verè Regium & magnificum.

Hafnienſe, Armamentarium cum ſuo navali elegantiſſimo.

Friderico-Burgenſis Arx & Palatium Regium, ubi frequens, amœnúsque Regum Seceſſus, ad Lacum Farus in Inſula Seelandia.

Oldenburgenſis, Arx & Palatium ſedes olim Ducum, nunc Regis Daniæ.

Palatia Norwegiæ.

Bergenſis Burſa, & Domus exterorum mercatorum ſatis ſplendidæ præcipuè pro-Regis Palatium, aliæque Præfectorum in Provinciis.

Munimenta.

Daniæ & Norwegiæ.

Coppenhagen Hafnia in Seelandia.
Bahus, insigne Fortalitium Norwegiæ.
Croneburg, ad fretum Sundicum.
Glückstatt, ad ostium Albis Hormariæ.
Hamburg, urbs Imperialis Holsatiæ.
Helsingboer, ad fretum Sundicum.
Koldingen, ad fretum Sundicum minus, ubi ingens vectigal boum & equorum.
Friderichs-Oede, Fortalitium Juthiæ ad fretum Sundicum minus.
Rensburg, ad Eyder fl. Holsatiæ.
Tonningen, in Ducatu Schleswicensi.

MEMORABILIA EMPORIA.

Emporia Portus.

Copenhagen, Emporium celeberrimum, ubi etiam est societas Indica, cum portu insigni, & Navali ad Oram Seelandiæ.

Berga, Emporium totius Norwegiæ nobilissimum, cum portu commodissimo, altis undique montibus clauso, nisi eâ tantùm parte, ubi naves etiam maximas in mediam urbem admittit, quæ proinde ad ipsas mercatorum ædes quietæ consistere, & ad rupes annulis alligatæ commodè onerari possunt.

Præcipui Daniæ.

Portus Apenradensis, ad mare Schleswicense.
Portus Arbusianus, ad mare Balthicum Juthiæ.
Portus Drontheimensis Norwegiæ.
Portus Eckerenfordiensis, Schleswici ad mare Balthicum.
Portus Flensburgensis, Schleswici ad mare Balthicum.
Portus Haderslebensis, Schleswici ad mare Balthicum.
Portus Koldingensis, ad signum Balthicum, vulgo den Belt.

Portus Nyborgensis in Insula Fionia ad sinum maris Balthici, vulgo die Mittelfart.

MEMO-

MEMORABILES PISCATURÆ BALÆNARUM.

Ad Spitzbergam & Grönlandiam Galli, Angli, Batavi, Dani, Hamburgenſes piſcationem Balænarum valdè quæſtuoſam exercent; ex unica enim ſubinde centum & viginti cados olei exprimunt. Captura autem fit in Solſtitio æſtivo, quando per tres aut 4 menſes continuus ibi dies. Unus nautarum in præeminenti rupe littoris excubias agit, donec aliqua Balæna, ſpiraculo ſuo aquam difflet in aëra, ut ſe refrigeret: tum dato ſigno plures in cymbis expediti appropinquant Belluæ grandi, aliquando ducentorum pedum, & telum haſtili, cui longiſſimus funis adhæret, infixum, ſummo niſu, quàm poſſunt altè ipſi injiciunt, ociſſiméque ſe proripiunt, extremum vagi funis ducentes manu. Bellua vulnere ſaucia, quaſi fugiens telum, quod ipſi adhæret, ima petit Oceani: miras aquarum turbationes excitat, redit in altum, & in omnem ſeſe partem volvit, donec poſt unam alteramve horam exhauſtis viribus, & effuſo ſanguine demortua enatat. Redeunt nautæ, & prædam fune ſubducunt in littus. Mox ſtantes in monſtri tergum, aſcia diſſecant in fruſta, cujus Lardum in ahenos conjectum ignis ſuppoſitus in oleum copioſum diſſolvit.

Captura Balænaram. *Modus Capturæ.* *Magnitudo Balænæ.*

MEMORABILES PISCATURÆ HALECUM.

De hac ſcribit P. Fournier in Geographica ſua orbis notitia, quod nunquam oræ Piſcariæ vel ſinus Perſici uniones, nunquam Indici Maris Ambara, Æthiopici pulvis aureus, Mediterranei corallium, vel maris Balthici ſuccinum, emolumenti mortalibus tantùm attulerint, quantùm Hollandis captura Halecum, quæ fit in mari Boreali, Heringſee, inter Inſulas Orcades, Islandiam & Norwegiam, copia ferme incredibili, ita ut unica annua piſcatione à Feſto S. Joan-

Captura Halecum. *Stupenda multitudo.*

S. Joannis usque ad Hyemem capti sunt quatuordecim mille, octingenti milliones Harengorum. Hic numerus si videatur immanis, minorem tamen justo colliges, si attendas quot annis in eum finem solvere ex Hollandia 1400. naves, olim Losbos, nunc Buyse dictas, præter 40. grandiores armatas, pro aliarum tutela. Ter autem plerumque ex mari Norwegico onustæ singulæ 480000. Harengis, ter item ex mari Britannico. Denique in hoc numero Anglorum & Gallorum naves non comprehendo, quæ ut minimùm sunt quingentæ.

Capturæ Prosecutio.

Prima Halecum captura fit inter littora Spitzbergæ, Norwegiæ & Scotiæ in Julio & Augusto. *2da.* (Quia turmatim ad 10. & 12. milliaria in longitudinem, duo vel tria Milliaria in latitudinem versùs Austrum ingruente frigore natant) fit in Septembri, ad Oram Eboracensem Angliæ. *3tia* A Septembri usque ad Decembrem in Canali ad Oram Galliæ circa Calais & Dieppe.

CAPUT VIII.

SUECIA.

Cujus Rex modernus est FRIDERICUS I. ex principali Domo Landgraviorum Hassiæ Natus Anno 1676. 28. April. Electus An. 1720. 4. April.

Termini Sueciæ.

REgnum ex Domestica Chronologia antiquissimum, terminatur à Borea Laplandia Norwegica & Russica, ab Ortu Moscovia, ab Austro mari Balthico, ab Occasu Dania & Norwegia. Ab Austro versùs Boream 200. milliarium Germanicorum, latitudo 150. versùs ortum à Russis multum imminuta. Frigori valdè est obnoxia, maximè in partibus ejus Borealibus, ubi frigus acer-

Longitudo Latitudo. Natura Terræ.



SUECIÆ Regnum cum vicinis Regionibus.
OCEANUS SEPTENTRIONALIS
MOSCOVITICUM MARE
Nord Cap.
CIRCULUS ARCTICUS
LAPPONES NORV.
LAPPONES RUSSI
MOURMANSKOI LEPORIE
ALBUM MARE
Archangel
SINUS BOTHNICUS
SINUS FINICUS
MARE DANICUM
OCEANUS
MARE GERMANICUM Vulgo NORT ZEE
DIŒCESIS BERGENSIS
Bergen
Stavanger
Dronthem
ANGERMANIA
MEDELPADIA
HELSINGIA
UPLANDIA
STOCKHOLM
SUDERMANIA
DALIA
SCANIA
FUNEN
Aland I.
Dago I.
I. Oesel
Gothland I.
Oeland I.
MARE BALTICUM Vulgo DE OOST ZEE
Rugia
Ladoga Lacus
Onega Lacus
WOLOGDA
NOVOGOROD WELIKI
LIVONIA
Riga
CURLANDIA
SAMOGITIA
LITHUANIA
POLONIA
Königsberg
Dantzig
Lubeck
Hamborg
Rostock
Stralsund
MOSCOVIA
Moscou
RUSSIA Vulgo MOSCOVIA

acerbum & diuturnum à gradu 60. usque ad 70. altitudinis poli. Montoſa ut plurimùm & ſterilis, adeoque ut corticibus arborum cum modica farina decoctis veſcantur: alibi verè montoſa & plena lacubus, ingens etiam fluminum copia, quæ paſſim è montibus Norwegicis magno impetu in Sinum Bothnicum decurrunt; unde piſcibus abundat: ſylvæ quoque admodum frequentes volucrum ac ferarum multitudine refertæ, quas hodie ſuccendunt, earumque cineres etiam ſaxis inſpergunt, quibus poſtea, nullo prius aratro adhibito, frumentum terræ duntaxat inſerunt, & exinde meſſem colligunt, præſertim in Provinciis magis auſtralibus. Fodinis aeris & cupri abundat.

Genius Incolarum.

Incolæ à Nativitate frigore indurati, robuſti ſunt, & vitam longævam ducunt, licet plerique lardo tantùm & piſcibus fumo aut vento ſiccatis fruantur. Dicuntur in patria ſua erga exteros valdè benevoli, extra patriam tamen duri, immites ac crudeles.

Succeſſio Regni.

Penes Indigenas diutiſſimè Regia poteſtas fuit. Adſciti poſtea Duces Mecklenburgenſes; inde Sueciæ Daniæque regna conjuncta ſunt, rurſumque ab invicem ſejuncta, donec *Guſtavus* ex antiqua Regum Sueciæ proſapia oriundus, ſceptrum Sueciæ primus ex Danorum poteſtate ſubduxit, & ad poſteros transmiſit.

Modò Hæreditarii modò Electivi.

Hæreditarium quidem fuit ab Anno 1544. ſed poteſtate Senatùs Regni & Nobilitatis valdè reſtrictum, donec Anno 1680. *Carolus XI.* abſolutam regni poteſtatem accepit, & 44. Senatores Regni Conſiliarios Regis fecit. Iterum tamen An. 1719. hæc abſoluta poteſtas imminuta eſt per Regni Status. quando poſt mortem *Caroli XII.* Soror *Ulrica Fridericum* Haſſo-Caſſellanum in regni ſocium ſibi copulavit, ita ut nec Regina, nec Rex quidquam magni momenti ſine conſilio & conſenſu Statuum regni ſtatuere valeat ſcilicet ſine Epiſcopis, Nobilitate, Civibus & Ruſticis.

Partes Regni.

Dividi ſolet in 6. majores Provincias: 1. Sueoniam ſive

Long. Lat.
° , ° ,

ſive Sueciam propriè dictam. 2. Gothlandiam. 3. Nortlandiam. 4. Finniam. 5. Ingriam. 6. Livoniam, quæ tres ultimæ nunc ſubſunt Ruſſorum Imperio, adeoque poteſtas Suecica ad unam tantùm Oram maris Balthici redacta eſt.

I. SUEONIA ſive Suecia propriè.

Long. Lat.

Terminatur à Borea Nortlandia, ſive Lappia Suecica, ab Ortu ſinu Bothnico, ab Auſtro Gothlandia, ob Occaſu Montanis Norwegicis. Subdividitur in Auſtralem & Borealem. Auſtralis continet 5. minores Provincias: *Uplandiam*, *Sudermanlandiam*, *Weſtermanlandiam*, *Nericiam*, *Dalecarliam*.

Diviſio Termini.

PARS AUSTRALIS SUEONIÆ.
UPLANDIA.

Terminatur à Borea Nortlandia, ab Ortu Mari Balthico, ab Auſtro Lacu Meller, ab Occaſu Geſtricia. Longa 28. lata 18. Milliaria Germanica.

Urbes AUSTRALIS SUEONIÆ
UPLANDIA.

41,22. 59,21. STOCKHOLM, *Holmia*, urbs ampla conjuncta per pontes 6. Inſulis & 2. ſuburbiis, caput Uplandiæ & totius Sueciæ, ſedes Regia ad lacûs Melleri fauces, inter Saxa & rupes, quas forcipes vocant, cum difficili aditu, portu tamen tutiſſimo, eſtque emporium totius Sueciæ celeberrimum, non procul ab urbe eſt arx regia Königsoer, ad lacum Meller.

ENCKOEPING, *Encopia*, urbs frequens mercimoniis ad oram Occid. lacûs Meller.

OREGRUND, *Oregrundia*, urbs ad Oram ſinus Bothnici cum portu, propè Inſulam Groton.

SIGTUNA, urbs ad ſinum, qui tranſit in lacum Meller.

40.43. 59,52. UPSAL, *Upſala*, urbs ampla Archi-Epiſcopalis, cum Acade-

Academia & Sepultura Regum Sueciæ, ubi etiam coronari ſolent ad Saale fl. — *Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

SUDERMANNIA DUCATUS.

Terminatur à Borea lacu Meller & Uplandia, ab Ortu mari Balthico, ab Auſtro Oſtro Gothia, ab Occaſu Weſtmannia.

NYCOEPING, *Nicopia*, urbs cum arce & portu ad mare Balthicum, caput Provinciæ, ubi naves conficiuntur. 41. 12. 59. 10.

STREGNES *Strenia*, urbs Epiſcopalis ad lacum Meller.

TELGA, urbs ad eundem lacum Meller.

TORSYL, *Torſylia*, urbs ab lacum Meller.

TROSA, urbs ad mare Balthicum.

WESTERMANNIA.

Terminatur à Borea Nortlandia, ab Ortu Uplandia, ab Auſtro Nericia, ab Occaſu Geſtricia.

WESTERAS, *Aroſia*, urbs Epiſcopalis ad lacum Mellerum, caput Provinciæ, cum caſtello & ferri fodinis. 39. 20. 59. 50.

ARBOGA, urbs ad lacum Meller.

KOEPING, *Kopinga*, urbs ad lac. eund.

SALA, urbs ad lacum eundem cum fodinis.

NERICIA.

Parva Provincia concluſa inter Wermelandiam, Gothiam, Sud & Weſtmanniam, plena ferri fodinis.

OREBRO, *Orebroa*, urbs unica & caput provinciæ, ad Troſam fl. 41. 0. 59. 20.

HAMARANG, *Hamaranga*, oppidulum.

DALECARLIA.

Provincia montoſa, gravida mineralibus aeris & ferri, Terminatur à borea montibus Norwegicis, ab Ortu Helſingia & Geſtricia, ab Auſtro Weſtmannia & Wermelandia, ab Occaſu Norwegia.

° ′ ° ′

Urbes DALECARLIÆ.

43.30, 62.30. IDRA, urbs absque muris, caput Provinciæ ad Essinam flumin.

FUNESDAHL, oppidum ad Essinam fl.

HEDEMORA, urbs ad Dalecarlum fl.

HERDALA, oppidum ad ora fl.

MORA, oppidum ad ostium Essinæ & lacum Silian.

PARS BOREALIS SUEONIÆ.

Continet itidem 5. minores Provincias: *Gestriciam, Helsingiam, Mittelpadiam, Jemptiam, & Angermanniam.*

GESTRICIÆ.

Fert multùm cupri & ferri, terminatur à Borea Nortlandia, ab Ortu sinu Bothnico, ab Austro Uplandia, ab Occasu Dalecarlia.

Urbes GESTRICIÆ.

40. 0, 60,40. GEVALIA, urbs & caput Provinciæ ad sinum Bothnicum & ostium Hascundæ fl.

FAHLUNG, *Fahlunga*, oppidum inter lacus.

FOHLER, *Fohlera*, oppidum ad Dalecarlum fl.

HELSINGIA.

Plena montibus ferreis, terminatur à Borea Mittelpadia & Jemptia, ab Ortu sinu Bothnico, ab Austro Gestricia, ab Occasu Dalecarlia.

Urbes HELSINGIÆ.

40. 1. 61.50. DILSBO, *Dilsboa*, urbs & caput Provinciæ ad lacum, non procul à sinu Bothnico.

HUDWIGSWALD, *Hudwici Jyla*, urbs mercatoria ad sinum Bothnicum.

LIUSDAL, *Liusdalia*, oppidum ad Liusnam fl.

SORALA, urbec. ad Liusnam fl.

MIT-

MITTELPADIA.

Long. Lat. ° ′ ° ′

Provincia media inter Helſingiam & Angermanniam ad ſinum Bothnicum, plena ſylvis & montibus.

INDALS, *Indalia*, urbs & caput Provinciæ ad Indals fl.

FORS, *Forſa*, oppidum ad Indals fl. 39.50. 62.40.

SCKOEN, *Skona*, oppidum ad Indals fl.

TUNA, oppidum ad Niurund fl.

JEMPTIA.

Horrida ſylvis & montibus inter Mittelpadiam, Angermanniam, Helſingiam & Norwegiam. 39.20. 62.30.

AAS, *Aſa*, oppidum ad lacum Medit.

RESSUND, *Reſſunda*, oppidum ad lacum mediterraneum.

ANGERMANNIA.

Terminatur à Borea Lapplandia, ab Ortu Bothnia, ab Auſtro Mittelpadia, ab Occaſu Norwegia. Sylveſtris & ſterilis.

NORTMALING, *Nordmalinga*, urbs & caput Provinciæ ad Bothniam. 40. 2. 62.50.

BOTE, *Bota*, Pagus ad Angerman fl.

HERNOESAND, *Hernoeſandia*, urbs ſatis culta cum Gymnaſio.

NATRA, Pagus ad ſinum Bothnicum.

NORA, Pagus ad oſtium Angerman fl.

SEBEROD, *Severoda*, oppidum ad oſtium Angerman fl.

II. MAJOR PROVINCIA SUECIÆ.
GOTHIA.

Termini Gothiæ.

Regio Sueciæ magis Auſtralis, ideoque calidior & fertilior reliquis magis Borealibus. Terminatur à Borea Sueonia, ob Ortu mari Balthico, ab Auſtro ſinu Codano ſive Sundico, ab Occaſu Dania & Norwegia. Dividitur in Oſtro-Gothiam, Weſtro-Gothiam, & Sudro-Gothiam.

Long.	Lat.
° ′	° ′

GOTHIÆ OSTRO-GOTHIA.

Termini Ost-Gothiæ.

Terminatur à Borea Sudermannia, ab Ortu mari Balthico, ab Austro Smalandia, ab Occasu West-Gothia per lacum Weter.

Urbes OSTRO-GOTHIÆ.

40.20. 58.30. NORDKOEPING, *Nordcopia*, urbs maxima post Holmiam, celebris manufacturis, ad fauces fluminis Motalæ, defluentis in sinum maris Balthici.

NORDBY, *Nordbia*, urbs ad Motala fl.

CORSHOLM, *Corsholmia*, urbs propè fontes Motalæ fl.

SUDERKOEPING, *Sudcopia*, urbs ad lacum non procul à Mari.

40.10. 58.27. STEGEBORG, *Stegeburgum*, urbs cum portu ad mare Balthicum.

38. 5. 57.54. WADSTEIN, *Wadstena*, Monasterium ad lacum Weter natali & sepulchro S. Brigittæ celebre.

GOTHIÆ WESTRO-GOTHIA.

Divisio Termini.

Complectitur Daliam & Wermelandiam, terminatur à Borea Sueonia, ab Ortu Ostrogothia, ab Austro Smalandia & Hallandia, ab Occasu sinu Codano, Cattegat, & Dalia.

Urbes WESTRO-GOTHIÆ propriè dictæ.

37. 6. 57.30. GOTHENBORG, *Gothenburgum*, urbs Episc. caput Provinciæ, præcipua post Holmiam, munita cum portu ad sinum Codanum.

BOGESUND, *Bogesunda*, urbs ad caput lacus Alsungeni.

FALLEKOEPING, *Fallecopia*, urbs ad extremitatem lacus Alsungen.

36.30. 59.15. HIO, *Hium*, urbs ad lacum Weter & Ostium Tyda fl.

35. 0. 59.45. LIDEKOEPING, *Lidecopia*, urbs ad lacum Wener.

37.40. 58.50. MARIENSTATT, *Marianopolis*, urbs ad lacum Wener.

SCA-

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

SCARA, *Skara*, urbs Epiſcopalis, olim Reſidentia Weſtro-Gothorum Regum, ad caput lacus Wener.

DALIA WESTRO-GOTHIÆ.

Plena lacubus & paludibus inter lacum Wener & Provinciam Cahuſianam finium Norwegicorum.

DALBORG, *Dalburgum*, urbs & caput Provinciæ Daliæ. 34. 8. 58.12.

BRETTE, *Bretta*, urbs ad lacum Wener.

TWETTA, *Tueta*, urbs in Peninſula non procul à lacu Wener. 34.28. 59. 1.

WERMLANDIA WESTRO-GOTHIÆ.

Plena item lacubus & paludibus terminatur à Borea Dalecarlia, ab Ortu Weſtro-Gothia, ab Auſtro lacu Wener, ab Occaſu Montanis Norwegiæ.

CARLSTATT, *Caroloſtadium*, urbs munita in Inſula lacus Wener, caput Provinc. 36.30. 59.15.

KOLEN, *Kola*, oppidum ad montes Norweg. 35. 0. 59.45.

PHILPPSTATT, *Philippopolis*, urbs nova munita, ſed demolita.

RUSCKOCK, *Ruſcocum*, urbs non procul à lacu Wener. 37.40. 58.50.

GOTHIÆ SUDRO-GOTHIA
SUDER-GOTHLAND.

Complectitur 4. minores Provincias: *Hallandiam*, *Smalandiam*, *Bleckingiam*, & *Schoniam*. Terminatur à Borea Weſt- & Oſt-Gothia, ab Ortu mari Balthico, ab Auſtro ſinu Balthico, ab Occaſu ſinu Codano. *Diviſio Termini.*

SUD-GOTHIÆ HALLANDIA.

Ad oram ſinus Codani, longa non lata.

HALMSTATT, *Halmoſtadium*, urbs munita cum portu ad ſinum Codanum, caput Hallandiæ. 34.12. 56.30.

FALCKENBORG, *Falckenburgum*, urbs ad ſinum Codanum. 36. 3. 57. 6.

LA-

37. 2. 56. 27. LAHOLM, *Lemberga*, ad ſinum Codanum.

WÆRSBERG, *Warsberga*, urbs ad ſinum Codanum.

SUD-GOTHIÆ SMALANDIA.

Terminatur à Borea Weſt- & Oſt-Gothia, ab Ortu mari Balthico, ab Auſtro Bleckingia, ab Occaſu Hallandia.

38. 6. 56. 10. CALMAR, *Calmaria*, urbs munita cum portu & caſtro ad fretum Oelandicum caput Smalandiæ, ad mare Balthicum.

ALMSTA, *Almſtadium*, urbs ad lacum.

ECKESIO, *Eckeſium*, urbs cum arce ad Arby fl.

37. 22. 57. 7. JONECKOEPING, *Jonecopia*, urbs ad lacum Weter.

WESTERIVICK, *Veſtrovicum*, urbs cum portu, ad mare Balthicum.

WEXIO, *Wexium*, urbs Epiſcopalis ad lacum Weter.

SUD-GOTHIÆ BLECKINGIA.

Terminatur à Borea Smalandia, ab Ortu mari Balthico, ab Auſtro Schonia, ab Occaſu eadem.

39. 34. 56. 50. CHRISTIANOPEL, *Chriſtianopolis*, urbs munita cum portu ad mare Balthicum contra Oelandiam Inſulam, caput Bleckingiæ.

CARLSHAFEN, *Portus Carolinus*, urbs cum portu & arce ad ſinum Balthicum.

CHRISTRANSTATT, *Chriſtiania*, urbs munita cum portu ad ſinum M. Balth.

38. 5. 56. 14. SYLVISBURG, *Sylvisburgum*, arx munita ad ſinum M. Balthici.

YDSTED, *Ydſtadium*, urbs ad M. Balth.

SUD-GOTHIÆ SCHONIA.

Peninſula optima totius Sueciæ, olim Danorum, terminatur à Borea Hallandia, Smalandia, Bleckingia, ab Ortu, Auſtro & Occaſu Mari Balthico & freto Sundico. A Romanis dicta *Scandia*, populariter *Schonen*, ſive amœna

Regio.

Regio. Nihil in ea magnum, *dixit Solinus*, præter ipsam. Malè, ait, P. Fournier, quin potiùs hæc illa est fœcunda populis Terræ vagina, quam Plinii tempore *Hellevionum Genus* quingentis incolebat populis, & ex quâ prodière *Sueci, Northmanni, Vandali, Gothi, Vestrogothi, Ostrogothi,* cæterique orbis terrores, & irati Numinis vindices.

Long. ° ′ Lat. ° ′

Urbes SUD-GOTHIÆ SCHONIÆ.

LUNDEN, *Lundinum*, urbs olim Archi-Episcopalis, caput Schoniæ, cum Academia, non procul à freto Sundico. — Long. 36.32. Lat. 55.54.

ENGELHOLM, *Engelholmia*, urbs ad sinum Codanum.

HELSINGBORG, *Helsingburgum*, urbs munita cum castro & portu, ad fretum Sundicum, contra Croneburgum Daniæ. — Long. 36.31. Lat. 56.30.

LANDSCRON, *Coronia*, urbs munita cum castro ad fretum Sundicum.

MALMOE, *al Elbogen, Malmogia*, urbs munita cum portu ad fretum Sundicum.

III. SUECIA LAPPONICA.

Regio magna sed frigidissima & valde sterilis, præter mineralia & feras sylvestres. Nullam habet urbem, nec oppidum, sed tantùm casas & tentoria mobilia, jacet inter Lappiam Norwegicam & Moscoviticam media: in æstate per 3. menses continuo die fruitur, in hyeme parvo diluculo. Dispergitur in 5. Regiones sequentes:

KIMI LAPMARCK.

Sunt *Stationes* sive tentoria Lapponum, hinc inde sparsa, circa flumen *Kimi*, quæ tempore æstivo transferunt ad Boream, & Hyberno tempore Austrum versùs. — Long. 45. Lat. 67.

PITHA LAPMARCK.

Stationes Lapponum ad Pitha fl. — Long. 43. Lat. 65.

Long. ° '	Lat. ° '	
		LULA LAPMARCK.
42.	66.	*Stationes* Lapponum ad Lula fl.
		UMA LAPMARCK.
40.	64.	*Stationes* Lapponum ad Uma fl.
		TORNE LAPMARCK.
44.	68.	*Stationes* Lapponum ad Torne fl.

Tantò miſeriores omnes harum ſtationum Incolæ, quantò minorem habent Dei cognitionem, defectu inſtructionis. Relinquuntur enim agere quidquid velint, dummodò tributa pendant.

INSULÆ SUECIÆ.

I. ALANDIA.

Cum aliis minoribus ad fauces ſinus Bothnici.

44.19. 60.20. CASTELHOLM, *Caſtelholmia*, urbs & caput Inſulæ.

II. DAGHO.

49 10. 58.56. DAGEFORT, urbs & caput Inſulæ ad ſinum Livonicum.

III. OESEL.

49.12. 58.20. ARNSBORG, *Arnsburgum*, urbs munita, Caput Inſulæ, ad ſinum Livonicum.

IV. GOTHLANDIA.

42. 0. 57.30. WISBY, *Wisbia*, urbs & caput Inſulæ, in Mari Balthico.

V. OELANDIA.

40.20. 56.42. BORCHOLM, *Borcholmia*, urbs cum arce munita ad Littora Gothiæ, cum urbe & arce Ooſtenbii, Oſtenbia.

VI. RUGIA.

Cum titulo Principatus.

37.25. 54.45. BERGEN, *Berga*, urbs & caput Inſulæ, contra Sthralſundam

In

In hac Insula etiam est *Putbus* & *Neuschanz*, novum castrum tota nunc Regis Daniæ ab Anno 1715.

FINNIA, FINLANDIA.

Magnus Ducatus 130. milliarium longus, totidem ferè latus, olim Sueciæ, nunc ab anno 1713. sub Imperio Russico. Continet 7. Provincias: Finlandiam Borealem, Cajaniam, Finlandiam Australem, Nylandiam, Careliam, Tavasthiam, Savolaxiam, Kexholmiam. Terminatur à Borea Lappia Russica, ab Ortu mari albo, & lacubus Onega & Ladoga, ab Austro sinu Finnico, ab Occasu sinu Bothnico Terra ferax frumenti & pascuorum.

Finnia Russica.

Termini Finniæ.

Long. Lat.
° ' ° '

I. FINNIA BOREALIS
sive Bothnia Orientalis, Cajania,

Concluditur sinu Bothnico, Lappia & Finnia Australi multò sterilior.

CAJANEBURG, urbs munita, & caput Provinciæ An. 1716. à Russis capta ad lacum Ula. 44.45. 62. 0.

BIORNEBORG, *Biorneburgum*, urbs ad sinum Bothnicum, & Ostium Cumo fl, 44.42. 61.44.

NYKIRKY, *Neokirkium*, urbecula ad sinum Bothnicum. 44.31. 60.45.

RAUMO, *Raumoum*, urbecula ad sinum Bothnicum. 44.32. 60.46.

II. FINNIA AUSTRALIS.

Felicior Boreali, quâ terminatur â Borea, ab Ortu Tavasthia, Nylandia, Carelia, ab Austro sinu Finnico, ab Occasu sinu Bothnico.

ABO, urbs ampla Episcopalis cum Academia & portu ad sinum Finnicum & Ostium confluxus fluminum Aurajoki & Saviyoki. 45. 8. 60.24.

TAMILA, oppidum ad fontes Saviyoki & Lacum.

III. TAVASTHIA FINNIÆ.

Terminatur à Borea Cajania, ab Ortu Savolaxia, ab

Long. Lat.
° , ° ,

Austro Nylandia, ab Occasu Finnia Australi, est plena lacubus & paludibus, & fodinis.

46. 10. 61. 30. TAVASTHUS, *Tavastum*, aliis Corneburg, urbs & caput Provinciæ ad lacum exiguum.

PODASIOKI, *Podasiocum*, oppidum ad lacum magnum Jende.

IV. CARELIA FINNIÆ.

Sita inter Tavasthiam, Nylandiam, Savolaxiam & Kexholm, plena itidem lacubus.

52. 4. 60. 57. WIBORG, *Viburgum*, urbs Episc. munita cum castro & portu amplo ad lacum & sinum Finnicum caput Provinciæ & emporium.

PITIS, *Pitisa*, oppidum ad Ostium Kymen fl.

V. NYLANDIA FINNIÆ.

Terminatur à Borea Tavasthia, ab Ortu Carelia, ab Austro sinu Finnico, ab Occasu Finnia propriè nominata.

48. 32. 60 21. HESLINGFORD, *Heslingfordia*, urbs & caput Provinciæ cum portu ad sinum Finnicum & Ostium Wanda fl.

BORGO, *Burgum*, urbs ad sinum Finnicum cum portu.

SIUNDO, *Siundum*, urbs ad sinum Finnicum.

VI. SAVOLAXIA FINNIÆ.

Sita inter Tavasthiam, Cajaniam, Kexholmiam, Careliam, plena paludibus & sylvis.

49. 30. 61. 40. NYSLOT, *Neocastrum*, urbs munita circumdata Paludibus, caput Provinciæ, cui vicinum est oppidum.

SEMINGA, ad easdem paludes.

INSALM, *Insalma*, urbs ad caput Paludum.

S. MICHAEL, oppidum ad easdem paludes.

VII. KEXHOLMIA FINNIÆ.

Sita in confinibus magnorum lacuum, Onega & Ladoga, plena paludibus.

KEX-

KEXHOLM, Germanis Carlstatt, urbs munita in duabus Insulis, cum castro, non procul à lacu Ladoga, caput Provinciæ. 54. 2. 61. 27.

NOTTEBURG, *Notteburgum*, urbs munita cum arce & portu, ad exitum fl. Nieva & lacu Ladoga in sinum Finnicum. 55. 10. 60. 10.

SUISTOMA, urbs in capite lacus Ladoga. 55. 0. 62. 27.

TAIPOL, *Taipola*, oppidum ad lacum Ladoga.

INGRIA, INGERMANLAND.

Nunc Ducatus Ducum de Menzikow.

Terminatur à Borea lacu Ladoga & Nieva fl. ab Ortu Moscoviâ, ab Austro Pleskovia, ab Occasu sinu Finnico & Livonia.

JUANOGOROD, *Juanogoroda*, urbs munita in rupe, ad Ostium Wielka fl. caput Provinciæ. 54. 20. 59. 30.

COPORIO, *Coporium*, urbs ad sinum Finnicum.

JAMAGOROD, *Jamagoroda*, urbs ad Laga fl.

TZARITZ, *Tzariza*, urbs ad Oridis fl.

LIVONIA, LIEFLAND.

Tota Suecica, nunc est Russorum ab An. 1710.

Terminatur ab Borea sinu Finnico, ab Ortu Ingria & Moscovia, ab Austro Samogitia & Lithuania, ab Occasu Mari Balthico Fertilis frumento & Pascuis: dividitur in duas Provincias *Estoniam* Borealem, quæ est ad sinum Finnicum, & *Lettiam* Australem ad Curlandiam & fines Polonicos,

Partes Livoniæ.

ESTONIA LIVONIÆ.

PARS BOREALIS.

Esthen terminatur à Borea sinu Finnico ab Ortu Moscovia, ab Austro Lettia, ab Occasu sinu Livonico.

Termini Estoniæ.

NARVA, urbs munita non procul à sinu Finnico, ad Ostium Narva fl. caput Livoniæ Borealis. 51. 14. 58. 59.

Long, Lat.
° ′ ° ′

DERPT, *Derpatum*, urbs olim munita, cum Academia & ſupremo Judicio ſed urbe deſtructa An. 1704. Pernaviam utrumque translatum eſt, utcunque reparata urbs ad Embeck fl.

FELIN, *Felinum*, urbs cum arce ad Felam fl.

HAPSEL, *Hapſela*, urbs cum portu ad ſinum Livoniæ.

PERNAU, *Pernavia*, urbs munita cum arce & portu & Academia, ad exitum Pernau fl. in ſinum Rigenſem.

47.32. 57.24. REVEL, *Revalia*, urbs ampla Epiſcop. munita cum arce forti in rupe, Emporium celebre cum portu ad ſinum

47.27. 58.52. Finnicum, multùm incendio & peſte vaſtata.

LETTIA LIVONIÆ
PARS AUSTRALIS.

Terminatur à Borea Eſtonia, ab Ortu Moſcovia, ab Auſtro Curlandia, ab Occaſu ſinu Rigenſi, eſt Ruſſorum ab Anno 1710.

RIGA, urbs olim Archi-Epiſcopalis ampla, munita cum

47.15. 65.50. duobus caſtellis *Kober* & *Dünemund* ac portu commodo ad ſinum Rigenſem, & oſtium Dunæ fl.

CREUZBURG, *Cruceburgum*, urbs ad Dunam fl. non procul à Riga.

KOCHENHAUSEN, *Kobenhuſium*, urbs munita ad Dunam fl.

KONNEBURGUM, Arx fortis inter medias Paludes.

48. 8. 56. 7. MARIENHUSEN, Domus Mariana, Monaſterium in medio lacu poſitum.

SUECIÆ MEMORABILIA.

Palatia Sueciæ.

Sola *Stockholmia* totius Sueciæ melioris compendium, aliqua tantùm oſtentat Palatia Nobilium in ſuis ſuburbiis. *Regium* verò *Palatium* inſigne turribus præaltis eminet, vallo foſsáque præmunitum, cum amœno proſpectu in

Hor-

Hortum Regium, & vivarium. *Villa* item *Regia*, Königsoer magna & ſplendida, non procul ab urbe remota. Reliquæ Regni urbes, nec magnæ ſunt, nec frequentes, ædesque ut plurimùm è ligno conſtructæ, parùm ſplendoris præſeferunt.

MUNIMENTA SUECIÆ.

Urbes Munitæ.

Borckholm, in Oelandia Inſula.
Calmar, in Gothlandia.
Chriſtianopel, in Gothlandia.
Gothenburg, in Gothlandia.
Helſingborg, in Gothlandia.
Landskron, in Schonia.
Maloë, Elnbogen, in Schonia.

RELIQUA NUNC RUSSICA.

Sueciæ Ruſſicæ.

Düneborg, in Livonia.
Kexholm, in Finnia.
Narva & *Juanogrod*, in Livonia.
Noteburg, ad lacum Ladoga.
Pernau, in Eſtonia Livoniæ.
Riga, in Lettia Livoniæ.

EMPORIA SUECIÆ.

Emporia & Portus.

Holmia, in Sueonia, ſive Suecia prop.
Calmar, in Smalandia.
Carlshuſen, in Bleckingia.
Chriſtianopel, in Bleckingia.
Helſingborg, in Schonia.
Laholm, in Halandia.
Malmoë, in Schonia.
Stegeborg, in Oſtro-Gothia.
Warberg, in Halandia.
Weſterwick, in Smalandia.

RE-

RELIQUA NUNC SUECIÆ RUSSICÆ.

Sueciæ Russicæ.

Raseborg, in Finlandia.
Reval, in Estonia Livoniæ.
Riga, in Lettia Livoniæ.
Wyborg, in Carelia Finniæ.

SUECORUM EXITUS EX SUECIA.

Olim prodiisse censentur Gentes illæ bellicosæ: *Ostro-Gothi*, qui, Duce *Totila*, Italiam vastârunt: *Westro-Gothi*, qui Germaniam, Galliam & Hispaniam subegerunt. Hodieque Germania adhuc alicubi sentit cladem à Suecis sub Rege *Gustavo Adolpho* in bello triginta annorum à Sæculo jam integro acceptam. Regnum dicitur educere posse ultra centum millia militum. Fama est reperiri in eo supra octo millia Tormentorum bellicorum. Et anno 1676. instructam fuisse Classem navium bellicarum 60. cum 8. incendiariis, quæ ferebant tormenta bis mille ducenta.

Potentia Bellica.

CAPUT IX.

MOSCOVIA sive RUSSIA.

Cujus Moderna Imperatrix est ANNA IVANNOWNA, Nata Anno 1693. 8. Febr. Successit An. 1730. 4. Febr. Coronata An. 1730. 9. Maji.

Termini Russiæ.

MAxima Europæ Regio versùs ortum sub nomine Imperii, terminatur à Borea mari Albo & Glaciali Russico, ab Ortu Tartaria magna, ab Austro Tartaria minore Crimea, Circassia, Ponto Euxino, ab Occasu Polonia & Suecia.

Ab


IMPERIUM MOSCOVIÆ.
MARE MOSCOVITICUM
NOVA ZEMBLIA
I. CANDENOES
LAPPIA
Circulus Poli Arctici
FINLANDIA
MARE ALBUM
Archangel
SIBERIÆ REGNUM
Condorie
Perma Weliki
Tobolskoy
Tarra
WIBORG
Borgo
SINUS FINICUS
Reval
LIVONIA
Riga
Novogorod
Pleskow
DUCAT. IEROSLOW
NISNOVOGOROD
MOSCOW
Susdal
Wolodimer
SMOLECENSIS
Smolensko
REZANI DUCAT.
TARTARIA MORDUA
Saratof
CASAN
BULGARIA REGNUM
TARTARIA MINOR
Perekop
Oczakou
MARE ZABACHE
CRIMEA
Kafa
Assoff
TARTARI CIRCASSI
ABASSA
Mons Caucasus
MARE NIGRUM
REGNUM AUSTRACANUM
ASTRACAN
Volga Fl.
Don Fl.
Oby Fl.

Ab Occasu versùs Ortum 3000. milliarium Germanicorum, latitudo 280. alii adhuc majorem faciunt ex terris hoc sæculo acquisitis.

Longitudo Latitudo.

Ut plurimùm paludosa est, & magno frigori subjecta, ideoque vino & oleo caret, sed dives est olerum, lini, cannabis, pecorum & frumenti, sylvis repleta, in quibus Uri, Cervi, Ursi, Lupi, Martes & animalia omnis generis, quorum villosæ pelles per totam Europam expetuntur & carò væneunt. Præcipuum tamen quæstum ex Cera & melle faciunt, quibus cavæ arbores passim opplentur.

Natura Terræ.

Dicuntur esse fluxæ fidei, qui advenas se potiùs, quàm Moscovitas nominari volunt, corpore prævalidi, ærumnarum tolerantes, bibacitati tamen obnoxii, licet sub gravi pœna prohibitæ. Pressi omnes dura servitute, nobiles quidem ab Imperatore, à nobilibus plebeji, quibus sex diebus Hebdomadatim laborant, septimo sibi. Si quis debita non potest solvere excipitur verberibus. Interim nobilis fustibus malè mulctatus à Duce, aut rusticus à nobili, gratias habent, quod dignati sint emendare servos suos.

Genius Incolarum.

Russi olim valdè rudes & sylvestres erant, quando exteros prohibebant à finibus suis, neque indigenas permittebant exire extra fines: nullæ apud ipsos Academiæ, nec artes liberales: tantum pueros docebant legere & scribere Evangelia, acta Apostolorum, Homilias quorundam SS. Patrum, maximè D. Chrysostomi, & gesta eorum, quos venerantur ùt Sanctos. Qui plura voluit discere, veniebat in suspicionem affectatæ Tyrannidis; nec enim doctiorem se in toto suo Imperio permittebat Imperator, sive Czar, qui solus habebat Typographiam: Medici, aut Pharmaceutici in toto regno nulli.

Ruditas morum & literarum emendata.

Nunc autem hoc ipso sæculo, postquam ipse *Petrus Czarius* Aulas Regum exterorum invisit, ac omnium mores ac studia introspexit in Austria, Saxonia, Prussia, Belgio, Hollandia, Anglia, Gallia, multos viros doctos & Artifices artium liberalium & manufacturarum ex Germania

Moderna Institutio.

aliisque regnis ad se convocavit, quorum consuetudine Russi mansuetiores facti, Typographias plures instituerunt, Scholas publicas variarum artium erexerunt, & Seminaria Nobilium in omni literatura, & politia educandorum. Novæ quoque urbes conditæ, munimenta & emporia pro commerciis exterorum; novæ classes adornatæ; militia ipsa in meliorem regularem formam instituta.

Majestas Imperatoria. Aula Imperatoris tam frequens est & magnifica, ut vix ullum reperias Principum, apud quem solennior sit nobilitatis conventus. Decem millia Prætorianorum militum pro foribus Palatii excubant, præter alia decem in munimentis. Consuetus apud Aulam conventus est trecentorum nobilium: Centum eorum mensæ instructum curant: Ducenti coram Imperatore alias ineunt mensas, qui solus mensæ accumbit suæ, indutus veste ex Heteromallo crocei coloris, præter sceptrum & Diadema, in quo è regione frontis Pyropus adinstar accensæ facis flammas emittit. Dicitur posse educere in aciem intra breve tempus trecenta equitum millia, si necessitas urgeat.

Ecclesiastica Religio. Russorum Patriarcha ab Episcopis & Imperatore deligitur. Archi-Episcopis Novogradiæ, Susdaliæ, Rostoviæ, subsunt Episcopi plurimi, è Monachorum ordinibus assumpti omnes, abstemii à carnibus, & tota vita cœlibes: Poppæ sive sacerdotes soli pulla utuntur veste, & Græco more sacrificant, ac cum vulgo quadruplex annuatim servant jejunium. Nemo concionatur, sed vitæ tantùm Sanctorum leguntur: frequens est iis usus Imaginum, quas ante pectus portant, aliásque multas domi religiosè conservant.

Successio Imperii. *Novogradenses*, memorantur *Primi* habenas Imperii Russici moderandas tradidisse *Tribus Danis Fratribus* circa annum 861. quibus varii Principes ad hæc usque tempora successêre, unus ut plurimùm, aliquando plures, nequaquam tamen omnes summo jure usi. Nam post devastatam à Tartaris Præcopensibus Russiam Anno 1237. *Kamum* tri-

tributo coluerunt per 260. annos ad tempora *Knez Joannis*, Basilii Filii, qui Tartaros expulit, & debellatis minorum Gentium Ducibus totâ potitus est Russia, quam posteri retinuerunt.

Partes Russiæ. Commodissimè in 4. capitales partes dividi solet 1. In Russiam Occidentalem. 2. Borealem, Orientalem, & Australem. 2. In Russiam Orientalem. 3. In Tartariam Russicam. 4. In Lapponiam Russicam.

I. RUSSIA OCCIDENTALIS.

Occidentales Provinciæ. Subdividitur in 30. Provincias: 1. Ducatum Moscoviæ. 2. Ducatum Severiæ. 3. Ducatum Smolensko. 4. Duc. Wolodomir. 5. Ducatum Czernichow. 6. Ducatum Rezan. 7. Ducatum Nisi-Novogorod. 8. Duc. Susdal. 9. Ducatum Condore. 10. Ducatum Wologda. 11. Principatum Cochine. 12. Princ. Vorotinsk. 13. Regiones Twer. 14. Bielsky. 15. Plescow. 16. Novogorod. 17. Pole. 18. Mordua. 19. Rostow. 20. Jeroslau. 21. Ozera. 22. Reschow. 23. Kargapol. 24. Dwina. 25. Jughoria. 26. Oustiougia. 27. Permia. His accessere 28. Ingria. 29. Livonia. 30. Finnia.

DUCATUS MOSCOVIÆ.

Long. Lat. ° ′ ° ′

Magnus & Primarius Ducatus, qui toti Moscoviæ nomen dedit, medius inter Ducatus Teroslaw, Susdal, Rezan, & Smolensko.

Urbes DUCATUS MOSCOVIÆ.

62. 10. 54. 58. MOSCAU, *Moscua*, urbs amplissima Patriarchalis, caput totius Imperii, residentia Vetus Imperatoris Czar, cum ingenti Palatio ex lapide & munito urbis instar, ipsa vero urbs tripartita per muros & valla habet plerasque ædes ex ligno, hinc sæpius magnis incendiis vastata inter duo flumina Moscuam & Eglinam. Novum ejus suburbium Germanicum elegantius est.

64. 5. 54.22. COLOMNA, *Columna*, urbs Epiſcop. ad confluxum Occæ & Moſcuæ.

CZIRPOCH *Cirpocum*, urbs ad Occam fl.

PRESKI, aliis PRENEZ, *Preskia*, oppidum ad Moſcuam fl.

DUCATUS SEVERIÆ, SEVERSKY.

Inter Worodin, Smolensko, Czernicow, Kiow & Lithuaniam.

58.32. 53.50. NOVOGOROD, *Novogardia Severiæ*, urbs & caput Ducatus ad Deznam fl.

BRANSKOW, *Branska*, urbs ad Deznam fl.

STARODUB, *Staroduba*, urbs ad Deznam fl.

DUCATUS SMOLENSKOW.

Olim Lithuaniæ, nunc ab Anno 1686. per pacem Moſcoviæ traditus, inter Bielski, Reſcow, Moſcau, Worotin & Novogorod, plenus montibus & Sylvis.

55.21. 54.25. SMOLENSKOW, *Smolenskum*, urbs Archi-Epiſcopalis, ampla, natura & arte munita cum arce, inter montes & paludes, ad Nieper fl olim Poloniæ Palatinatus catholicus. Caput Ducatûs.

DNIEPERSKOW, *Dnieperskovia*, urbs ad lacum & fontes Nieper fl.

DORGABUSA, urbs ad Nieper fl.

DUCATUS WLODIMIR.

Inter Niſi-Novogorod, Susdal, Rezan, Morduam. Terra ferax frumenti, ceræ & mellis.

61.29 56.55. WLODIMIR *Vlodimiria*, urbs & caput Ducatûs, olim reſidentia Ducum Moſcoviæ, ut hodie adhuc patet ex magni Palatii ruderibus, ad Cleſmam fl.

CASIMOFF, aliis *Cazigorod*, *Caſimoffa*, urbs ad Occam fl.

MOROM, *Moroma*, urbs ad confluxum Occa & Mora fl.

PER-

	Long.	Lat.
PERCEES, *Percea*, urbs ad confluxum Clesma & Occa fl.	° ′	° ′

DUCATUS CZERNICHOW.

Ad fines Poloniæ, licet per pacem Anno 1686. Russis extraditus tamen Rex Poloniæ hujus titulum gerit.

CZERNICHOW, *Czernichovia*, urbs munita, & caput Ducatûs ad Deznam fl.	54. 30.	54. 20.

DUCATUS RHEZAN.

Ad littora Occæ fl. populosa & frugifera terra, sed Tartarorum incursibus infesta.

RHEZAN, *Rhezanum*, urbs Archi-Episcopalis, & caput Ducatûs ad Occam fluvium, à Tartaris Anno 1668. devastata.	66. 30.	55. 0.

COLUGA, urbs ad Occam fl.

DONKAGOROD, *Donkagardia*, urbs ad lacum & fontes Dumæ fl.

DUCATUS NISI-NOVOGOROD.

Novogardia Inferior minor ad littora Wolgæ fl. plena Sylvis.

NISI-NOVOGOROD, *Novagardia minor*, urbs & Emporium cum castro munito in monte ad confluxum Occæ & Wolgæ fl.	71. 0.	58. 25.

BALAGNA, urbs ad Wolgam fl.

VASILIGOROD, *Basiligardia*, urbs ad confluxum Suræ, & Wolgæ fl.

DUCATUS SUSDAL.

Regio plana inter Wologdam, Wlodimir, Rhezan, Moscaw & Roscow.

SUSDAL, *Susdalia*, urbs Archi-Episc. & caput Ducatûs ad Clesmam fl.	64. 56.	56. 2.

CASTROMOGOROD, *Castromogardia*, urbs ad Wolgam fl.

Long. Lat.
° , ° ,

GALECZ, *Galecia*, urbs ad lacum.

JORGOWIEZ, *Jorgovicia*, urbs ad volgam fl.

DUCATUS CONDORE, CONDOIRSKY.

Proximus regno Siberiæ, Permiæ, Ouſtiuchiæ, Divinæ, Jughoræ, plenus montibus & ſylvis, tamen populoſus & dives pellibus, ex quibus magnum Imperatori tributum pendunt.

81. 28. 69. 40. WERCHATURIA, *Verchaturia*, urbs & caput Ducatûs, ſedes Gubernatoris Ruſſici, ad Turam fl.

JALAN, *Jalanum*, oppidum ad confluxum Neva & Tura fl.

MURSINGSKOY, *Murſingskoya*, urbs ad Turam fl.

80. 2. 69. 1. NEWA, *Neva*, oppidum ad Nevam fl.

TUMEN, *Tumena*, oppidum ad confluxum Tumæ & Turæ fl.

VANOSCOY, *Vanoscoya*, oppidum ad Tobal fl.

UTKO, *Utkoa*, oppidum ad Utkoy fl.

DUCATUS WOLOGDA.

Regio populoſa & frugifera inter Lacum Onega, Ouſtiuchiam, Jeresloviam, Ozeram.

64. 14. 59. 44. WOLOGDA, *Vologda*, urbs Archi-Epiſc. ampla munita cum arce inter paludes, Emporium celebre, ad Suchinam fl.

STRELIZ, *Streliza*, urbs ad Suchinam fl.

PRINCIPATUS COCHINÆ.

COCHINE, urbs caput Principatus.

MURON, urbs mediocris.

DUCATUS WOROTIN.

Inter Smolensko, Rhezan, Ukrainam & parvam Tartariam.

WO-

	Long. ° '	Lat. ° '
WOROTIN, *Vorotinum*, urbs & caput Ducatûs, munita ad Occam fl.	60. 5.	53. 3.
AROL, *Arola*, oppidum ad Occam fl.		
KURSCH, *Kurscha*, urbs ad Sera fl.		
PUTIWLE, *Putivla*, urbs ad Sem. fl.		
RYLESCH, *Ryleſcha*, urbs ad Sem. fl.		

DUCATUS TWER.

Inter Reſchow, Moſcau, & Roſtow.

	Long.	Lat.
TWER, *Tweria*, urbs Archi-Epiſc. cum arce ad Wolgam fl. caput Ducatûs.	59. 54.	56. 25.
KOLESIN, *Koleſinum*, urbs ad Wolgam fl.		
PREZISLAW, *Prezislavia*, urbs ad Wolgam fl.		

PRINCIPATUS BIELSKY.

Inter Keskoro, Smolensko, Novogorod, & Lithuaniam, penè ſylveſtris

	Long.	Lat.
BIELSKY, *Bielskia*, urbs cum caſtro ab Obskam fl. caput Principatûs.	56. 0.	55. 26.
TAROPIECZ, *Taropieza*, urbs ad Boriſthenem, Nieper fl.		
WIELIZ, *Vielizia*, urbs ad Nieper fl.		

DUCATUS PLESKOW.

Inter Novogrod, Lithuaniam, Ingriam, Livoniam.

	Long.	Lat.
PLESKOW, *Pleskovia*, urbs ampla, munita cum arce forti, ad Weliki fl. & lacum Peibus, caput Ducatûs.	51. 35.	57 37
SAWOLOZKO, *Savolozka*, urbs ad Pleſc. fl.		

DUCATUS NOVOGROD WELIKI.

Ab exteris per mercimonia frequentatus, ad lacum Ladoga inter Roſtow, & Ingriam.

	Long.	Lat.
NOVOGOROD WELIKI, *Novogardia Magna*, urbs Archi-Epiſc. ampla munita, cum ſeptuaginta monaſteriis, ad lacum Ilmen & Wolchowam fl.	56. 18.	58. 33.
LADOGA, urbs ad lacum Ladoga & Wolchova fl.		

S. NI-

S. NICOLAS, *Fanum S. Nicolai*, urbs ad Wolchovam fl.

56.17. 58. 0. NOVA RUSSA, *Rubra*, urbs ad lacum Ilmen.

STARA RUSSA, *Rubra*, urbs ad lacum Ilmen.

PROVINCIA POLE.

Ut plurimùm paludoſa eſt & ſylveſtris, tres tamen habet urbes: *Bielgorod*, *Czaref Butiſe*, *Novioi Oskol*.

PROVINCIA MORDUA.

Morduatenſium Tartarorum Czario tributaria, licet magna ſit tamen duas tantum habet urbes ignobiles, *Temnikof*, & *Paslof*.

PRINCIPATUS ROSTHOW.

Secundò Geniti Imperatoris Tit. ad Wolgam fl. inter Jeroslaw & Moſcow.

62.51. 56.50. ROSTOW, *Roſthovia*, urbs Archi-Epiſcopalis, caput Principatus ad lacum modicum cum arce.

PEREZLAW, *Pereslavia*, urbs ad lacum parvum.

UGLICZ, *Uglicia*, urbs ad Wolga fl.

DUCATUS JEROSLAW.

Primogeniti Imperatoris Tit. inter Roſthow & Wologdam, circa Wolgam fl.

63.13. 57.25. JEROSLAW, *Jeroslavia*, urbs poſt Moſcuam ampliſſima, Emporium, caput Ducatus ad Wolgam fl.

RIEBSA, *Riebza*, urbs ad Wolgam fl.

ROMA NOVA, urbs ad Wolgam fl.

PROVINCIA BIELA OCZERO.

Cum Tit. Ducatûs inter Novogorod-Weliki & Wologdam.

61. 3. 57.30. BIELA OCZERO, *Bielocera*, urbs & caput Ducatûs, cum caſtro fortiſſimo in lacu albo, ſive Biela Oczero ubi aſſervantur Theſauri Imperatoris. Lacum efficiunt duo flumina Soſna & Badgakonſa.

GROD-

	Long. ° ′	Lat. ° ′
GRODZEPKO, *Grodsecoa*, urbs ad Nissam fl.		

DUCATUS RESCHOW.

Ad Fines Lithuaniæ, Moscow, & Smolenskow, fertilis frumento.

	Long.	Lat.
RESCHOW, *Reschovia*, urbs ampla caput Ducatus cum duabus arcibus, sed ligneis, ad Wolgam fl.	58. 10.	55. 48.

PODSK, *Podska*, urbs ad fontes Borysthenis, sive Nieper fl.

WOLOCZ, *Volzna*, urbs ad lacum & fontes Nieper fl.

PROVINCIA KARGAPOL.

Inter Finniam, Dwinam, & Wologdam, & lacum Onega, ac mare album media.

	Long.	Lat.
KARGAPOL, *Kargapolia*, urbs & caput Provinciæ ad lacum Kargapol. è quo Onega fl. fluit in mare album.	63 31.	62. 22.

POVENSA, urbs ad caput lacûs Onega.

TOLVA, urbs ad lacum magnum Onega.

PROVINCIA DWINA.

Magna inter Jughoram, Candoram, Oustiougam, Kargapolam & Mare album media.

	Long.	Lat.
ARCHANGEL, *S. Michaëlis*, urbs ampla & Emporium celeberrimum, ad ostium Dwinæ fl. cum portu insigni ad mare album, quem frequentant Hollandi, Dani, Sueci &c.	68. 0.	56. 30

S. NICOLAS, *Fanum S. Nicolai*, Portus & Emporium priori ac majori, quia vicinum nimis, decrevit ad alterius incrementum.

LAMPAS, urbs ad ostium Mezen fl.

DWINA, urbs ad Dwinam fl.

CANDENOE, Insula Maris Moscovitici.

PROVINCIA JUGHORIA.

Ad mare Moscoviticum inter Pezoram, Condoram, Dwinam.

75.22. 63.37. JUGHORSKI, *Jughora*, urbs & caput Provinciæ, non procul à mari.

JAVIMISCK, oppidum ad Niem fl.

JERENESCK, oppidum ad Wiem fl.

KIRSA, oppidum ad Sisola fl.

PARSIECKE, oppidum ad lacum Pritza.

STARAJA, oppidum ad Wiseram fl.

TOURIA, oppidum ad Winam fl.

TIDERA, oppidum ad Winam fl.

PROVINCIA OUSTIOUGIA.

Magna quidem, sed ut plurimùm sylvestris, inter Condoram, Perniam, Nisi-Novogorod, Wologdam.

72.31. 61.25. OUSTIOUG, *Ustiuga*, urbs ampla & caput Provinciæ, ad Confl. Jugh, & Suchana, in Dwinam fl. cum arce forti.

BRENSENEZ, *Brenscneza*, urbs ad Suchana fl.

DOBRINA, urbs ad Dwinam fl.

KOLLAS, *Kolla*, urbs ad Dwinam fl.

PROVINCIA PERMIA.

Inter Siberiam, Oustiougam, & Condoram media.

75.31. 62.24. SOLKAMSKOY, *Solkamskoya*, urbs & caput Provinciæ, & sedes Præfecti Russici, ad Visetka fl. hìc celebres sunt Salinæ.

KAIGOROD, *Kaigoroda*, urbs ad Kam fl.

OREL, *Orella*, urbs ad Orellam fl.

PERMSKI, *Permia*, urbs ad Moloschesk fl.

STROGINOT, *Stroginotum*, urbs ad Viserkam fl.

TSERDIN, *Tserdinum*, urbs ad Viserkam fl.

M. DUCATUS FINLANDIÆ.

A Petro Czario Anno 1713. armis occupatus, Suecis depulsis, ad 150. Milliaria

PROVINCIA LIVONIÆ.

Pariter ab eodem expugnata Anno 1710.

PRO-

PROVINCIA INGRIA.

Eodem ferè tempore subacta. De his 3. Provinciis supra in Suecia, ad quam pertinebant, dictum est.

II. RUSSIA BOREALIS LAPPONIA RUSSICA.

Regio frigidissima & sterilis ultra circulum Arcticum protensa terminatur mari Glaciali à Borea, ab Ortu mari Albo, ab Austro Finniâ, ab Occasu Lappiâ Norwegicâ. Partita est in 3. Provincias: *Muremanskoy. Terskoy. Bellamoreskoy.* *Long.* ° ′ *Lat.* ° ′

PROVINCIA MUREMANSKOY, sive LEPORIA MARITIMA.

KOLA, oppidum & caput Provinciæ, ad Kola fl. non procul à mari. 53. 30. 69. 52.

PEZINSKA, *Claustrum Pezinskæ*, ad mare Glaciale.

SUENEKELE, *Suenekela*, Vicus Lapponum æstivus.

PROVINCIA TERSKOY, sive LEPORIA SUPERIOR.

WARSIGA, *Varsiga*, oppidum & caput Provinciæ ad mare Album. 63. 0. 66. 45.

JOKENA, *Statio Lapponum*, ad ostium fluminis Jokena.

PROVINCIA BELLAMORESKOY, sive LEPORIA ad sinum Maris ALBI.

KANDALAX, *Kandalaxia*, oppidum & caput Provinciæ, ad mare Album. 53. 20. 68. 6.

KEMI, *Kemium*, oppidum ad Zaloniz fl.

KERITH, Keritum Promontorium ad mare Album.

III. RUSSIA ORIENTALIS TARTARICA.

Complectitur ingens terræ spatium à Russiâ Occidentali

tali usque ad Amur fluvium circa fines Tartariæ Chinicæ, reliquamque Tartariam majorem & minorem versùs Austrum scil. Samojedam & Tartaros Ostrakos, Grustinros, Tongusos, Jaltutos cis & ultra Obyum fl. Insuper 4. Regna: Siberiam, Casan, Bulgariam, Astracan, cum populis finitimis, Wiatkiis, Czeremissis, Logoviis &c.

SAMOJEDA.

Termini Samojedæ.

TErminatur à Borea mari Boreali contra novam Zemblam, ab Ortu Obii fluminis Ostiis, ab Austro Siberiâ, ab Occasu Jughoriâ. Regio frigidissima ultra circulum arcticum, miseri vivunt in Tuguriis, sine ullis urbibus & sine lege ferè. Solis victitant piscibus siccatis, feris & melle sylvestri. Subdividitur in 5. Provinc.

Long. ° '	*Lat.* ° '	
87. 40.	69. 17.	I. BARANDAJA, cujus caput *Borandaja* & *Gorodeck* oppidum.
88. 5.	69. 0.	II. LUCOMORA, cujus caput *Attin*, & stationes *Peresof* & *Kolskoy.*
92. 4.	67. 20.	III. OBDORA, cujus caput *Samarock*, *Sardi* & Surgut oppida.
75. 0.	66. 43.	IV. PETZORA, caput ejusdem nominis, *Ougis*, *Papinogorod*, *Poyasa*, oppida.
71. 24.	65. 30.	V. WITZNORA, caput ejusdem nominis, *Oustwaskoy*, *Vaconitz* oppida.

SIBERIA REGNUM.

Regio vasta sed valdè frigida pellibus tamen pretiosis celebris. Terminatur à Borea Samojedâ, ab Ortu utrisque Littoribus Obii fl. ab Austro Wiadkiâ, ab Occasu Permiâ, Condorâ, Pezorâ.

Urbes REGNI SIBERIÆ.

91. 10. 65. 19. TOBOLSK, *Tobol*, urbs Archi-Episc. caput totius Regni & sedes Gubernatoris Russici, qui ibidem Tribu-

tum pellium Czario colligit cum Monasterio ad confluxum Tobol & Irtis fl. *Long. ° ′ Lat. ° ′*

ASMAEK, *Asmæcum*, oppidum ad Irtis fl.

EMBASHBUY, oppidum ad Irtis fl.

KULEMA, oppidum ad Irtis fl. *98. 4. 61. 43.*

PELIM, *Pelimum*, oppidum ad Jaudam fl. *84. 52. 65 20.*

STUTZKA, oppidum ad conflux. Turæ & Tobol fl.

TARA, oppidum non procul ab Irti fl.

TINE, *Tina*, oppidum ad Tobol fl.

TABARY, *Tabarum*, oppidum ad Jaudam fl.

Huc pertinet Ducatus Wiadka, Wiadsky, cum aliquot oppidis.

CASAN REGNUM.

Commerciis Pellium pretiosarum celebre in terras Orientales, Terminatur à Borea Ducatu Wiadka & Siberiâ, ab Ortu Bulgariâ R. ab Austro Tartaris Morduatis, ab Occasu Tartaris Logoviis, & Czeremissis.

Urbes REGNI CASAN.

CAZAN, *Casanum*, urbs ampla & dives commerciis, caput Regni cum arce forti, ad Casankam fl. ubi in Wolgam fl. influit. *82 10. 56.38.*

ALBUGA, oppidum ad Kam fl.

COXAGA, oppidum ad Wolgam fl. *78. 2. 57. 41.*

COTELNIZ, *Cotelniza*, oppidum ad Wiadka fl.

KAMEN, *Kama*, oppidum ad Kama fl.

LAISSEVO, *Laiseva*, oppidum ad Kama fl. *84. 56. 57. 10.*

MALMISCH, *Malmisa*, oppidum ad Wiadka fl.

Huc pertinent, ad partem Occidentalem regni, Tartari Czeremissi & Logovii, habitantes in vallibus & oppidis *Chlinof*, *Orsum*, *Orloff*, *Zestokow* &c.

BULGAR REGNUM.

Debet distingui à Provinciâ Bulgariâ, quæ est in confinibus Hungariæ. Terminatur à Borea Regno Casan, ab Ortu

Long. Lat. Ortu Tartaris Kalmuccis, ab Austro Regno Astracan, ab
° , ° , Occasu Wolga fl.

Urbes REGNI BULGARIÆ.

84.10. 55.23. BULGAR, *Bulgaria*, urbs & caput Regni, sedes Gubernatoris Russici, ad Wolgam fl.

87. 8. 56.17. BIR, *Bira*, urbs ad Beleia fl.

KUNGUR, *Kungura*, oppidum ad Kungur fl.

84. 2. 53.30. SAMAR, *Samara*, oppidum ad confl. Samaræ & Wolgæ.

SIMBIRSCK, *Simbirsca*, oppidum ad Wolga fl.

UFINSKOY, *Ufinskoa*, oppidum ad Beleia fl.

Huc pertinent Czeremissi ex parte, Nagorni & Vacchines Tartari, habitantes in montanis, plerique vel Gentiles Idololatræ, vel Mahometani sunt. Victitant ut plurimùm lacte, & melle in suis Tuguriis. Cæteroquin Vagabundi raptim vivunt.

ASTRACAN REGNUM.

Regio tota melle abundat, Terminatur à Borea Regno Bulgar, ab Ortu Tartaris Kalmuckis, ab Austro Tartaris Circassiis & Mari Caspio, ab Occasu Tartaris Rosdori-Donskis.

Urbes REGNI ASTRACAN.

81. 21. 49.30. ASTRACAN, *Astracanum*, urbs Archi-Episcopalis & caput Regni, Emporium Tartarorum, in Insula Dolgoi, quam efficit Wolga fl. ad introitum in Mare Caspium.

GUILECHA, urbs ad Don fluv. olim Tanais.

POLOCZI, *Polocium*, oppidum & castrum munitum.

84. 2. 52. 0. SARATOFF, *Saratoffa*, oppidum ad Wolga fl.

OWENSKAJA, *Ovenscaja*, oppidum ad Wolga fl.

80. 3. 51. 0. TSARITZA, *Tsariza*, oppidum ad Wolga fl.

TSORSNOGAR, *Tsorsnogara*, oppidum ad Wolga fl.

Præter hæc continet aliqua loca acquisita & Insulas parvas in mari Caspio, ad oras Regni Astracan.

IV. RUS-

IV. RUSSIA AUSTRALIS
Nunc TARTARIA PARVA.

	Long.	Lat.
	° ʹ	° ʹ
Complectitur multos varii nominis Tartaros: *Buzienses* Bessarabiæ.	62.	51.
NANGAIENSES inter Don & Dnieper fl.		
UFFIMZI inter Kama & Wolga fl.		
OCZAKOVIENSES ad mare nigrum.		
KABARDINSKI, ad Don, Tanais fl.	73.	55.
POLESII, ad Don, Tanais fl.	78.	52.
ROSDORIDONSKI, ad Don Tanais fl.		
PASCARTI, ad Utka fluvium.	61.	52.
COSACKI, in Ucrania.		
CIRCASSII, inter Mare nigrum & Caspium.		
PRECOPENSES inter mare nigrum & Mœotidem.	65.	50.
CRIMEENSES, in Peninsula, Chersoneso Taurica.		

Hi omnes TARTARI.

Partim Tributarii sunt Russis, partim Turcis, hoc autem Anno 1736. recuperata & expugnata à Russis urbe *Assoff, Precop*, aliisque urbibus Tartariæ minoris pro solis Russis victoribus tributa exiguntur, quorum etiam Linguam plerique callent, præter jam dictas urbes præcipuæ sunt: *Caffa*, *Kersi*, *Criminda*, *Baciesaray*. Reliquorum Tartarorum superiùs nominatorum, vel nullæ sunt urbes, vel parva oppida, pleraque autem tuguria & tentoria, quia vagabundi & prædis inhiantes nullibi consistunt. (Long. 67. Lat. 51.)

RUSSIÆ MEMORABILIA.

Palatia Russiæ.

Moscuæ Palatium Czarii, *Kremelin*; non tam Architectura, quàm materiæ pretio æstimabile, cujus tecta & turrium multarum capita eminùs auro refulgent, intus verò auleis pretiosis ornata sunt. Cingitur muro & vallis, & magna militum copia instar urbis præsente Czario, ad Leucam dimidiam in circuitu. Sunt in tanto aulæ Imperatoriæ spatio, præter duo magni Ducis palatia, Hyemale unum, æstivum alterum, etiam Palatium Patriarchæ, & multorum magnatum ædificia ampla & splendida.

Peters-

Petersburgi ad ſinum Finnicum in Ingria, nova urbs & novum Palatium à Petro Czario hoc ſæculo conſtructum, multò elegantiùs Moſcuano, cum multis non ſolùm Magnatum Ruſſicorum, ſed etiam Anglorum, Hollandorum, & Germanorum Mercatorum Palatiis & Hortis ad delicias & magnificentiam adornatis.

Munimenta Ruſſiæ. Quidem pauca habet, ſed ea egregia.

Petersburgum, terra marique invictum.

Aſſoff ad oſtium Tanais noviter aſſertum.

Gernikow, ad confinia Poloniæ.

Novogorod, ad lacum Ilmen.

Smolenskow ad Boryſthenem, Dnieper fl.

Emporia Portus. *Moſcua*, præcipuum eſſet totius Imperii Emporium, ſi portum haberet aut magnum flumen; quidquid enim huc venit exterarum mercium æſtate in curribus, Hyeme in trahis adduci debet: ùt ſunt Gemmæ, Margaritæ, ſericum, corium, mel, cera, pelles pretioſæ, Moſchus, Piſces ſiccati, frumenti ingens copia, quæ omnia aliis exterorum mercibus commutant, cùm aurum & argentum extra Imperium exportare non liceat.

Archangel ad oſtium Dwinæ in mare album, Emporium ditiſſimum cum portu, quod ſoli Imperatoris ærario quotannis infert 600. millia Imperialium, & toti Imperio Telas ſericas, aureas, argenteas, Laneas, lineas, Aromata, Vina Hiſpanica, Gallica, Rhenana, & ingentem vini aduſti copiam, aliaque delicioſa.

Aſtracan ad oſtium Wolgæ in mare Caſpium, celebre Emporium cum portu, ubi frequenter conveniunt Moſci, Tartari, Armeni, Perſæ, Indi &c.

Aſſoff ad oſtium Tanais in Mœotidem celebre emporium cum portu, ubi commercia exercent prædicti omnes, & Turcæ hactenus ante expugnationem.

Imperii Potentia. Dicuntur Proventus annui Imperatoris excedere 10. milliones auri, præter novas argenti fodinas inventas, & Czarium conflare poſſe centum millia Equitum, & 300. millia peditum.

CAPUT


REGNUM POLONIÆ ejusque confinia
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
MARE BALTICUM
MOSCOVIÆ PARS
LIVONIA
SAMOGITIA
LITHUANIA
PRUSSIA
POMERANIA
POLONIA
MAZOVIA
POLESIA
VOLHYNIA
RUSSIA RUBRA
SILESIA
MORAVIA
GERMANIA
HUNGARIA
TRANSYLVANIA
MOLDAVIA
PODOLIA
UKRANIA
TERRA COSACORUM
SMOLENSKO
GOTHIA
Godland I.
Oeland I.
Oesel I.
Königberg
Dantzig
Warsovia
Cracau
Lemberg
Vilna
Kiow
Breslaw
Wien
Smolensko
Riga
Mittau
Gnesen
Sandomir
Ostia Danubii
Milliaria Communes Polonia
Milliaria Magna Gallica

CAPUT X.
POLONIA.

Cujus modernus Rex, FRIDERICUS AUGUSTUS Saxoniæ Dux, natus Anno 1696. 7, Octobris, Electus, Rex Poloniæ An. 1733. 5. Octobris, Coronatus Cracoviæ An. 1734. 17. Januarii.

Termini Poloniæ.

NOmen *Poloniæ* à *Pole*, id eſt, planitie derivatur, Regnum autem terminatur à Borea Pruſſia & Curlandia, Mari Suecico & ſinu Finnico. Ab Ortu Ruſſia ad Boryſthenem, Dnieper, ab Auſtro Hungaria ad Dnieſter fl. ab Occaſu Sileſia & Brandeburgo.

Longitudo Latitudo.

A Moldavia in Curlandiam 200. Milliarium Germanicorum, latitudo à Sileſia versùs Smolenskow 180. mill. Germ.

Natura Terræ.

Regio ut plurimùm plana, paluſtris, nemoroſa, tritici feraciſſima & paſcuis uberrima: Butyri & carnium ingens copia, mellis & ceræ non alibi major vis: examinibus apum ſylvæ nigricant; picis & reſinæ ibidem collectæ quæſtus non vulgaris, uti & mineralium: aucupium largum: piſcatio locuples: potio ex melle & tritico delicata & ſana, vini deſiderium non relinquit etiam bibaciſſimis hominibus.

Genius Polonorum.

Generoſos ſpiritus ab ipſis penè cunabulis hauriunt Poloni Nobiles, quibus precariâ vitâ mors quævis potior, libertas & vita eodem paſſu ambulant, nusquam Nobilitas honoratior, nusquam liberalibus diſciplinis magis exculta, nusquam potentior, quos ipſa creavit, Regibus jura præſcribit. Una vox omnium: ſervire ignavorum animalium eſt, & ſub jugum mitti: non ſortimur libertatem,

Genius Polonorum. ſed communiter accipimus. Quàm fortiter ſtent pro fide Catholica, teſtatur diſtrictus ſub Evangelio Gladius, ex plebejis ac ruſticis vix unus reperitur, qui latinè non ſciat. Hinc latinè omnia tum ſacra, tum profana tractantur.

Succeſſio Regni. Olim totam ferè Poloniam Sarmatæ incoluerunt, deinde circa annum 550. à *Lecho*, ex Croatia oriundo per conditam urbem *Gnesnenſem*, Magnæ Poloniæ populi traxerunt originem, habueruntque diverſos Principes per quadringentos annos, donec anno 1000. *Boleslaus* Chabrius ab *Otthone II.* Imperatore *Rex Poloniæ* totius crearetur, corona, Sceptro, Lancea S. *Mauritii*, & Clavo *S. Crucis* donatus.

Rex tamen, præter collationem Dignitatum & Officiorum regni, nihil magni ſine conſenſu Magnatum & Senatorum valet ſtatuere, nec Bellum, nec Pacem cum exteris ſine iis inire.

Regnum nunc Electivum. Senatores autem cum *Primate* Regni ſunt. 1. *Archi-Epiſcopi* & *Epiſcopi*. 2. *Palatini*, ſive Woywodæ Regni Principes. 3. *Caſtellani*, ſive Staroſtæ, Regni Comites. 4. Magnus Coronæ *Cancellarius*. 5. Magnus *Campi* Regalis *Dux*. 6. Magnus Regni *Mareſchallus*. 7. Magni Officiales Regni. Numerus univerſim Senatorum 150.

Leges Interregni. In Interregno penès *Primatem* Archi-Epiſcopum *Gneſnenſem* eſt ſumma poteſtas. Is ad Provincias obitum Regis mittit, & Palatinos admonet, ut Nobilitatem convocent, deque Pace & arcendo hoſte agitent, eligantque Procuratores ſive Nuncios, Landbotten, qui cum poteſtate interſint. Regni etiam Senatores & Conſiliarios convocat, ubi Regii ſolii latus utrumque Duo Archi-Epiſcopi

Comitia Regni. cingunt, 14. Epiſcopi, 30. Palatini, 70. Caſtellani arcium & urbium Gubernatores, ac de pace, bello, rebusque communibus conſultatur. Poſtremo dies comitiis creando Regi decernitur, itemque locus in patenti campo, ſub tentoriis militaribus, ſingulisque Provinciis Caſtra ſua, ſtationes, currus, tormenta locantur, quaſi ad Pugnam.

Invo-

Invocata dein Spiritûs S. ope, primùm *Legatus Pontificius*, tum Externorum *Principum Oratores* admittuntur. Tum demùm *Sacri Antiſtites*, *Palatini*, *Caſtellani*, *Cancellarii* Regni & *Mareſchalli* ſuffragia ferunt clara voce: in quæ, ſi omnes ordines conſenſerint, *Legatus Pontificius* & *Primas* Poloniæ Regem ac M. Lithuaniæ Ducem renunciant. Mareſchallus Provinciis & Ordinibus promulgat. Coronatur autem Rex in Metropoli Poloniæ Minoris Cracoviæ.

Electio Regis.

Renunciatio Coronatio.

Polonia Magna, dividitur in *Poloniam minorem* & *majorem*, in *Cujaviam*, *Maſoviam*, *Ruſſiam Rubram*, *Lithuaniam*, *Ruſſiam Lithuanicam*, *Samogitiam*, *Curlandiam*, *Semi Galliam*.

Diviſio Regni.

I. POLONIA MINOR.

Continet in ſe tres Palatinatus Primarios: *Cracowienſem*, *Sandomirienſem*, *Lublinenſem*. Terminatur à Borea Maſovia & Podlachia, ab Ortu Ruſſia rubra ab Auſtro Hungaria, ab Occaſu Moravia & Polonia majore: longa eſt 50. Milliarium Germanicorum lata totidem ferè.

Termini Polon. Min.

PALATINATUS CRACOVIENSIS.

Primarius continet 3. Ducatus: *Oſwiecenſem*, *Severienſem*, *Zatorienſem* abundat ſale & mineralibus. Terminatur à Borea Siradia & Polonia majore ab Ortu Sandomiria, ab Auſtro Hungaria, ab Occaſu Sileſia.

Urbes PALATINATUS CRACOVIENSIS.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

CRACAU, *Cracovia*, urbs ampla Epiſc caput totius Regni & Palatinatus. munita duplici muro & foſſa, cum arce Regia, & Academia, ad Viſtulam, vulgo Weixcel. Tribunal ſupremum. 42.32. 50.*10.

BIECZ, *Bieza*, urbs ad Wislocko fl.

CENSTOCHOW, urbs cum Monaſterio munito in monte Claro miraculoſa imagine B. V. ad Wartam fl. 41.40. 50.52.

42. 45. 49. 55. IDSTOW, aliis MISTOW, *Miſtovia*, urbs ad Wartam fl.

LANDSKRON, Corona Regni, Arx munita.

42. 14. 50. 52. LELOW, *Lelovia*, urbs ad Pileza fl.

OSWIECZIN, *Oswiezia*, urbs cum Ducatu ad Viſtulam, Weixel fl.

43. 11. 49. 57. SANDECZ, *Sandecium*, urbs cum auri & argenti fodinis, ad Dunajec fl.

SCEPUCZ, *Sepuſium*, urbs cum Comitatu.

41. 30. 50. 40. SEVERIA, urbs cum Ducatu & arce munita, ad Wartam fl.

SLAUKOW, *Slaukovia*, urbs cum argenti fodinis.

42. 2. 50. 0. ZATOR, *Zatoria*, urbs cum arce, & Ducatu, ad Viſtulam fl.

PALATINATUS SANDOMIRIENSIS.

Valdè fertilis frumento, terminatur à Borea Lublinenſi Palatinatu, ab Ortu Ruſſiâ rubrâ, ab Auſtro Cracovienſi Palatinatu, ab Occaſu Poloniâ majore.

Urbes PALATINATUS SANDOMIRIENSIS.

44. 48. 50. 46. SANDOMIERS, *Sandomiria*, urbs munita in colle cum caſtro Regio, caput Palatinatûs, ad confluxum Sannæ & Viſtulæ fl.

BOZENTIN, *Bozetinum*, urbs ad Sannam fl.

CORZIN, *Corzinum*, urbs ad Nidam fl.

43. 2. 50. 54. MALOGOCZ, *Malogoza*, urbs ad Sannam fl.

43. 16. 50. 32. OPTATOW, *Optatovia*, urbs ad amnem.

PILSNOW, *Pilsnovia*, urbs ad Wislockam fl.

RADOM, *Radomum*, urbs cum Caſtellaniâ, ad amnem ignob.

SCHYDLOWIECZ, *Scydlovicium*, urbs ad amnem ignobilem.

SOLECZ, *Solecium*, urbs ad Viſtulam, Weixel fl.

ZAWICHOST, *Zavichoſta*, urbs ad Viſtulam fl.

PALA-

PALATINATUS LUBLINENSIS.

Terminatur à Borea Masoviâ & Podlachiâ, ab Ortu Russiâ rubrâ, ab Austro Sandomiriâ, ab Occasu Poloniâ Majore.

Urbes PALATINATUS LUBLINENSIS.

Long. Lat. ° ′ ° ′

LUBLIN, *Lublinum*, urbs munita & Emporium celebre, caput Palatinatûs, cum arce in colle natura & arte munita, vallis præaltis, & fossis profundis ad Wistricz fl. *44.36. 51.28.*

CASIMIERCZ, *Casimiria*, urbs cum arce vetustâ & castellaniâ ad Vistulam fl. *44.50. 51.17.*

CRASNICK, *Crasnicum*, urbs ad amnem ignobilem, aliis reducitur ad Sandomir.

CUROW, *Curovium*, urbs ad amnem ignob. pariter ad Sandomiriam reducitur.

LENZNA, *Lencenia*, urbs ad Wieprsz fluv.

LUCKOW, *Luccoria*, urbs Episc. ad Ster fl.

URZENDOW, *Urzendovium*, urbs ad amnem ignobilem, Hæc ab aliis ad Palatinatum Sandomiriensem reducitur.

II. POLONIA MAJOR, INFERIOR.

Continet in se 7. Palatinatus. 1. Posnaniensem. 2. Kalisiensem. 3. Siradiensem. 4. Lencizienſem. 5. Ravensem. 6. Brestensem. 7. Vladislaviensem, qui duo ultimi sunt in Cujavia. Terminatur à Borea Pommeraniâ & Prussiâ, ab Ortu Masoviâ, ab Austro Poloniâ minore, ab Occasu Silesiâ & Marchiâ Brandeburgicâ. *Termini Maj. Polon.*

PALATINATUS POSNANIENSIS.

Terminatur à Borea Pommeraniâ & Prussiâ, ab Ortu Bresstensi Palat ab Austro Kalisiensi, ab Occasu Silesiâ & Marchiâ Brandeburgicâ. *Termini Posnaniæ.*

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes PALATINATUS POSNANIENSIS.

40.30, 52.26. POSNA, *Posen*, *Posnania*, urbs Episc. caput Palatinatûs & Emporium cum arce in colle & Academiâ, ad confl. Wartæ & Posnæ fl.

41.12. 52.31. GNEZEN, *Gnesna*, urbs Archi-Episc. cum Primatu totius Regni. Cujus *Primas* Primus à Rege, quem coronat, & in interregno regnum regit. Urbs à *Lecho* condita ad fontes Wartæ fl. ubi ejus posteri diu rexerunt gentem.

KURNIOK, *Curnicum*, urbs non procul inde.

NACLOW, *Naclovia*, urbs ad Notecz fl.

OBORNICKI, *Obornicum*, urbs ad Wartam fl.

PALATINATUS KALISIENSIS.

41.14. 52.0. Terminatur à Borea Posnaniâ, ab Ortu Siradiâ, ab Austro Silesiâ, ab Occasu Marchia Brandeburgicâ.

KALISCHZ, *Calisia*, urbs inter Paludes, difficulter accessibilis, celebris clade Suecorum An. 1716. caput Palatinatûs ad Prosnam fl.

KOLOW, *Colovium*, urbs ad Wartam fl.

KONIN, *Coninum*, urbs ad Wartam fl.

41.39. 52.28. KAMIN, *Caminum*, urbs ad Wartam fl.

PALATINATUS SIRADIENSIS.

41.29. 51.41. Terminatur à Borea Posnaniâ, ab Ortu Lencziciâ & Cujaviâ, ab Austro Poloniâ Minore, ab Occasu Calisiâ.

SIRAD, *Siradia*, urbs forti muro cincta & arce munita, ad Wartam fl. caput Palatinatûs.

PIETERKOW, *Petricovia*, urbs ad Wartam fl.

VIELUN, *Vieluna*, urbs & caput Castellaniæ, ad Prosnam fl.

41.38. 51.55. WARTA, *Varta*, urbs ad Wartam fl.

PALA-

	Long.	Lat.
PALATINATUS LENCZICIENSIS.	° ′	° ′
Inter Calisiam, Siradiam, Ravam, & Sandomiriam medius.		
LENCZIZ, *Lancicium*, urbs cum arce in rupe inter Paludes ad Bezuram fl. caput Palatinatûs.	42.14.	52 24.
BREZINI, *Bressina*, urbs ad Bezuram fl.		
INOWOLOCZ, *Inovoloza*, urbs ad Pilzam fl.		
PALATINATUS RAVENSIS.		
Inter Brestiam, Cujaviam, Masoviam & Lencziciam.		
RAWA, *Rava*, urbs cum arce forti ad Ravam fl. caput Palatinatûs.	45. 1.	51.58.
GOSTIN, *Gostinum*, urbs ad Bzuram fl.		
LOWICZ, *Lovicium*, urbs pulchra munita ad Bzuram fl. cum Palatio & sede Archi-Episcopi Gnesnensis.	41 45.	52.33.
SOHAZOW, *Sohazovium*, urbs ad Ravam fl.		
PALATINATUS BRESTENSIS in Cujavia.		
Inter Vladislaviensem, Plocensem, & Gnesnensem.		
BRZESTI, *Brestia*, urbs cum arce munita inter Paludes & castellanatu, caput Palatinatûs.	41.22.	52. 42.
COWOLOW, *Covolovium*, urbs ad Vistulam cum castellanatu.		
KRUSWICK, *Crusvicum*, urbs cum arce ad exitum Nostecz fl. lacûs Goplo. cum Castellanatu.		
PALATINATUS VLADISLAVIENSIS In Cujavia.		
WLADISLAW, *Vladislavia*, urbs cum arce ad Vistulam fl. caput Palatinatûs & Cujaviæ, ac sedes Episcopi Cujaviensis.	41. 8.	53. 28.
BIDGOST, *Bidgostia*, urbs cum officina monetaria.		
PAKOST, *Pakosta*, urbs ad Notecz fl.		

III. MA-

III. MASOVIA DUCATUS

Long.	Lat.
° ′	° ′

PALATINATUS MASOVIENSIS.

Fertilis frumento & fructibus, terminatur à Borea Prussiâ, ab Ortu Lithuaniâ, ab Austro Poloniâ minore, ab Occasu Cujaviâ & Poloniâ majore.

44.23. 52.14. WARSCHAW, *Varsavia*, urbs ampla, cum castro & Palatio regio, ubi Diætæ regni, ac Electio Regis ordinariè habetur, ad Vistulam fl. caput Palatinatûs & sedes Regia.

CIECHANOVICZ, *Ciechanovicium*, urbs ad Walpuch fl.

CZERSKO, *Cerskium*, urbs ad Vistulam fl.

45.44. 52.12. KAMENIECK, *Cameniecum*, urbs ad Bug fl. alia ab illa, quæ in Podoliâ.

LIW, *Liba*, urbs ad Liwier fl.

LOMZA, *Lomsa*, urbs ad Narew fl.

46.22. 52.38. NOVODMOR, *Novodmoria*, urbs ad vistulam fl.

NUR, *Nurium*, urbs ad Bug fl.

POLTOWSKO, urbs cum arce ad Narew fl.

ROSZAN, *Roszanum*, urbs ad Narew fl.

SLUBOW, *Slubovia*, urbs ad Bug fl.

WISCHEGRAD, *Vischegardia*, urbs ad Vistulam.

46.30. 53.12. WISGOW, *Viscovia*, urbs ad Bug fl.

WIZNA, *Visna*, urbs ad Narew fl.

LEINOW, *Leinovia*, urbs ad confl. Livier & Bug fl.

PALATINATUS DOBRINENSIS.

42.30. 52.40. Inter Prussiam, Plozkoviam, & Masoviam medius.

DOBRZIN, *Dobrinum*, urbs cum arce ad Vistulam fl. caput Palatinatûs.

RIPIN, *Ripinum*, urbs ad fl. Ignob.

SKAMPE, *Scampa*, Locus Votivus B. V.

PALATINATUS PLOCENSIS.

Inter Dobrinum, Masoviam, & Poloniam majorem.

PLOCZ-

° ′ ° ′

PLOCZKOW, *Ploskovia*, urbs Episc. caput Palatinatûs ad Vistulam fl. 43.56. 52.28.

PLONSKOW, *Plonskovia*, urbs ad fl. ignob.

SCHEPS, *Schepia*, urbecula.

PALATINATUS PODLACHIENSIS.

Inter Lithuaniam, Polesiam & Masoviam medius.

BIELSKO, *Bielscium*, urbs cum arce ad Bielsko fl. 47.19. 52.42.

AUGUSTOW, *Augustovia*, urbs ad Narew fl.

BRANSKO, *Bransca*, urbs ad Narew fl.

DROGYCZIN, *Drogycinum*, urbs ad Bug fl.

GRODECK, *Grodecum*, urbs ad Bug fl.

MIELNICK, *Mielnicum*, urbs ad Bug fl.

TYKOCZIN, *Tycozinum*, urbs ab Narew fl. 46.30. 52.22.

WASILICOW, *Basilica*, urbs ad fl. ign.

IV. RUSSIA RUBRA REGALIS.

Continet 8. Palatinatus. 1. Russiam. 2. Bracklaviensem. 3. Belzensem. 4. Chelmensem. 5. Podoliam. 6. Volhyniam. 7. Ukraniam. 8. Kiow. Terminatur à Borea Lithuaniâ, ab Ortu Tartariâ minore, ab Austro Moldaviâ, Transylvaniâ & Hungariâ, ab Occasu Poloniâ minore.

Termini Russiæ R.

I. PALATINATUS RUSSIÆ.

Terminatur à Borea Polesia, ab Ortu Volhynia, ab Austro Hungaria, ab Occasu Polonia minore.

LUWOW, *Lemberg*, *Leopolis*, urbs ampla Archi-Episcopalis munita cum duobus castellis, caput Palatinatûs & totius Russiæ rubræ. Emporium insigne ad Volodaroa sive Pelten fl. sunt hic duo Metropolitani Græcus & Armenus. 46.30. 49.57.

BIESCH, *Buscum*, urbs ad Bug fl. 47.23. 50.55.

GLINIANY, *Glinia*, urbs non procul à Pelten fl.

GRUDECK, *Grodecum*, urbs ad Pelten fl.

Long. Lat.
° ' ° '

JAWOROW, *Javorovium*, urbs non procul à Lemberg.

46.32. 49.30. KOMARNOW, *Comarnovium*, urbs ad Niester fl.

ZBOROW, *Zborovium*, urbs ad Strepicz fl.

ZOLKIEW, *Zolkievia*, urbs ubi subinde Regis coronatio facta est.

II. PALATINATUS BRACLAVIENSIS.

Ad fines Podoliæ, & Tartariæ minoris, ac Volhyniæ.

52.23. 48.50. BRACLAW, *Braclavia*, urbs & caput Palatinatus, ad Bog fl.

CHMIELNICK, *Chmielnicum*, urbs ad Bog fl.

51.50. 49.13. MORACHWA, *Morachva*, urbs ad Morachwam fl.

VINICZA, *Viniza*, urbs ad Bog fl.

ZITOMIRS, *Zitomiria*, urbs ad Ciecierеff fl.

III. PALATINATUS BELZENSIS.

Terminatur à Borea Chelmensi, ab Ortu Volhynia, ab Austro Lembergensi, ab Occasu Polonia minore.

46.42. 50.33. BELZKOW, *Belza*, urbs Episc. & caput Palatinatus, ad Belsar fl.

BUSK, *Buscum*, urbs ad Bog fl.

GROBOWEC, *Grobovecia*, urbs ad amnem ignob.

KIRLOW, *Kirlovium*, urbs ad Rata fl.

POTZILICZ, *Potcilicia*, urbs ad Rotha fl.

IV. PALATINATUS CHELMENSIS.

Inter Lublinensem Palatinatum, Polesiam & Volhyniam.

45.28. 51.29. CHELMYCK, *Chelma*, urbs Episc. cum arce, caput Palatinatus.

KRASNOSTAW, *Krasnostavia*, urbs Episcopalis, ad Wieprz fl.

ZAMOSCIE, *Zamoscia*, urbs munita cum Academiâ, & Ecclesia Colleg. cujus Decanus est Infulatus, ad Wieprz fl.

V. PA-

V. PALATINATUS PODOLIÆ.

Long. Lat. ° ′ ° ′

Extenditur in longitudinem ad Nieſter ſive Turla fl. inter Volhyniam, Walachiam & Moldaviam, usque ad mare nigrum, Terra fertilis, ſed Coſackis & Tartaris multùm infeſta.

KAMINIECK, *Camenecum*, urbs Epiſc. arte & natura munita cum arce montibus vallata, ad Schmotryck fl. non procul à Nieſter fl. *49.49. 48.58.*

BAR, *Baria*, urbs ad Raw fl.

HUSJATIN, *Huſiatinum*, urbs ad Sebrovez fl.

JASLOWIEZ, *Jasloviecia*, urbs ad Strepiez fl.

KITAIGOROD, *Kitaigoroda*, urbs ad Nieſter fl.

LATISKOW, *Latiſcovia*, urbs ad Bog fl.

SATENOVV, *Satenovia*, urbs ad Sebrovez fl.

TARNOPOL, *Tarnopolium*, urbs ad Seret fl.

TREMBOULA, *Trembola*, urbs ad Seret fl.

ZBARAS, *Zbara*, urbs ad Seret fl. cum Ducatu. *49. 4. 49.53.*

VI. PROVINCIA VOLHYNIA.

Dividitur in ſuperiorem, & inferiorem. Superior tota Poloniæ cum 3. Caſtellanatibus, Inferior, quæ Palatinatus Kievienſis dicitur eſt Ruſſorum, potiore parte. Terminatur à Boreâ Lithuania & Moſcovia, ab Ortu Tartaria minore, ab Auſtro Podolia, ab Occaſu Palatinatu Ruſſiæ Rubræ, longa ab Occaſu versùs Ortum 120. milliaria. Lata à Borea versùs Auſtrum 60. mill. fertilis, ſed obnoxia incurſionibus Coſackorum & Tartarorum.

VOLHYNIA SUPERIOR.

LUCZKO & LUSUC, *Luceoria*, urbs Epiſcopalis, referta Judæis, cum arce, caput Palatinatus, ad Ster fl. *48.41. 50.46.*

BASILIA, *Baſilea*, urbs ad Slucz fl.

BRODI, *Brodia*, urbs ad amnem ign. *48.22. 50.15.*

Long, Lat.
° ′ ° ′

CONSTANTINOW, *Conſtantinovia*, urbs ad Slucz fl.

49. 11. 50. 24. DUBNA, urbs ad Tkwa fl.

OLESCO, *Oleſcum*, urbs ad Ster fl.

49. 4. 50. 9. OLIKA, *Olica*, urbs non procul Luczko.

OSTROG, *Oſtroga*, urbs cum Ducatu ad Horin fl.

WLODZIMIERZ, *Volodimiria*, urbs ad Bug fl.

50. 59. 50. 5. ZASLAVV, *Zaslavia*, urbs cum Ducatu ad Horin fl.

ZARTORISCK, *Czartoriſcum*, urbs cum Ducatu, ad Ster fl.

VOLHYNIA INFERIOR KIOVIENSIS. & VKRANIA MOSCOVITICA.

Terra fertilis ad utrumque littus Boryſthenis, ſive Nieper fl. ad 70. milliaria usque ad mare nigrum protenſa, ceſſit Moſcovitis ab anno 1682. dicitur hinc Ukrania Moſcovitica.

54. 59. 50. 37. KIOW, *Kiovia*, urbs ampla quadripartita, cum arce munita, olim Ducum & Epiſcopi ſedes, nunc Archi-Epiſcopi Ruſſi, caput Palatinatus, ad Nieper fl. hic catacumbæ & ambulacra ſubterranea cum ſepulchris SS. Græcorum.

BIALAZERKIEVV, *Bialacerkia*, urbs ad Ros fl.

BOGUSLOVV, *Boguslovia*, urbs ad Ros fl.

5. 57. 49. 58. CIRCASSI, *Circaſſiorum* urbs ad Boryſthenem, Nieper fl.

6. 38. 49. 5. CZECHRIN, *Czechrinum*, urbs ad Terznim fl.

55. 47. 49. 54. KANIOW, *Kaniovia*, urbs ad Nieper fl,

KORSUM, urbs ad Ros fluv.

57. 42. 49. 19. KUDACK, *Kudacum*, caſtrum munitum ad Nieper fl.

PERESLAW, *Pereslavium*, urbs ad Trupiecz fl.

RADOMISL, *Radomislia*, urbs ad Ciecereff fl.

V. LITHUANIA.

MAGNUS LITHUANIÆ DUCATUS.

POloniæ incorporatus per Ducem ac Regem Uladislaum Jagellonem Anno 1386. Terra fertilis frumenti, paſcuo-

paſcuorum, ceræ & mellis, longa eſt 90 lata 80. milliaria Germanica. Terminatur à Borea Samogitia & Livonia, ab Ortu Moſcovia, ab Auſtro Ruſſia rubra, ab Occaſu Podlachia & Pruſſia. Dividitur in Ducatum Lithuaniæ, & Ruſſiam Lithuanicam. *Termini Lithuaniæ.*

LITHUANIÆ DUCATUS.

Continet in ſe tres Palatinatus Vilnenſem, Trocenſem, & Poleſienſem. *Long. ° ′ Lat. ° ′*

PALATINATUS VILNENSIS.

Inter Braslaviam, Novogrodecum, Samogitiam & Semigalliam.

WILNA, *Vilna*, urbs ampla Epiſcop. cum duobus Caſtellis & Academia, à Rege Stephano fundata An. 1579. caput Palatinatus & Lithuaniæ, ad Vilna, ſive Vilia fl. Tria hic Sabbatha coluntur: dies Veneris à Turcis, Sabbathi à Judæis, Solis à Chriſtianis. *48.50. 54.28.*

RUDNICKI, *Rudnikum*, urbs ad Merecz fl.

WILKOMIERCZ, *Vilkomiria*, urbs ad Swieta fl.

PALATINATUS TROCENSIS.

Inter Vilnam, Novogrodeck, Bielsko, Pruſſiam Brandeburgicam & Samogitiam medius.

TROKI, *Trokia*, urbs cum caſtro in lacu, ſtatua miraculoſa B. V. celebris, caput Palatinatus. *48 24. 54.30*

GRODNO, *Grodna*, urbs cum arce ad Niemen fl.

KOWNA, *Koinâ*, urbs ad Niemen fl.

PALATINATUS POLESIENSIS.
ſive BRESCIENSIS.

Terminatur à Borea Trocenſi & Novogrodenſi, ab Ortu Rheczica Ditione, ab Auſtro Volhynia, ab Occaſu Podlachia & Lublinenſi Palatinatu.

BRIESCIE, *Breſſici Breſſia*, urbs cum arce forti in rupe. *47.20. 52. 5:*

Long. Lat.
° ' ° '

pe. Hic Synagoga celebris Judæorum, unde in omnem terram mittunt Rabbinos, caput Palatinatus, ad Bug. fl.

49.30. 51.27. DAVIDOW, *Davidovia*, urbs ad Pripecz fl.

DUBROWICK, *Dorbrovica*, urbs cum Ducatu, ad Horin fl.

51. 0. 51.57. HORODECK, *Horodecum*, urbs ad Horin fl.

KAMENIECK, *Kamnecium*, urbs ad Ilſna fl.

KODEN, *Koda*, urbs ad Bug fl.

KOLNOW, *Kolnovium*, urbs ad Pripecz fl.

49. 0. 52. 0. MOTOL, *Motola*, urbs ad Jaſialda fl.

PINSKOW, *Pinſcum*, urbs Epiſc. ad Pina fl.

POKOST, *Pokoſta*, urbs ad Ster. fl.

TAROW, *Tarovia*, urbs ad Pripecz fl.

VI. RUSSIA LITHUANICA.

Complectitur 7. Palatinatus: 1. Novogrodecenſem. 2. Minſcenſem. 3. Ploczenſem. 4. Witepſcenſem. 5. Mocislavienſem. Terminatur à Borea & Ortu Moſcovia, ab Auſtro Volhynia & Poleſia, ab Occaſu Lithuaniæ Ducatu. Fertilitas terræ ſatis bona, ſed impedita ſylvis & Paludibus.

PALATINATUS NOVOGRODECENSIS.

Inter Trocenſem, Minſcenſem, Plocenſem Palatinatus.

49.33. 53.27. NOVOGRODECK *Novogrodecum*, urbs ampla, caput Palatinatus, ad Niemen fl. ubi alternatim cum urbe Slorlino comitia Lithuanica habentur.

50.39. 52.34. LIPSK, *Lipskia*, urbs ad Sezuram fl.

MISK, *Miscia*, urbs ad amnem Ign.

50.30. 52.45. LACHOWICZ, *Lachowiza*, urbs ad Sezuram fl.

ROZANA, urbs ad amnem Ignobilem.

49. 6. 52.55. SLONINI, *Sloninum*, urbs ad Sezuram fl. ubi ſubinde comitia Lithuanica habentur.

WOL-

Long. ° ′ Lat. ° ′

WOLKOWISK, *Volkovisca*, urbs ad amnem ignobilem.

PALATINATUS MINSCENSIS.

Non adeò magnus, ſed refertus Judæis.

MINSKOW, *Minskovium*, urbs & caput Palatinatus, ad Swislowicz fl. 51. 31. 53. 50.

BORISSOW, *Boriſſovium*, urbs ad Berezina fl.

SWISLOWICZ, *Suilæcia*, urbs ad confl. Berezina & Swislowicz fl. 52. 3. 53. 27.

PALATINATUS PLOCENSIS.

Debet diſtingui ab eo, qui eſt in Maſovia ad Viſtulam fluvium.

PLOCZKOW, *Polosko*, *Ploza*, urbs munita cum 2. arcibus, caput Palatinatus, ad Dzwina fl. 43. 6. 52. 54.

DRISSA, urbs ad Dzwinam fl.

DZIEZNA, *Dſiesna*, urbs ad Dzwina fl.

USACZA, *Uſaza*, urbs ad Dzwina fl.

PALATINATUS WITEPSCENSIS.

WITEPSKO, *Witepscum*, urbs cum arce munita inter paludes, caput Palatinatus, ad Dzwina fl. 55. 10. 55. 2.

SURASS, *Suraſſa*, urbs ad Dzwina fl.

ULA, urbs ad Dzwina fl.

WORNOCZ, *Voronoza*, urbs ad Utzocka fl.

MOHILOW, *Mohilovia*, urbs ad Nieper fl. 55. 30. 53. 32.

PALATINATUS MOCISLAVIENSIS.

In Finibus Moſcoviæ, plenus ſylvis & paludibus.

MSCISLAW, *Moſcislavia*, urbs munita caput Palatinatus, ad Sosz fl. 57. 5. 53. 41.

BICHOW, *Bichovia*, urbs ad Nieper fl.

BOBROISKOW *Bobroiska*, urbs ad Berezina fl.

MAZY, *Mazya*, urbs ad Pryipiecz fl. 53. 36. 51. 31.

ORSHA, *Orſa*, urbs ad Nieper fl.

ROACHACZON, *Robazoa*, urbs ad Nieper fl.

PALA-

PALATINATUS SLUCENSIS.

In confinibus Polesiæ & Novogorodeck Principum de Razivil.

51.39. 52.45. SLUCZK, *Sluza*, & caput Palatinatus, ad Sluczk fl.
KRODANOW, *Krodanovium*, urbs ad Pezic fl.
LUBAN, *Lubanum*, urbs ad Oresca fl.
PETRILOW, *Petrilovium*, urbs ad Przipiez fl.

PALATINATUS BRASLAVIENSIS.

In confinibus Samogitiæ & Curlandiæ.

50.28. 55.27. BRASLAW, *Braslavia*, urbs ampla caput Palatinatus, ad Dzwina fl.
MIADZIAL, *Miadziala*, urbs ad lacum.
NAROCZ, *Narozia* urbs ad Narocz fl.
50.53. 54.13. WIACZIN, *Viacina*, urbs ad Vilia fl.

VII. SAMOGITIA DUCATUS.

Magna Lithuaniæ Provincia, cujus supremus Starosta solus ex omnibus Starostis sedet in consilio magno Regni; Terra montibus, sylvis, feris ac melle referta. Terminatur â Borea Curlandia, & Mari Balthico, ab Ortu Lithuania, ab Austro Prussia, ab Occasu mari Balthico.

47. 9. 55.27. ROSIEME, *Rosiema* urbs & caput Provinc. ad Dubissa fl.
BIRSEN, *Birsa*, urbs cum arce & Ducatu Principum de Razivil. ad Mussa fl.
FRAGOL, *Fragola*, urbs ad Dubissa fl.
46.10. 55.47. MEDNICK, *Mednicum*, urbs Episc. ad fontes Welæ fl.
OKIMANY, *Okimania*, urbs ad Wela fl.
48. 0. 55.30. PONIEWIECZ, *Ponieviecia*, urbs ad Niewiacza fl.
SARLAT, *Sarlatum*, urbs ad Mussa fl.
SWIETA, urbs ad oram maris Balthici.
46.32. 54.55. WILLEJA, *Villega*, urbs ad Niemen fl.
WIELON, *Vielona*, urbs ad confl. Niemen & Dubissæ fl.

VIII. CUR-

	Long	Lat.
	° ′	° ′

CURLANDIA DUCATUS
Cum SEMIGALLIA.

Eſt feudum Polonicum, licet proprium habeat Ducem: Terra plana & Frugifera eſt, Terminatur à Borea Livonia, ab Ortu Lithuania, ab Auſtro Samogitia, ab Occaſu mari Balthico.

GOLDING, *Goldinga*, urbs cum arce pulchra, caput Ducatus Curlandiæ, ad Welam fl. — 45. 24. 56. 15.

ANGERMUINDE, *Angermunda*, urbs cum arce forti, ad Oſtium Anger fl. in mare Balthicum.

ERWALEN, *Ervalia*, urbs non procul à mari.

LIBA, urbs ad mare Balthicum cum portu.

PILTYN, *Piltynum*, urbs ad Wela fl.

WINDOW, *Vindovia*, urbs ad oſtium Wela fl. — 45. 0. 56. 45.

SEMIGALLIA.
Orientalis pars Curlandiæ.

MITTAW, *Mittovium* urbs populoſa munita, Caput Semigalliæ & ſedes Ducis Curlandiæ, cum arce pulchra & forti, ad Muſſa fl. — 46. 27. 56. 30.

BAUSKE, *Bauska*, urbs cum arce forti in rupe, ad Muſſa fl. — 47. 5. 56. 15.

SEELBURG, *Seelburgum*, urbs ad Dunam fl.

POLONIÆ MEMORABILIA.

Palatia Regia.

Cracoviæ Palatium Regium vaſta ſed antiqua moles, urbi ſimilior, quàm Palatio: Extra urbem quoque aliud eſt Palatium ſive villa Regia, *Lubzovia* dicta pro diverſione Regis.

VARSAVIÆ ordinaria hodie eſt Regum ſedes & Palatium ſplendidum: extra urbem *villa nova* Palatium amœno loco ſitum. Sed & *Javoravia* & *Zolkiena* frequentia ſunt & jucunda Aulæ Polonicæ diverſoria.

Palatia Nobilium. In duabus his urbibus primariis multa quoque ſplendida viſuntur Nobilium palatia, & in regno multæ arces magnificæ Palatinorum. Nec contemnenda ex lapide quadrato pleraque ædificia urbium, *Leopolis* ſive *Lemberg, Poſnaniæ, Lublini,* reliquæ verò Regni urbes, imò etiam munimenta ex ligno conſtant.

Munimenta.

Munimenta Poloniæ. *Brzeſti,* Breſtia in Cujavia, urbs munita cum arce inter Paludes.

Kaminieck, in Podolia, urbs natura & arte fortiſſimè munita.

Lemberg, Leopolis, in Ruſſia Rubra, urbs cum 2. arcibus fortiter munita.

Sandomir, in Polonia parva Urbs munita cum arce.

Lulinum, cum arce forti in eadem Polon. parva.

Munimenta Lithuaniæ. *Kudack,* in Ukrania Kiovienſi contra Coſſacos, caſtrum ad Nieger fluvium.

Mohilow, ad Boryſthenem fl. vaſtata à Ruſſis, ſed reparata.

Mſcislaw, in confinibus Moſcoviæ ad Goszam fl.

Polocz, cum 2. arcibus ad Dwinam fl. fortiter munita.

Witepsk, cum arce ad Dwinam fl. tuta inter paludes.

S. Trinitatis caſtrum fortiter munitum.

Emporia.

Emporium cum portu. *Danzig,* in Pruſſia Polonica, cum inſigni portu ad Weixelmünde, frequentia tractat commercia cum Suecis, Danis, Anglis, Hollandis.

Cracau, licet non habeat portum, nec Viſtulam ibidem ſatis navigabilem, tamen per currus & trahas mercimonia communicat cum Sileſiis, Hungaris, Lithuanis, Ruſſis.

Emporia ſine portu. *Lemberg,* ſimiliter communicat cum Ruſſis, Tartaris, Græcis, Armenis, Hebræis.

Thorn, Torunium verò, quia ad Viſtulam jam pronam in mare Balthicum, facilè Dantiſco Varſaviam usque adverſo flumine, deducit merces in navigiis, rursúmque ſecundo flumine ad mare Balthicum per mediam Poloniam defert.

Vilna,

Vilna, ampliſſimum Lithuaniæ emporium, non procul à mari Balthico, unde ſuas merces accipit, rurſumque deponit in Vilia fl.

Potentia Polonorum.

Uti Moſcovitis & Tartaris ac Turcis vicini ſunt, ita iis quoque formidabiles, ſi tamen unanimes ſint inter ſe; diſcordia enim Magnatum, uti multùm Regis hebetat imperium; ita vicinorum hoſtium arma inter ſua viſcera convocat Patriæ libertati infeſta. Cæterùm conjuncti facilè conflant exercitum centum millium armatorum, plerique in equis, equitatu enim magis valent, quàm peditatu. Arma ſunt ſclopus manualis, ſecuris dependens ex una, acinaces ſive framea ex altera parte, quibus accedit à tergo arcus cum pharetra. Proventus annui, alii ſunt Regis, alii regni & Magnatum, velut in Anglia. Regni Feudatarios cenſent *Poloni* extra regnum, *Duces Pomeraniæ*, *Pruſſiæ*, *Livoniæ*, *Curlandiæ*, imò & *Walachiæ* & *Moldaviæ*. Regnum ipſum, licet Ariſtocraticum, potius ſit, quâm Monarchicum, tamen Rex illud, in 4. partes diviſum, quotannis, ſi in quiete ſit, luſtrat, quem proinde ſingulæ partes cum univerſo comitatu ternis menſibus alunt, & à vectigalibus immunes, ingentem numerum Equitum, paratum ad Regis obſequia, ſiſtunt abſque ſtipendiis. Proceres verò Regni in Plebejos & vulgus Imperium plusquàm regium exercent.

Virtus & arma.

Coſacki rebelles.

Polonis accenſentur *Coſacki*, qui olim omnes erant Poloniæ ſubjecti, ſed ſæpè rebelles facti, modò *Turcis*, modò *Tartaris*, modò *Ruſſis* ſe junxerunt. Qui hodiedum *Polonis*, adhærent, ferè in *Ucrania*, ſive *Volhyniæ* & *Podoliæ* confinibus, vel in Inſulis Boryſthenis, aut ad ejus oſtium conſiſtunt, dicunturque *Coſaki Zaporowski*; qui verò Ruſſis obtemperant, ad Tanais ripas commorantur, dicunturque *Coſacki Ruſſici*, utrique barbari admodùm ac vicinis regionibus Prædones infeſti. Fluvii Poloniæ ſunt: Weixel, Nieſter, Dwina inter alios præcipui.

CAPUT XI.
HUNGARIA.

Cujus Rex Hæreditarius CAROLUS VI. Romanorum Imperator Auſtriacus, cujus Nomine Vice-Rex declaratus *Franciſcus Stephanus* Dux Lotharingiæ An. 1732.

Nomen Hungariæ.

EX *Ingra* & *Condora* Ruſſiæ Hungaros prodiiſſe ferunt, qui locorum vaſtitate pulſi ad Mœotidas Paludes conſederunt, indéque in Pannoniam tranſierunt. Alii ab *Hunnis* dictam *Hungariam* autumant.

Termini Regni Antiqui & Novi.

Olim complectebatur Serviam, Boſniam, Dalmatiam, Croatiam, Tranſylvaniam, Walachiam, Moldaviam, Bulgariam, nunc terminatur à Borea Polonia, ab Ortu Turcia Europæa, ab Auſtro Græcia & Dalmatia, ab Occaſu Germania Auſtriaca.

Longitudo. Latitudo.

Fermè quadrata eſt, longitudo tamen major 190. milliarium Germanicorum, latitudo minor 100. mill.

Natura Terræ.


Nulli cedit Animalium & Piſcium fœcunditate, vini generoſitate, & metallorum varietate ac præſtantia. Lepores, cervi, Phaſiani, perdices, etiam Plebejis cibus ſunt non rarus. Boves 80000. quotannis per ſolam Auſtriam transmittit in reliquam Germaniam.

Genius Hungarorum.

Gens ferox eſt & inconſtans: Equites Levis armaturæ, quos dicunt *Huſſaros*, Tartarorum more belligerant. *Haiduci* pedites, nec galea, nec lorica utuntur, arma illis ſclopus manuarius, vel haſta & gladius Perſicus: crudam urſi aut lupi pellem humeris injiciunt: Cives pallia, rubro, viridi, cæruleo vel janthino colore geſtant. Nobilium ſplendidus eſt veſtitus.

Succeſſio Regni.

Hunni olim Anno 372. decies centies mille, ſub Rege *Attila*,



REGNUM HUNGARIÆ cum contiguis regionibus
Teutsche Meil. 15. in einem gr.
Ungarische Meillen 10 in einen Gr.
STATUS POLONICI PARS
MORAVIA
HUNGARIA
TRANSILVANIA
PRINCIPATUS
REGNUM
SCLAVONIA
CROATIA
MORLACHIA
BOSNIA
DALMATIA
SERVIA
RASCIA
HERSEGOVINA
PRINCIPATUS MOLDAVIA
REG
WIENN
PRESBURG
OFFEN BUDA
BELGRAD
SOPHIA

Attila, ex Scythia in Pannoniam progressi, latè omnia vastârunt, sed postmodum Anno 805. à *Carolo M.* Imperatore omnes *Hunni* ejecti sunt. Redierunt quidem magno numero circa annum 900. verùm *Stephanus* Primus Regum Christianorum & Sanctus Anno 954. eos penitùs delevit. Dein *S. Ladislaus* Hungariæ *Dalmatiam* & *Croatiam* adjunxit.

Status Regni consistit in Prælatis Ecclesiasticis, Palatinis, Comitibus, Nobilibus, & urbibus Liberis, à quibus Rex eligebatur, atque sic Anno 1527. devenit Regnum ad Domum Austriacam, quando *Ferdinandus I.* Caroli V. Frater, electus & coronatus est. Inque eadem Domo permansit electivum, donec An. 1687. in Comitiis regni Possonii, Presburg, à Statibus Regni Domui Austriacæ Hæreditarium declaratum est, ita quidem, ut etiam deficiente Hærede masculo, Archi-Ducissæ succedere valeant Reginæ.

Regnum olim Electivum Hodie Hæreditarium.

Theatrum quidem Belli fermè continuum hactenus fuit, tum contra rebelles inquilinos, tum contra Turcas invasores, tamen Clementiâ *Caroli VI.* Anno 1712. coronati Regis, ita omnia pacata sunt, ut neque ab indigenis, neque à Turcis mali quidpiam timendum sit.

Turbulentum Pacatum.

Dividitur in Superiorem & Inferiorem Hungariam, Croatiam, Sclavoniam, Transylvaniam, & 74. Comitatus.

Moderna Divisio.

HUNGARIA SUPERIOR.

INter Danubium & Carpathios montes media, ita ut à Borea habeat Poloniam, ab Ortu Transylvaniam, ab Austro Hungariam inferiorem, ab Occasu Austriam & Moraviam.

Long. *Lat.*
° ' ° '

Urbes HUNGARIÆ SUPERIORIS.

PRÆSBURG, *Posonium*, urbs ampla cum arce forti, ad Danubium fl. caput Comitatus & Provinciæ, in arce asser- *41. 1. 48. 20.*

Long, Lat.
° ′ ° ′

aſſervatur corona, aliáque Diademata regia, ibidem habentur comitia Statuum Hungariæ.

42.42. 48.44. ALT SOLEN, *Soleum vetus*, urbs montana in comitatu Biſtricenſi, ad Gran fl. ubi fodinæ auri, argenti, Mercurii & Cupri.

BATMUNSTER, *Bathonia*, urbs ad Danubium fl.

BATHOR, *Bathoria*, urbs & Domus Gentilitia Principum Bathoriorum in Transſylvania, ad Tibiſcum, Theiſs fl.

BISTRICZ, *Biſtricia*, urbs montana, caput Comitatus, ad Biſtricz fl.

43.43. 48.56. CASCHAVV, *Caſſovia*, urbs ampla munita in comitatu Abanviwar, ad confl. Hemath & Taritza fl.

42.27. 48.44. CREMNITZ, *Cremnicium*, urbs montana antiquiſſima, cum arce & fodinis aureis, unde aurei Cremnicii nomen habent.

41.43. 48.11. COMORRA, *Comorinum*, urbs munita cum caſtro duplici, ad angulum Inſulæ Schütt, quam efficit Danubius fl.

44.38. 47.51. DEBREZYN, *Debrecinum*, urbs in comitatu Bihar, ad Tibiſcum fl.

43.44. 49.10. EPERIES, *Eperiæ & Fragopolis*, urbs Regia libera munita, ad Taritzam fl. ubi multæ ſalis mineræ, & unionum.

43.32. 48. 7. ERLA, *Agria*, urbs Epiſcopalis cum caſtro fortiſſimo, in comitatu Barzat ad Erlam fl.

FREISTATT, *Freyſtadium*, urbs cum arce præalta, ad VVag fl.

GYULA, *Giula*, *Julia*, urbs munita ad fines Tranſylvaniæ & lacum Sarkad.

45.16. 47.27. CROSVVARDEIN, *Varadinum*, urbs munita Epiſcopalis, ad fines Tranſylvaniæ & Chryſus fl.

HATVVAN, *Hathvania*, urbs cum caſtro, ad Zagyram fl.

LEOPOLDSTATT, *Leopoldinum*, urbs munita, ad VVag fl.

LEUTSCH,

	Long. ° ′	Lat. ° ′
LEUTSCH, *Leutschium*, urbs regia libera munita in comitatu Zips ad montes Carpathios, & Hemath fl.	43. 29.	49 27.
LEVVENTZ, *Leventia*, urbs cum arce ad Gran fl.	42. 21.	48. 13.
LIEBETEN, *Liebeta*, urbs ad Montana.		
LIPS, *Lipsa*, Arx montana in comitatu Liptaviensi.	42. 34.	49. 4.
S. MARTIN, *S. Martini*, urbs munita in comitatu Turoch, ad VVag fl.		
MONGATSCH, *Mungatium*, munimentum celebre in præaltà rupe, cùm tribus arcibus, unâ quasi supra alteram, in comitatu Pereczaz ad Torza fl.	45. 21.	48. 58.
NEUHEUSL, *Vivarinum*, urbs munita inter paludes ad Neutram fl.	41. 48.	48 24.
NEUTRA, *Nitria*, urbs Episc. ad Neutra fl.	41. 54.	48. 41.
NEWSOLEN, *Neosolium*, urbs ad Gran fl.		
NOVIGRAD, *Novigradum*, urbs cum arce munita, caput Comitatûs.		
SCHEMNIZ, *Schemnicium*, urbs ad Gran fl.		
SCHINTA, urbs munita ad VVag fl.	41. 40.	48. 37.
SEGEDIN, *Segedinum*, urbs ampla munita, ad Tibiscum Theiss fl.	44. 19.	46. 34.
SEMLIN, *Semlinum*, urbs munita & caput comitatus Zemblyn, ad Bodrog fl.	44. 25.	45. 32.
TEMESVVAR, *Temesvaria*, urbs munita inter paludes, ad Temes fl.	45. 25	46. 14.
TYRNAVV, *Tirnavia*, urbs cum Academia, ad Tyrnaw fl.	41 12.	48. 55.
TOCKAY, *Tockajum*, urbs vino celebris.	44. 21.	48. 32.
TRENSCHIN, *Trenschinum*, urbs cum arce caput comitatus ad VVag fl.	41. 38.	49. 8.
VILLECK, *Villecum*, urbs ad Spol fl.		
UNGUAR, *Unguaria*, urbs munita, caput comitatus ad Ungh fl.		
VVAIZEN, *Vacia*, urbs Episc. ad Danub. fl.	42. 38.	47. 52.
ZATMAR, *Zatmaria*, urbs ad Samos fl.		
ZOLNOCK, *Zolnokia*, urbs ad Zagyva fl.		

ZY-

42.10. 46.27. ZYGETH, *Sigetum*, urbs munita cum duabus arcibus ad Danubium fl.

HUNGARIA INFERIOR.

Inter Danubium & Dravum fl. media, ita ut à Borea habeat Hungariam ſuperiorem, ab Ortu eandem, ab Auſtro Sclavoniam, ab Occaſu Auſtriam & Styriam.

Urbes HUNGARIÆ INFERIORIS.

42.36. 47.38. OFFEN, *Buda*, urbs ampla munita cum caſtello forti, caput totius Regni, ad Danubium fl.

CANISCHA, *Caniſa*, urbs munita inter paludes, non procul â Mucra fl.

43.12. 46.59. COLOZZA, *Colocia*, urbs Archi-Epiſc. ad Danubium fl.

COPPAN, *Coppanum*, caſtrum ad Nagh fl.

42.22. 47. 3. DOMBECZ, *Dombecium*, caſtrum ad Scharwiz fl.

DOTIS, Caſtrum non procul à Danubio.

40.30. 48.10. EDENBURG, *Sopronium*, urbs munita ad fines Styriæ.

42.43. 46.22. FUNFKIRCHEN, *Quinque Eccleſiæ*, urbs Epiſc. munita, ad Noriz fl.

43.22. 48.0. GRAN, *Strigonium*, urbs Archi-Epiſc. munita cum caſtro & Primatu ad confl. Gran & Danubii.

MARSAN, *Marſanum*, urbs ad Danub.

MOHACZ, *Mohacium*, urbs non procul à Danubio, in comitatu Baraniwar.

40.36. 47.40. NEUSIDL, *Neoſidlia*, urbs ad lacum ej. nom.

PALOTTA, caſtrum munitum, in comitatu Stuhlweiſſenburg.

PAPPA, urbs munita, in comitatu Veſprinenſi, ad Marchaz fl.

41.24. 48.1. RAAB, *Arrabo* & *Javarinum*, urbs Epiſcopalis & Munimentum totius Hungariæ fortiſſimum, ad oſtium Raab fl. in Danubium.

40.29. 48.1. S. GOTHARD, *Fanum S. Gothardi*, urbs cum inſigni ac divite Abbatia ad fines Styriæ & Raab fl.

STUHL-

° ′ ° ′

STUHLVVEISSENBURG, *Alba Regalis*, urbs ampla fortiter munita inter paludes, ad quam per tria tantùm valla datur acceſſus, ad Scharwiz fl. caput comitatus ejusdem Nominis. *41.59. 47.18.*

SARVVAR, *Sabaria*, & *Roten Thurn*, urbs ad Grasnam & Raab fl. caput comitatus Caſtriferrenſis. *41.18. 47.34.*

TITUL, *Titulum*, urbs munitâ ad Tibiſcum, Teyſs fl. propè Danubium. *44.18. 45.49.*

VESPRIN, *Veſprinum*, urbs Epiſc. cum arce forti in monte, non procul à lacu Balaton, ad fontes Sarwiz fl. caput comitatus Veſprinenſis. *41.35. 47.19.*

VIZZEGRAD, *Vicegradum*, *Blindeburg*, urbs munita cum arce in monte inter Gran & Offen, ad Danubium.

TOLNA, *Altinum*, urbs nobili vino celebris, ad Danubium fl. caput comitatus Altinenſis inter comitatus Siget & Baranivar.

PRINCIPATUS TRANSYLVANIÆ
Erdely, Siebenbürgen.

Magnus Europæ Principatus olim longo tempore Hungariæ, ſed ſubinde priori ſæculo jugo Turcico ſubjectus, tandem Anno 1699. in Pace Carlovicia Imperatori Leopoldo reſtitutus Auſtriæ paret. Intra montes circumquaque cinctus in longum porrigitur 35. Mill. in latum 30. Mill. Germ. Terra ferax frumenti, vini, auri, argenti, Mercurii, aliorumque mineralium. Terminatur à Borea Ruſſia rubra, ab Ortu & Auſtro Moldavia & VValachiâ, ab Occaſu Hungaria ſuperiore. Habet nunc Generalem Commendantem, cum Gubernamento duodecim Senatorum, quorum 3. Catholici. 3. Lutherani. 3. Calviniſtæ. 3. Sociniani Græci. Inter hos tamen Judex Regius, ſive Comes Nationis Germanicæ primatum tenet.

Pace Carlovicia Hungariæ redditus.

Termini Transſylvaniæ.

Long Lat.
° ′ ° ′

Urbes PRINCIPATUS TRANSYLVAN.

47.48. 46.57. HERMANSTATT, & *Zeben*, *Cibinium*, urbs ampla munita inter parvos lacus, caput Tranſylvaniæ & ſedes olim Principis, ad Zeben fl.

46.26. 46.57. ALTENBURGUM, urbs cum caſtro in monte, non procul VVeiſſenburgo.

46.30. 48.16. BISTRIZ, *Noſen*, *Biſtricia*, urbs ad Biſtricz fl.

BRANZKA, *Branſca*, urbs cum arce, ad Meriſch fl.

BURGLOS, *Burgloſa*, *Bees*, urbs munita cum arce, ad Kiſſamos fl.

46.40. 47.40. CLAUSENBURG, *Koloswar*, *Claudiopolis*, urbs Epiſcopalis cum Academia Cath. & arce vetuſta, ad Kiſſamos fl.

49. 1. 47.15. CRONSTATT, *Braſſaw*, urbs ampla cum arce forti, ad Farkas fl.

FOGARAS, *Fogara*, urbs ad Aluta fl. cum arce & Ditione.

47.32. 48.10. GERGIN, *Georgia*, urbs ad Meriſch fl.

KYSDY, *Kisdium*, urbs ad amnem ignob.

MAROS, *Maroſia*, urbs ad Meriſch fl.

48.43. 47.30. MERGENBURG, *Mariæburgum*, urbs cum arce forti, ad Alt-Aluta fl.

MICHELSBURG, urbs ad Bartsa fl.

47. 1. 48. 8. NEUMARCK, *Neoforum*, urbs ad Meriſch fl. ubi Status Tranſylvaniæ conventus habent.

RODNOTI, *Rodnotum*, urbs ad Meriſch fluvium.

REPS, *Repſia*, urbs cum arce, ad Alt-Aluta fl.

48.12. 46.38. ROTTENTHURN, *Turris rubra*, nunc Munimentum Strasburg & tranſitus in Walachiam.

TATROS, *Tatri*, caſtrum ad confinia Moldaviæ.

TURZFEST, *Turzfeſtum*, urbs ad Burciam fl.

VARTHEL, olim *Zarmiteguſa*, & *Ulpia Trajani*, oppidum.

46.55. 47.3. WEISSENBURG, *Alba Julia*, *Caroloburgum*, urbs ampla Epiſc. cum arce, olim reſidentia Principum, ad Meriſch fl.

CROA-

CROATIA, ſub Titulo REGNI.

Dividitur in *Morlachiam* ad oram ſinûs di Carnero, & *Corbaviam*, ipſi Morlachiæ ad Boream & Ortum. *Morlachia* eſt ſub protectione Venetorum, Corbavia Occidentalis ſub Cæſare, Occidentalis ſub Turca. Terminatur à Borea Savo fl. & Sclavonia, ab Ortu Boſnia, ab Auſtro ſinu Adriatico, ab Occaſu Carniola Auſtriæ.

Sub Tribus Dominis.

Urbes CROATIÆ.

Long Lat. ° ′ ° ′

WIHITZ, *Pigithon*, *Wihiza*, urbs munita, caput Croatiæ, & nunc ſedes Baſſæ Turcici, ad Unna fl. *39. 40. 45. 18.*

CARLSTATT, *Carolopolis*, urbs fortiter munita, ad confl. Kulpæ, & Mereswitz fl. ſub poteſtate Cæſaris. *39. 0. 45. 47.*

CASTANOWITZ, *Caſtanovicum*, urbs in Inſula Unnæ fl. munita ſub poteſtate Cæſaris.

DUBITZ, *Dubicium*, urbs ad Unna fl. ſub poteſtate Cæſaris. *40. 20. 45. 38.*

KAMENGRAD, *Kamengradum*, urbs cum arce in monte, ad fines Boſniæ.

OBROAZO, *Obroaza*, urbs ad fines Dalmatiæ, ſub poteſtate Venetorum.

PETROWOJOVA, urbs ad Odram fl.

SISECK, *Siſecum*, urbs cum arce munita ad confl. Savi & Kulpæ, ſub Cæſare. *39. 43. 45. 57.*

UGLIN, *Uglinum*, urbs ad Dobram fl.

ZAGRABIA, urbs ad Kulpam fl. Cæſaris. *39. 31. 46. 14.*

SCLAVONIA, ſub Titulo REGNI ab aliquibus.

Dividitur in Occidentalem Sclavoniam propriè dictam, & Orientalem Raſciam: Prior inter Styriam, Dravum, Danubium & Savum fl. concluditur à Borea ſcil. Hungaria inferiore, ab Ortu Raſciâ, ex parte Hungariæ ſuperioris, ab

ab Austro Bosnia & Croatia, ab Occasu Styria. Posterior Savo, Danubio, & Servia circumscribitur. Ambæ nunc subsunt potestati Imperatoris. Potiùs tamen Sclavoniæ propriè dictæ, Rascia Serviæ tribuitur.

Long. Lat.
° ' ° '

Urbes SCLAVONIÆ.

41.26. 45.50. POSSEGA, *Basiana*, urbs & caput Sclavoniæ, ad Oriava fl.

43.59. 45.45. CARLOWITZ, *Carlovicia*, oppidum cum arce, ubi An. 1699. Pax conclusa inter Imperatorem & Turcas, Aula verò Conventûs in Sacellum S. Mariæ de pace mutata, PP. Franciscanis à Leopoldo donata est, ad Danubium inter Belgradum & Peterwardein.

H. CREUTZ, *Fanum S. Crucis*, urbs ad Zaschma fl.

DOBROWITZ, *Dobrovicum*, urbs ad Savum fl.

43.29. 46.10. ESSECK, *Essekium*, urbs munita, cui vicinus adjacet, Pons ligneus, non una clade Turcarum celebris, per multas paludes ad Leucam productus, supra Dravum fl. pedum 8565. aliquoties exustus, & reparatus.

40.52. 45.44. GRADISCK, *Gradisca*, urbs nova & vetus ad utrumque littus Savi fl. Prima Sclavoniæ, altera Bosniæ.

KOPRANIZ, urbs cum castro munito non procul à Dravo fl.

S MARTIN, *Fanum S. Martini*, urbs ad Dravum fl.

43.57. 45.46. PETERWARDEIN, *Petrowaradinum*, urbs cum castello munito in monte ad Danubium fl.

44.15. 45.37. SALANKEMEN, *Salankemenum*, urbs munita ad Danubium fl. ab An. 1691. Turcarum clade celebris. Non procul Belgrado.

44.22. 45.32. SEMLIN, *Semlinum*, castrum munitum ad confl. Savi & Danubii.

43.35. 46. 1. VALCOWAR, *Valcovaria*, urbs ad Valco fl.

41.18. 46.33. VEROWITICZ, *Verovitica*, Arx & forte munimentum inter Dravum & Savum fl. Dravo tamen proprior.

WALPO-

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
WALPO, *Valpo*, castrum munitum, ad VValpo fl.	43. 0.	46. 8.
VVIVVAR, *Vivarinum*, urbs ad Savum fl.		
SIRMISCH, & *Czreim*, *Sirmium*, urbs Episc. in angulo Savi & Danubii, caput Comitatus Sirmiensis.	43. 11.	45. 28.

SERVIA PROVINCIA.

Quandoque etiam Rascia appellatur, constat 4. Gubernamentis, sive Sangiac Belgradensi, Semendriensi, Scopiensi, Crattoviensi. Dives frumento & fodinis auri & argenti; subest maxima sui parte Cæsari ab expugnatione Belgradi An. 1717. Terminatur à Borea Danubio & Hungaria superiore, ab Ortu Moldavia & Bulgaria, ab Austro Hersegovina, & Albania & Bosnia.

Urbes SERVIÆ.

	Long.	Lat.
GRIECHISCH WEISSENBURG, *Belgradum*, *Alba Græca*, urbs munita cum castro forti in monte, caput Serviæ, & antemurale Christianorum in Angulo Savi & Danubii.	43. 12.	45. 29.
CRATTQVO, urbs & caput Sangiaci Turcici, in Provincia Hersegovina.	45. 0.	44. 20.
GIUSTANDIL, urbs cum arce in rupe.		
NISSA, urbs ampla ad Nissawam fl.	45. 3.	44. 36.
NOVIBAZAR, *Novus mercatus*, ad confl. Stuiza & Rusca fluviorum.		
PASSAROWITZ, urbecula celebris à pace inter Imperatorem & Turcam An. 1718. ad Moravam fl.	44. 20.	45. 24.
SEMENDRIA, urbs & caput Sangiaci, ad confl. Moravæ & Danubii.	43. 30.	45. 20.
VIDDIN, urbs Archi-Episc. ad Danubium fl.	46. 13.	45. 18.
VIPALANCA, & ORSOVA, sunt Munimenta ad Danubium fl.		

BOSNIA olim REGNUM.

Reducitur ad Hungariam, quia Cæsar adhuc aliqua loca in ea possidet ad Savum fl. nunc regitur à Bassa Turci-

Long. Lat. ° ′ ° ′

co. Terminatur à Borea Sclavonia, ab Ortu Servia ab Auſtro Dalmatia, ab Occaſu Croatia.

Urbes BOSNIÆ.

43. 2. 44.38 SARAJO, *Saraglium*, urbs ampla, & Emporium, caput Boſniæ, ad montes, & Boſna fl.

41.58. 45.25. ARCKY, *Archya*, urbs ad Savum & Boſnam.

AGALAR, *Agalaria*, urbs ad Joſua fl.

41. 9. 44.24 BANJALUCH, *Banjaluka*, urbs & reſidentia Baſſæ, ad Wultrima fl.

DOBACZ, *Dobacia*, urbs ad Orizza fl.

40.31. 45.15. JAICZ, *Jaiza*, urbs ad Wultrima fl.

KRESSOW, *Kreſſovium*, urbs ad Saieniz fl.

KRALAMUM, urbs ad Miſna fl.

MOGLAY, *Moglaya*, ad Boſna fl.

NOVOMONTIUM, urbs ad Drina fl.

43.19. 44.16. ORACH, *Orachium*, urbs ad Drina fl.

PECHIA, urbs ad Biſtricz fl.

PRISRENDI, urbs Epiſc. ad Drin fl.

PRISTINA, urbs ad amnem ignob.

S. SABA, *Fanum S. Sabæ*, urbs ad Lin. fl. eſt & alia in ſylva, ad Confl. Saw & Drin.

TCHASINA, urbs ad Laſna fl.

42.42. 43.20. TERNOWITZA, urbs ad lacum ejusdem nom.

TIRNA, aliis *Clin*, urbs ad Titius fl.

VERBOSINA, urbs ad Saleniz fl.

ZWENICK, *Zuenica*, urbs ad Drin fl.

DALMATIA, olim REGNUM.

Pariter ad Hungariam reducitur, quia Imperator, ut Rex Hungariæ, quædam in ea poſſidet, plurima Veneti, aliqua Turcæ & respublica Raguſana. Terminatur à Borea Boſnia & Servia, ab Ortu Albania, ab Auſtro Mari Adriatico, ab Occaſu Morlachia & Croatia.

Urbes

Urbes DALMATIÆ.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
SCARDONA, urbs Episc. olim Metropolis ad Titius fl. lacum Scardona.	39.45.	44 25.
ALMISSA, urbs Episc. ad Cettin fl.		
BUDUA, urbs Episc. ad mare cum portu.		
CASTELNUOVO, urbs Episc. ad sinum Cattaro.		
CATTARO, *Deoclea*, urbs Episc. ad sinum Cattaro.	42.22.	42 38.
CLISSO, urbs ad sinum Salona.		
COGNIZ, *Cognitha*, urbs ad Hargnie fl.		
MOSTAR, *Mostara*, urbs ad Naro fl.		
NARENTA, *Narona*, urbs Episcop. munita, ad Naro fl. & sinum Narenza.	42. 5.	43 48.
NONA, *Ænona*, urbs Episc. munita ad mare cum portu.		
NOVIGRADUM, urbs ad sinum Novigrad.		
RAGUSA, olim Epidaurus, urbs Archi-Episc. caput Reipublicæ, in Peninsula munita, Tributaria Turcis, Cæsari, Venetis.	42.50.	43.20.
RISANO, *Rhizona*, urbs Episc. ad Sinum Cattaro.		
SEBENICO, urbs Episc. munita cum portu & duobus castellis, ad Ostium Kerkæ fl.		
SPALATRO, urbs Archi-Episc. munita ad mare.	39.59.	44.16.
STAGNO GRANDE, *Diltuntum.* urbs Episc. ad mare.		
ZARA, *Jadera*, urbs Archi-Episc. munita cum portu, ad fretum exiguum.	39.17.	44.31.

WALACHIA PRINCIPATUS.

AdHungariam reducitur, quia Cæsari, CAROLO VI. Regi Hungariæ, per Pacem Passaroviciam pars quædam Walachiæ cessit. Cæterùm quæ duæ nunc regiones Walachiæ & Moldaviæ nominibus distinguuntur, olim uno nomine Walachia dicebatur. Minor pars inter Alutam & Strethum fl. Walachiæ nomen retinuit, cui Sultanus Principem præfecit, cum tributo annuo 60000. Ducatorum, & aliquot centum Equorum. Regio quidem montosa & sylvestris est,

Sultano Tributaria.

Long. Lat.
° ′ ° ′

est, fruges tamen benignè profundit hominibus, & pascua pecoribus. Terminatur à Borea Transylvania, & Podolia, ab Ortu Moldavia, ab Austro Danubio, ab Occasu Hungaria.

Urbes WALACHIÆ.

47.43. 45.30. BUCKEREST, *Bucerestum*, urbs ampla & Residentia Principis, dicti *Hospodar*, ad Dembrowitz fl.

47.40. 45.50. TERGOVIST, *Tarvisium*, urbs pariter ampla & subinde Residentia Principis, ad Jaloniz fl.

47.30. 46.40. CUMPILUNGO, aliis *Lougenau*, urbs & emporium celebre, ad fines Transylvaniæ.

CZERNETEST, PITEST, PLOEST, sunt urbes, circa quas nobile vinum crescit, quod nulli in Europa cedit sapore & virtute.

MOLDAVIA PRINCIPATUS.

Major Walachiæ pars & inferior ad Niestrum fl. excurrit, Terminatur à Borea Podolia, ab Ortu Bessarabia, ab Austro Danubio & Bulgaria, ab Occasu Walachia & Transylvania. Moldaviæ Princeps, Woywoda, sive Hospodar pariter Sultani Vasallus, annuatim pendit 60000. Aureos, 500. Equos, & 300. Falcones. Terra valdè ferax est frumenti, fructuum, Ceræ, mellis, pecorum & Equorum præstantissimorum, etiam vini generosi, quod admoto igne flammam concipit.

Sultano Tributaria.

Urbes MOLDAVIÆ.

48.20. 46.30. JASSY, *Jassium*, urbs ampla caput Moldaviæ, sedes Hospodar & Archi-Episcopi Græci, Emporium omnigenarum mercium, cum Castro forti, ad Pruthам fl.

47.36. 45.52. BACKOW, *Baccovia*, urbs & Residentia Catholici Episcopi, in finibus Transylvaniæ ad Missowo fl.

47.53. 47.54. CHOTZIM, *Chotimiæ*, urbs munita ad fines Podoliæ contra Caminiec, ad Niester fl.

47.56. 47.20. SOCZOW, *Soczova*, urbs ampla olim residentia Principis, sed multùm nunc diruta, ad Stretum fl.

CATANAJOU, urbs vino celebris.

GUN-

HUNGARIÆ MEMORABILIA.

In tota Hungaria duo tantùm ſunt Palatia celebria, Arx Budenſis, ſatis magnifica adhuc, licet à Turcis multùm vaſtata, & Arx Præsburgenſis, aulæ regiæ capaciſſima. Non enim licet in vicinia hoſtis infenſiſſimi exſtruere Palatia, ſed præſtat potiùs erigere munimenta contra incurſus Barbarorum.

Palatia Hungariæ.

Munimenta Hungariæ.

Urbes Munitæ.

Caniſcha, in Hungaria inferiore.
Comorra, in Hungaria ſuperiore.
Erla, in Hungaria ſuperiore.
Gyula, in Hungaria ſuperiore.
Leopoldſtatt, in Hungaria ſuperiore.
Martinsberg, in Hungaria inferiore.
Mongatſch, in Hungaria ſuperiore.
Neuheuſl, in Hungaria ſuperiore.
Novigrad, in Hungaria ſuperiore.
Offen, Buda, caput Inferioris & Superioris Hungariæ.
Raab, Jaurinum, in Hungaria inferiore.
Sigeth, natura & arte munita in Hungaria inferiore.
Tokay, in Hungaria ſuperiore.
Vicegrad, cum arce munita, in Hungaria inferiore.

Tranſylvaniæ Munimenta.

Caſtellis & Arcibus.

Cronſtatt, in confinibus Walachiæ.
Eiſenthor, tranſitus in Serviam.
Groswardein, Clavis Hungariæ.
Hermanſtatt, ſedes Commendantis.
Temeswar, natura & arte munita.

Croatiæ Munimenta.

Urbes munitæ.

Carlſtatt, antemurale contra Turcas.
Petrowin, Munimentum inſigne.
Wihiz, , ſub poteſtate Turcarum.

Sclavoniæ Munimenta.

Urbes munitæ.

Esseck, ad Dravum cum ponte celebri.
Gradisca, nova ad Savum, contra veterem.
Peterwardein, Fortalitium novum.
Warasdin, ad Dravum fluvium.

Bosniæ Munimenta.

Urbes munitæ.

Banjaluc, Turcarum.
Jaiza, Munimentum Turcarum.

Serviæ Munimenta.

Urbes munitæ.

Belgrad, antemurale Hungariæ.
Orsova, in Bannatu Temeswar.
Pansova, in Bannatu Temeswar.
Widdin, in confinibus Bulgariæ.

Emporia Hungariæ. Licet Hungaria portus non habeat, habet tamen commoditatem mercium transvehendarum per magnum flumen Danubium.

Buda Emporium. *Buda* profectò in medio Hungariæ sita, non solùm toti patriæ, sed & omnibus circumvicinis provinciis necessaria & utilia providere potest: ut metalla & mineralia omnis generis, gemmas & lapides pretiosos, equos nobiles, armenta boum, greges ovium, eorumque vellera & Lanam: frumenti optimi copiam, vina generosa, ferarum ac piscium magnam & varietatem & abundantiam.

Belgradum Emporium. *Belgradum*, etiam, sive *Alba Græca* sita est loco ad pertractanda commercia longè nobilissimo, utpote ad confluxum trium magnorum fluminum Danubii, Savi, & Tibisci, & ad viciniam Dravi fl. per quem in totum Illyricum insignis negotiandi commoditas, imò ad Venetos & Italiam per canalem noviter ductum patefacta est.

Varadinum Emporium. *Groswardein* in confinibus Hungariæ, Transylvaniæ, Russiæ rubræ, & Poloniæ sita, unde ex omni parte negotiandi occasionem habet, & commodum rerum omnium efficitur.

Ad urbem Cremniziam & Neosolium magna vis auri & argenti eruitur, elaboratur, & cuditur, ut sileam reliqua metalla & mineralia per magnam partem Hungariæ. Modus autem fossionis talis est: singulis 4. horis descendunt circiter 150. metallarii cum sua quisque lampade per caminum longum 6. pedes, latum 2. profundum 2400. pedes; dum verò descendunt, saccus mineralium lapidum plenus ascendit, rotis jumentorum vi motis. Elapsis 4. horis coguntur sursum ascendere ad aërem purum, vixque reperitur ullus, qui ad 50. annum perveniat, pulmonibus successu temporis ulceratis ab acrimonia exhalationis venenatæ, & refertæ spiritibus Antimonialibus, Mercurialibus, Salinis, & Arseniacalibus, qui cerebro, cordi, & pulmonibus maximè sunt infesti.

Terra ferax Auri.

Modus effossionis

Est & alia via per cuniculos, quâ modò Peristiliis in rupe excisis, modò gradibus, modò scalis, per vias angustas magno cum labore trium vel 4. horarum spatio fodina visitatur. Ab ipso ore cuniculorum ad pedes 400. acre frigus sentitur, postea aura tepidior, denique semper calor quantumcunque profundè fodiatur. Aër verò externus per canales ligneos jam clausos, jam apertos, prout necesse erit, artificiosè introducitur, quod si non fieret, intra horæ quadrantem omnes perirent. Porrò sicut alibi fossores utuntur virga Corylacea, sic Hungari duabus tabulis, quarum inclinatione cum acu illita ad magnetem conjiciunt venas mineralium.

In Hungariâ diversus ab aliis.

CAPUT XII.
TURCIA EUROPÆA.

Hujus Imperator modernus est SULTANUS MAHMUD sive MAHOMETH V. natus An. 1696. ex captivitate An. 1730. in Solium Turcicum evectus, 1. Octobris.

STrictiùs sumpta complectitur partem Tartariæ minoris Crimeam & Bessarabiam: item Bulgariam, Romaniam, Græciam. Latiùs sumpta extenditur in regiones veteris Hungariæ magnæ, Moldaviam, Walachiam, Serviam, Bosniam, Dalmatiam, de quibus supra in Hungaria dictum est. Atque sic terminatur à Borea, Hungaria, Transylvania, Podolia, Ucrania, ab Ortu Archipelago, Propontide, Mari Nigro, Mœotide. Ab Austro Mari Mediterraneo, ab Occasu Dominio Veneto & Austriaco à Borea versùs Austrum. Longitudo à finibus scil. Tartariæ minoris, ad Promontorium Matapan in Morea est 225. Milliarium Germ. latitudo ab Occasu versùs Ortum ab Unna fl. Constantinopolim usque 195. Mill. Germ.

Termini Turciæ Europææ.

Longitudo Latitudo.

TARTARIA MINOR
Olim Scythia Europæa.

Terminatur à Borea Moscovia, ab Ortu Tartaria magna Russica, ab Austro mari nigro, ab Occasu Volhynia, & Tartaris variis inter Ostia Borysthenis & Danubii. Longa est 140. milliaria Germanica, lata 77. Dividitur in 12. Provincias, à quibus singuli diverso nomine Tartari vocantur: Crimenses, Precopenses, Nagajenses, Calmuki, Circassii, Ocyakovii, Lipki, Bessarabii, Bialogrodii, Budziacki,

Termini Tartariæ.

Longitudo Latitudo

Tartari Varii.


IMPERIUM TURCICUM
MARE NIGRUM olim PONTUS EUXINUS
MARE MEDITERRANEUM
MARE CASPIUM olim HYRCANUM
IMPERIUM TURCICUM
ASIA MINOR
NATOLIA olim ASIA
CARAMANIA
ARCHIPELAGUS
GRÆCIA
MACEDONIA
ROMANIA
BULGARIA
WALACHIA
TARTARIA MINOR
CIRCASSI TARTARI
GEORGIA
MINGRELIA
TURCOMANIA
ARMENIA
DIARBECK
CHURDISTAN
GILAN
SCHIRVAN
SYRIA
TERRA SANCTA
ARABIA PETREA
ARABIA DESERTA
ÆGYPTUS
MARE RUBRUM
SINUS PERSICUS
PERSIÆ REGNUM
IRAC AGEMI
LAURISTAN
CHUSISTAN
FARSISTAN
KERMAN
TABARISTAN
MASANDER
ASTRACAN REGN.
MOREA
CANDIA I.
Constantinopolis
Adrianopoli
Philippopoli
Sophia
Salonichi
Belgrad
Larissa
Athene
Corinto
Smirna
Bursia
Amasia
Trapezund
Erzerum
Erivan
Tauris
Bagdat
Aleppo
Damasco
Alexandria
Cairo
Jerusalem
Balsora
Hispaham
Medina
Ormus
Rhodus I.
Cyprus I.
Astracan
Assof

ziacki, Dobruzini, Czeremissi, qui tamen partim Russis, partim Turcis subsunt.

TARTARIA CRIMENSIS & PRECOPENSIS.

Est magna Peninsula, olim *Chersonesus Taurica*, inter mare nigrum & Mœotidem, ac Tartaros reliquos. Ab Anno 1404. Proprium habet *Chanum* ex Progenie *Chirai*, Regia, sed ab anno 1584. ejus posteri *Sultano M.* subjecti sunt, ut *Chanus* quicunque *Sultanum* in propria Persona ad Bellum procedentem sequatur cum 100000. Equitum, *Vezirium* verò cum 50. millibus. Sine alio tributo, cum hoc pacto, ut deficiente *Chani* familia *Sultani* succedat, deficiente *Sultani*, familia *Chani* succedat in toto Imperio Turcico. Dicitur *Chanus* intra mensem 150000. Equites educere in aciem posse, quando enim suos evocat, tenentur omnes viri se sistere expeditos in equis, unico in singulis familiis relicto, qui plaustri & gregum habeat curam, secúmque in utre farinam habere è milio, carnes siccas, alia & his similia, quæ ipsis sufficiant in cibum per 3. menses. Vix autem ullus est, qui 3. aut 4. Equos non habeat ad manum, ut noctu diuque summa properantes pernicitate, defessis aliis alii succedant. Equorum velocitati par est hominum pernicitas, penè semper adsunt improvisi, urbes diripiunt, & populantur agros. Si hostium occurrat exercitus, obequitant in conspectu ejus divisi, eum à latere, à tergo, à fronte deni & deni petunt; si terreat, diu vix resistunt, sed eadem velocitate, & fugiunt, & insequuntur. Si hostis insequitur, etiam fugientes eminùs illum telis obruunt; mox conversâ facie insistunt, lacessunt, & multiplici periculo sic implicant, ut penè semper victores & prædis onusti redeant in patriam & ad sua plaustra.

Situs Peninsulæ.

Chanus Vasallus.

Exercitus Equitum numerosus valdè.

Vagus velox.

Fugitivus pugnans.

Persarum, Medorumque Reges, Ipsumque Alexandrum aliquando superarunt; patuitque illis iter usque in Ægyptum.

Regum Victor.

ptum. Quin & per Poloniam, Hungariamque populabundi ad Austriam usque pervenerunt; hoc tempore tamen cum Russis minùs felices fuerunt.

Principi fidissimus. Sic colunt suum Principem, ut in iram Martis Dei sui cadere opinentur, qui ejus detrectat imperium. Imò fuerunt qui eo vita functo, eodem se tumulo consepelierint, ipseque Princeps, si qui ex favoritis suis priùs decessissent, toties sibi partem auriculæ amputabat.

Siluri fasciculus. Celebris est inter eos *Silurus*, Princeps Roxolanorum, 80. Filiorum Parens, quos proposito fasciculo totidem Hastilium, quorum singula facilè esset confringere, simul omnia impossibile, ad concordiam morti proximus excitavit.

Natura Terræ. Valdè ferax est frumenti, fructuum, & pascuorum, multò feracior esset, si excoleretur, gaudet bono & sano aëre, optimè temperato.

Genius Gentis. Populus ferox & Barbaricus, prædis & depopulationibus vicinorum inhiat, quarum Decimas *Chano* pendunt, contenti pro se lacte acido, caseis, & carnibus siccis; sed delectantur potissimùm equinâ, inter Ephippia, & dorsum Equi per aliquot horas macerata, velut reliqui Tartari: nec libenter Domi habitant sed in plaustris, hinc quinque tantùm urbes memorabiles habent, licet pagos ultra 8000.

Urbes TARTARIÆ CRIMENSIS.

Long. Lat. ° ′ ° ′

59.46. 47.30. BAKZISARAI, *Baciesaraja*, urbs & caput Tartariæ Crimensis, Residentia Chani: ad Kabarta fl.

ACHMETSHET, Residentia calga Sultani.

59.50. 47.40. PRECOP, *Precopia*, urbs munita in ipso Isthmo Peninsulæ, caput Tartariæ Precopensis, olim residentia Chani, nunc à Russis occupata & destructa.

66. 0. 47.20. CAFFA, urbs & Emporium cum portu bono duobus castellis munito, ad fretum conjungens mare nigrum cum Mœotide palude.

CRIM

CRIM, *Criminda*, urbs unde Crimea nomen traxit, ad Gerukesu fl. 59.56. 47.27.

KERCI, *Cercum*, urbs non procul à Caffa.

MANCUP, *Mancupa est forte munimentum*, ubi Thesaurus Chani asservatur.

Reliqui vicini Tartari non habent urbes, sed in curribus circumvagantur.

BULGARIA.

Provincia terminatur à Borea Danubio, Walachia, & Moldavia, ab Ortu Ponto Euxino, ab Austro Romania & Macedonia, ab Occasu Servia.

Urbes BULGARIÆ.

SOPHIA, *Bulgar*, *Triadizza*, *Sardicum*, urbs ampla, olim Archi-Episcopalis, caput Bulgariæ & Sangiacatus, residentia Beglerbegi Romeliensis ad Bojanam fl. & montana Argentaro. 48. 6. 43.40.

AXIOPOLIS, urbs ad Danubium vel Istrum. 49.34. 44.55.

BERCOWIZ, *Bercoviza*, urbs ad Ogost fl.

CHIPROWATZ, urbs ad amnem ignob.

CHIUSTERIGE & PROSLARIZA, urbs ad Ostium Danubii & lacûs Carassu in Mare Nigrum. 54.50. 45.30.

DESTOR, *Destorum*, urbs ad Danubium fl. 53.20. 46.19.

DOROSTERO, al. SILISTRIA, urbs & caput Sangiacatus, ad Danubium fl.

FEZLAN, *Fezlanum*, urbs ad Timach. fl.

HASGRAD, *Hasgradum*, urbs Montana Rhodope.

NIGEBOLI, *Nicopolis*, urbs ampla duplex, quam dividit Danubius, cum arce, caput Sangiacatus. 49.31. 44.50.

PASSANGIE, urbs montana Rhodope.

STRAVICHO, *Stravicum*, urbs ad Mare nigrum.

TERNOVA, urbs ad Janthra fl. 50.28. 44.20.

TOMISWAR, *Tomiswarium*, urbs ad M. nigrum. 54.28. 46.38.

TROSMIS, *Toromisium*, urbs ad Danub. fl.

TUTR-

Long.	Lat.	
° '	° '	TUTRACAN, *Tutracanum*, urbs ad Danub. fl.
54.29.	45.24.	VARNA, urbs cum portu ad mare nigrum.

ROMANIA, ſive ROMELIA.

Termini Romaniæ. Olim *Thracia*, magna Provincia & fertilis, terminatur à Borea monte Argentaro & Bulgaria, ab Ortu mari Nigro & Propontide, ab Auſtro Archi-Pelago, ab Occaſu Macedonia.

Urbes ROMANIÆ.

54.36. 42.56. BIZANTIUM, *Stambul*, *Conſtantinopol*, urbs ampliſſima ſepticollis, cum ſuburbiis *Galata*, & *Pera*, ubi commorantur Chriſtiani, olim erat altera Roma à Conſtantino M. condita, nunc ab An. 1453. eſt caput Imperii Turcici, ſedes *Sultani*, & Græci *Patriarchæ*, ac *Archi-Epiſcopi*, in Peninſula ad fauces Bosphori Thracii & ſinum maris nigri cum portu pulcherrimo, cui ex parte Aſiæ obverſa erat *Chryſopolis* ſive *Chalcedon*, ſed terræ motu diruta.

51.2. 42.3. ASPEROSA, olim *Abdera*, urbs Epiſc. quamvis aliqui duas ex una faciant urbes diverſas, ad ſinum, ſive Golfo d' Aſperoſa.

BILZIER, *Bilzirium*, urbs ad montana Rhodopæa, versùs Adrianopolim.

CARIDIA, *Cardiopolis*, urbs ad ſinum Caridianum.

49.15. 41.15. CONTESSA, urbs ad ſinum Strymonium & oſtium Strymon fl. ſive Golfo di Conteſſa in Archipelago.

53 40. 41.30. GELBOLE, *Gallipolis*, urbs Epiſc. & ſedes Præfecti Maris, Capitan Baſſa, cum portu bono, ad Fretum Gallipolis ſive Stretto di Gallipoli.

51.44. 43.17. HADRIANOPL, *Hadrianopolis*, urbs ampla Archi-Epiſcopalis, & ſubinde commoratio *Sultani*, præcipua poſt Bizantium, ad Hebrum fl.

JANICOLE, *Monocelo*, urbs ad Marizam fl. ſive Hebrum.

MALA-

Long. Lat. ° ′ ° ′

MALATIA, urbs ad mare nigrum cum portu.

MAXIMIANOPL, *Maximianopolis*, urbs non procul Asperosa, ad lacum. 49.24. 42.16.

PHILIBBA, *Philippopolis*, urbs ampla Archi-Episcopalis, ad Marizam fl. 49.39. 43. 0.

SELIVREA, *Selymbria*, urbs Archi-Episcopalis, ad Propontidem, sive mare di Marmora. 54. 3. 42.33.

TITIMAN & ICHTIMAN, sive *Steinmachurn*, urbs mediterranea.

TRAJANOPL, *Trajanopolis*, olim Zernis & ampla Archi-Episcopalis, nunc parva & minùs culta ad Marizam, sive Hebrum fl. 51.56. 43.34.

ANTIQUÆ THRACIÆ REGNUM
Nunc sub Turcarum Imperio,

Habebant olim Thraces proprium sibi Regem, & quidem annis & moribus gravem, cui non essent Liberi, ne regnum fieret Hæreditarium. Tandem discordes inter se duo Reguli Arbitrum delegerunt *Philippum* Macedoniæ Regem, qui hac discordiâ usus, magnam Thraciæ partem occupavit, totam dein *Alexander* ejus Filius obtinuit. Duo alii subinde post mortem *Alexandri* Thraciæ reguli *Romanos* evocârunt, qui dissensiones eorum ita composuerunt, ut consumptis Belli Ducibus, *Tyberius Cæsar* An. Christi 27. de ambobus triumphaverit. Demúmque sub *Claudio* Imp. Thracia *Romani Imperii* facta est *Provincia*, & *Romania* dicta, maximè sub *Constantino M.* qui devicto *Licinio* Byzantium instauravit, & novam ibi *Romam* condidit An. 330. Varia subinde fuit Hujus Imperii facies ad annum 1204. quo dissidentibus inter se Imperatore *Isacio* & *Alexio* Filio, multisque regni vices alternantibus de communi consilio Fœderati *Principes Latini*, capta Constantinopoli, primum dixere Imperatorem *Balduinum* Comitem Flandrensem. Hæc dum *Latini* agunt in urbe, *Theodorus Lascaris*

Regnum devenit ad Philippum & Alexandrum

deinde ad Romanos

sub quibus floruit

Discordia defecit

rediit ad Græcos.

à Græcis Imperator creatus, Nicææ in Bythinia ſedem conſtituit, qui *Sultano* Turcarum Imperatore propria manu perempto, *Conſtantinopolim* cepit. Verùm graſſantibus ubique Barbaris demum anno 1453. *Conſtantinopolis* octavo Anno Conſtantini octavi Turcarum Tyrannidi ſubjecta eſt. Atque ita, quod in Occidentis Imperio accidit, ut ab *Auguſto* ceptum, deſineret in *Auguſtulo*, hoc in Oriente factum eſt, ut quod in *Conſtantino Magno* ceperat, perinde in *Conſtantinello* deſineret.

Tranſiit ad Turcas

Imperium modò Turcarum prorſus Deſpoticum eſt, unde mancipia ſunt Magnates & Primi Imperii Miniſtri, utpote quorum vita, opes, & fortuna in manu ſunt Imperatoris; imò nec ipſi adeò Filii & Fratres illius vitæ ſecuri ſunt, quin repentè aut veneno, aut laqueo interimantur. Adminiſtratur totum Imperium à M. *Divan* Senatu Conſtantinopolitano per *Vezirios*, *Beglierbegos*, *Baſſas*: quos inter eſt Primus Vezirius, Militiæ Turcicæ ſupremus Præfectus. 2. Baſſa Capitaneus, qui Claſſi maritimæ præeſt. 3. Janizarorum Aga, ſive ſupremus Peditatûs Turcici Præfectus. 4. Capi Aga, urbis Conſt. Gubernator. Sunt præter eos alii Baſſæ, & plusquàm 100. Sangiaci ſubminiſtri.

Regimen Deſpoticum.

Ordo Miniſtrorum

GRÆCIA,

TURCÍS ROMELIA.

Maximum inter Generales Imperii Turcici Provincias Gubernamentum complectitur præter 6. Provincias: Macedoniam, Albaniam, Epirum, Achajam, Theſſaliam, Moream, Inſulas totius Archi-Pelagi.

Græcæ Provinciæ.

Terminatur à Borea Dalmatiâ, Serviâ, Bulgariâ, Romaniâ, ab Ortu Archi-Pelago & Propontide, ab Auſtro Mari Mediterraneo, ab Occaſu Mari Veneto Adriatico. Longitudo ab Auſtro versùs Boream 160. Milliarium Germanicorum, latitudo ab Occaſu verſum Ortum 100. Fœcunda eſt frumento, fructibus, vino, oleo, paſcuis, multò fœcundior tamen

Termini Græciæ.

Longitudo Latitudo. Natura Terræ.


GRÆCIÆ et ARCHIPELAGI delineatio
Septen trio
Meri dies
Occidens
Oriens
SERVIA
ROMANIA
MACEDONIA
NATOLIA
ASIAE PARS
LIVADIA
ACHAIA
MOREA
GOLFO DI VENETIA
ITALIA PARS
MARE ÆGÆUM Hodie ALBUM et ARCHI-PELAGUS
MARE DI CANDIA
CRETA hodie CANDIA
CONSTANTINOPOLIS
MARMORA
Adrianopoli
Sophia
Thessalonica
Larissa
Durazo
Lepanto
Patrasso
Corintho
Athenæ
Theba
Negroponte
Smyrna
I. Lemnos
Napoli di Romania

tamen esset, si à Segnitie & Barbarie incolarum non relinqueretur inculta.

Genius Graecorum.

Graeci semper mendaces à multis temporibus dicti sunt, Latinis maximè infensi, ideoque malunt Turcarum Tyrannidem, quàm Romanorum pati imperium, & serò nimis sub duro jugo miseri, pauperes, exspoliati ingemiscunt à Spiritu S. deserti, quem negant à filio Dei procedere, permixti Turcis, Tartaris, Judaeis, mores eorum etiam, ut & superbiam & fraudulentiam participant.

Tributum Capitale

Graeci Tributum Ingens Imperatori quotannis pendunt in singula capita, & Liberorum robustissimos, imò etiam Parentes plerosque, ex quibus fiunt *Genesarii*, sive *Janizaren*, Turcicae militiae robur, ut collapsa Graecorum potentia, nunquam amplius se erigere possit, & terra aliàs foecundissima inculta maneat, & penè desertum fiat.

Graecia Antiqua

Olim nulli Provinciae aut Regioni totius Europae secunda. Quidquid enim laude dignum, exceptâ verâ fide, singulae Europae nationes hodie ostentant, Graecis non defuit, imò illae ab his acceperunt. Siquidem è Graecia originem ducunt Lycaea, Gymnasia, Academiae. Philosophia inprimis ibi videtur nata & educata, atque ex illius ductu usque in adyta Theologiae Christianae penetravit *Plato* Divinus. Varias rerum publicarum formas, certásque leges, ac modos easdem Gubernandi praescripserunt Graeci sapientes, quas Latini & Romani acceptârunt: Oratores Graecorum effata, & eloquentiam in perorando secuti sunt: Poëtae fingendi modum: Mathematici & Mechanici, Geometriam, Architectonicam, Pictoriam, Sculptoriam, Nauticam, symmetriam partium, columnarum Ordines, & totius Fabricae tam civilis, quàm militaris: Belliduces Stratagemata, artem militarem & pugnandi peritiam.

A Graecis Europaeae Scientiae & Artes

Civiles militares

Status Modernus

Verùm Graeci, ut ut olim sapientes, magnanimi, Bellicosi, atque ad omnem morum elegantiam & ingenii culturam prae caeteris nationibus erant formati, ita hodie

abjectus inglorius.

prorsus ignavi, timidi, atque inter Barbaros, quibus serviunt, rudes effecti sunt atque illiterati. Non loquitur amplius celebre istud oraculum Delphicum, nec visitur profunda specus, ex qua efferebatur spiritus furoris Divini, nec Tripus sublimis in ejusdem orificio, quo conscenso Pythia, ubi spiritum conceperat, carmine solutáve oratione oracula fundebat, nunc silet: Nec superest famosissimum Apollinis Fanum propè Naupactum sive Lepante: nec Castalius, nec Hyppocrene, nec Aganippe Fontes, ad quos habitabant Populi Pyeres, unde Pyerides Musæ & mons Parnassus. Verbo, nihil hodie antiquæ Græciæ reliquum in ipsa Græcia reperitur. Hinc quæ Prima fuit olim inter *Europæ* Provincias *Græcia*, nunc ultima & Geographiæ Politicæ Europææ est finis.

Rudis elinguis.

MACEDONIA I. PARS GRÆCIÆ.

Status Antiquus.

REGNUM CASCAR. REGNO TIBETICO CONTERMINUM.

KASGHAR, *Cascar*, urbs & caput Regni ad Jarimuhl fl. *115. 31. 43. 4.*
HORMA, urbs ad amnem ignob. *116. 15. 43 4.*
JACONICK, *Iaconica*, urbs ad amnem ignobilem. *116. 10. 43. 51.*
PARVAN, *Parvanum*, urbs ad Cheſel fl. *116. 18. 44. 30.*
SACHANIA, urbs ad Taumaſſa fluvium. *116. 11. 45. 20.*
TERSIS, urbs ad Cheſel fluvium. *109. 0. 46. 21.*

VII. TARTARIA TURCHESTANA.

Olim Turcomannia, unde primò Turcæ egreſſi *Saracenis* ſe junxiſſe creduntur, Imperio Mogolis ad Auſtrum contermina.

SAMARCAND, *Samarcand*, urbs & olim regni caput, Patria & Aula Magni *Tamerlanis*, qui ex Paſtore Latro, ex Latrone militum Ductor, ex Ductore Magnus Chan Tartarorum, & totius Aſiæ Terror fuit, hodie multùm vaſtata ad Sog fl. non procul à mari Caſpio. *97. 31. 42. 10.*

BELCK, urbs & nunc caput regni & reſidentia Principis.

ABERKAND, urbs ad Confl. Kand & Sochas. *98. 30. 45. 21.*
CARACOL, *Caracola*, urbs ad Sochas fl.
FARAB, *Faraba*, urbs ad Kand fl.
FARGANACH, *Farganacum*, urbs ad Jarimuhl fl.
LERE, *Leria*, urbs ad Oſtium Arſan fl.
SAMAIM, *Samaima*, urbs ad Cheſel fl.

TE-

101. 0. 42. 20. TERAS, *Terasia*, urbs ad Confl. Chesel, & Jarimuhl fl.

REGNUM BOCHARA.

94. 5. 42. 41. BOCHARA, urbs & emporium ac Regni caput, ad Gieihan fl. olim Oxus.

CARMINIA, urbs ad lacum Cognom.

CHESINI, *Chesinum*, urbs ad Lacum.

101. 0. 42. 20. MERGLEN, *Merglena*, urbs ad fl. ignob.

VIII. TARTARIA MOGOLICA sive MUGALIA.

Magno Mogoli Tributaria, dividitur in flavam à flavis incolis, in nigram, in albam, in fuscam, qui omnes varii coloris variè vagantur sine urbibus, congregati in Hordas, & Kalmaki vocantur.

MUGALIA FLAVA.

Continet Regionem Principis *Talaman* Regionem

08. 50. *Catuchtæ*, sive Pseudo-sancti superstitionum Præfecti.

Regionem *Otzuroisain*, sive potentissimi Mugalorum Chani, qui plurimas secum trahit Hordas.

MUGALIA NIGRA.

110. 49. Continet plures Hordarum Principatus.

Hordam Principis *Ayzeckaye.*

Hordam Principis *Vezurta.*

Hordam Principis *Kontaira.*

Hordam Principis *Kinstakaja.*

Hordam Principis *Irdin Sasana.*

MUGALIA ALBA.

112. 51. Continet pariter Hordarum Principatus.

Hordam Principis *Taiß Jalbadois.*

Hordam Principis *Semsi.*

Hordam Principis *Itzigin.*

MUGA-

MUGALIA FUSCA.

Long. Lat.
° ′ ° ′
109. 48.

Continet similiter aliquot Hordarum Principatus. Magis versùs Orientem sunt magna deserta *Karakatay*, *Lop*, & *Xamo.* reliqua Tartarorum gens vaga sine lege, sine Rege, sine fide, sine ratione, sine moribus, brutis similiores quàm hominibus. Satis de his.

CAPUT II.

IMPERIUM TURCICUM ASIATICUM.

Termini Imperii Turcici Asiatici.

UNum ex maximis Orbis Imperiis, si annumerentur ea, quæ possidet in Europâ, Asiâ & Africâ. Hoc autem Asiaticum terminatur à Boreâ Tartariâ Circassicâ ad fines Georgiæ & nigri Maris. Ab Ortu Persiâ, ab Austro Mari Arabico, ab Occasu Propontide, Mari mediterraneo, & Mari rubro.

Long. Lat.

A Boreâ versùs Austrum, sive à finibus Mingreliæ usque ad Sinum Babelmandel est 450. Milliarium Germanicorum.

Latitudo ab Occasu ad Ortum, sive à finibus Natoliæ Smyrna, usque ad Van & oram maris Caspii 225. Germ. Milliarium.

Natura Terræ.

Terra de se passim valdè fœcunda est floruitque in omni genere, quando erat sub Assyriis, Persis, Macedoniis, Romanis, aut sub propriis regibus, ab irruptione verò Turcarum miserè vastata sylvescit. Sicut enim Turcæ, occupatâ semel urbe, solent omnia diruere palatia, omnesque incolas, & ruricolas duræ servituti subjicere, ita etiam terram incultam & desolatam relinquunt.

Gens rudis literarum & morum, barbara, infida, frau-

fraudulenta, crudelis tam in ſuos, quàm in exteros, ſicut Imperium Tyrannide ceperat, ita eadem Tyrannicâ ſævitie, ac nefandâ politiâ uſurpatum conſervat, Deſpotico prorſùs Imperio.

Origo Turcarum.

Primùm ex monte Caucaſo ac circumvicinâ Scythiâ Turcomannia dicta (exteri enim eos vocarunt Turcos, eoquòd diu obſcuri in ſylvis, & montibus ferinâ victitâſſent) prodiiſſe feruntur, ac modò Europæis cogniti ſunt Anno Chriſti 625. quando Heraclio Imperatori ac Romanis contra Corshoën Perſarum Regem auxilio fuerunt. Poſtea Perſidem occuparunt, Saracenis inde expulſis, cùm priùs Mahometicam ab Illis ſuperſtitionem hauſiſſent, circa annum 1042. Inde in Syriam, Cappadociam, Natoliam infudêre ſeſe, reliquasque Aſiæ Minoris Provincias occuparunt, unde 7. exſtitêre principatus, quibus extinctis unus *Othomannus* ſive *Osman* Imperium arripuit, & Poſteris Nomen *Othomannorum* dedit. Regnique ſede *Pruſæ* in Bithyniâ conſtitutâ, Græcos adortus eſt, quos deinde ut & vicinas Hungariæ Provincias ſubjugaverunt Amurathes I. Bajazetes, Amurathes II. poſt multas clades acceptas à *Joanne Hunniade* & *Scanderbego* Ducibus fortiſſimis. Denique *Mahometes II.* captâ Conſtantinopoli, *Bajazetes II.* & *Selimus*, toto quà latè patet Imperio à Ponto Euxino usque in Africam occupato, Nobile iſtud Romanorum Orientale Imperium cum irreparabili damno Chriſtianorum extinxerunt.

Progreſſus Armorum.
Mahometica ſecta.
Othoman I. Imperator.
Pruſa I. Regni Sed.
Secunda Byzantium.

Diviſio Imperii.

Dividi ſolet in 6. Provincias majores: 1. Natoliam. 2. Syriam. 3. Georgiam. 4. Turcomanniam. 5. Meſopotamiam. 6. Chaldæam, & triplicem Arabiam.

I. NATOLIA.

ſive PARVA ASIA.

Natoliæ Peninſulæ.

Eſt magna Turcarum Regio ab Euphrate flumine ſe extendens ad mare nigrum, Propontidem, Archipelagum,

gum, & mare mediterraneum, undique à tribus lateribus Boreali, Occidentali, & Australi velut Peninsula mari alluitur, ab Ortu verò per Euphratem à Turcomanniâ, & Mesopotamiâ dirimitur. Terra valde fœcunda est. Subdividitur in 4. Provincias: Anatoliam propriè dictam, Caramaniam, Amasiam, Aladuli.

Situs Partes.

ANATOLIA PROV.

Anatoliæ Antiquus, & Modernus, Status.

Multorum regnorum & rerumpublicarum Mater, in colles passim assurgit & montes, adhuc plena ruinis ac ruderibus, tum à Turcarum Barbarie, tum iteratis Terræ motibus. Regio aliàs de se apprimè nobilis gignit vinum generosum, frumentum & oleum, fructusque optimos; hodie tamen sub Turcis minùs ferax, quia minùs culta, & vini potus interdictus.

Partes Antiquæ.

In eâ olim plures erant Provinciæ à Sacrâ Scripturâ nominatæ: *Bithynia Paphlagoniâ, Mysiâ, Phrygia, Lydia, Æolis, Jonia, Caria,* & pars *Galatiæ.*

Urbes ANATOLIÆ.

Long Lat. ° ′ ° ′

CHIUTAYE, *Cotyæum*, urbs Archi-Episc. Caput Natoliæ & Phrygiæ, sedes Beglierbegi, ad Sangari fl. *57. 3. 40. 30.*

ANGARI, *Ancyra*, urbs Episc. caput Galatiæ, sedes Sangiaci, sive subpræfecti. Hìc à *Pompejo* victus est *Mithridates*, & à Tamerlane Bajazetes. *59. 5. 41. 12.*

AVIDO, *Abydus*, unum ex Dardanellis sive Castris ad Hellespontum, sive fretum Gallipolitanum, inter Mare di Marmora & Archipelagum, alteri Castro *Sesto* in Europâ oppositum. *53. 40. 41. 0.*

BOLLI, *Honorias*, urbs Galatiæ, ad Parthenium fl. *59. 34. 41. 27.*

BURSIA, sive *Prusa*, urbs ampla & caput Bithyniæ, olim Archi-Episc. & sedes M. Sultanorum, cum Castro ad Montem Olympum. *54. 32. 41. 2.*

CALCEDO, *Chalcedon*, urbs olim Celebris, nunc pagus & mera rudera.

59. 10. 40 15. CHIANGARE, *Pessinus*, urbs olim Archi-Episc. & Caput Galatiæ, nunc pagus.

54 30. 37. 43. EFESO, *Ephesus*, urbs olim Archi-Episc. & Celeberrima, hodie vicus cum arce & portu ad ostia Caistri fl.

58. 0. 43. 2. EAMASTRO, *Amastrum*, urbs olim Episc. *Paphlagoniæ*, nunc Vicus ad Ostium Parthenii fl.

54. 4 38. 50. FOJA VECCHIA, *Phocæa*, urbs olim Episc. nunc vicus.

FOJA NOVA, urbs satis culta cum arce & portu, non procul à priore.

[illegible] 30. 35. 31. GNIDO, *Gnidus* & *Standia*, urbs olim Episc. *Cariæ*, nunc vicus cum ruderibus ad Promontorium Crio.

54. 38. 37. 0. HALICARNASSO, *Halicarnassus*, urbs olim Episc. & caput *Cariæ*, nunc propemodum excisa, visuntur tamen adhuc rudera *Mausolæi* inter 7. mundi miracula recensiti.

50. 4. 41. 30. ISNICH, *Nicæa*, urbs olim Archi-Episc. ad Ascaniam paludem, celebris à Concilio Nicæno, & damnatione Hæresis Arianæ.

54 30. 40. 2. LANDIMITRI, *Adramitum*, urbs Episc. *Troadis*, ad radices Montis Idæ, cum portu ad Sinum Adramittenum.

55 58. 38. 24. LAODICHIA, *Laodicea*, urbs olim Arhi-Episc. hodie vicus ad Lycum fl.

54. 28. 41. 54. MARMORA, *Pronnesus*, urbs in Peninsulâ propontidis sive Mar di Marmora, sic dicta, quia marmor ibi eruitur.

54. 40. 37. 14. MELASSO, *Miletus*, urbs olim Episc. nunc vicus, cum arce & Portu ad Ostium Meandri fl.

[illegible] 50. 42. 1. NICOMEDIA, Turcis *Ismith*, urbs olim Archi-Episc. nunc Oppidum cum ruinis ad mare.

50. 59. 42. 59. PONDERACHI, *Heraclea*, urbs olim Episc. ad Pontum, & Ostium Acherontis fl.

PERGAMUM, urbs olim Archi Episc. & ampla, nunc oppidum ex ruderibus, ad Selinum, & Caicum fl.

SAR-

SARDIS, urbs olim Archi-Episcopalis, ampla & celebris, nunc pagus à Pastoribus pecorum habitatus, cum Castro antiquo & Moschea Turcicâ ad Pactolum fl. [*56. 0. 39. 20.*]

SINOPI, *Sinope*, urbs olim Episc. nunc adhuc satis ampla cum portu Armiro ad Pontum, Dives Cinnabari, & Cupri fodinis. [*60 3. 43. 10*]

SCUTARI, *Chrysopolis*, olim urbs celebris nunc magnus pagus cum equorum commercio, ad Fretum & Bosphorum Thracium, Constantinopoli oppositus.

SMYRNA, *Turcis Ismir*, urbs Archi-Episc. Joniæ caput, ampla cum Castro antiquo & 2. Castellis novis, Emporium celeberrimum cum portu, sedes Præfecti. [*53. 50. 38. 20.*]

TACHIALI, *Antiochia Mæandri*, urbs Episc. *Cariæ*, ad Meandrum fl.

TROJA, & Ilium, urbs olim duplex Episc. nunc mera rudera, ad Scamandrum fl. [*53 44. 40. 47.*]

CARAMANIA.

Una ex 4. Provinciis Natoliæ versùs Austrum ad mare Mediterraneum contra Cyprum Insulam, ubi olim Lycia, Cilicia, Pamphilia, Lycaonia, Cappadocia.

Urbes CARAMANIÆ.

COGNI, *Iconium*, urbs Archi-Episc. Cappadociæ, caput Provinciæ & sedes Beglierbegi Præfecti, satis culta. [*61. 31. 38. 48.*]

ACSARAT, *Acsaratum*, urbs olim Archi-Episcopalis Ciliciæ & *Cæsar-Augusta*, nunc oppidum ad Madre fl.

NIGDE, *Nigidia*, urbs Episc. Lycaoniæ, non procul Iconio.

PATERA, *Patara*, urbs Episc. Lyciæ ad mare Mediter. & Ostia Xanthi fl. [*56. 49 36. 24.*]

SATALI, *Attalia*, urbs Archi-Episc. munita & emporium cum arce & portu, sedes Bassæ Turcici, ad maris Medit. Golfo di Satalia. [*58. 50. 36. 40.*]

SCALAMURE, *Anemora*, urbs Episc. cum arce munita ad Promontorium ejusdem Nominis. [*61. 31. 36. 33.*]

TACHIALI, *Antiochia*, urbs Episc. ad Cestrum fl.
ALIA *Antiochia*, Pisidiæ ad Modre fl.

63. 46. 36 51 TARSO, *Tarsus*, urbs olim Archi-Episc. & caput Ciliciæ, ad Cydne fl. Patria S. Pauli Ap. nunc *Terasse*.

63. 2. 39. 0. TIAGNA, *Tyana*, urbs olim Archi-Episc. ad Taurum Montem.

ISAURIA, urbs & caput Isauriæ prov.

AMASAN.

Una ex 4. Provinciis Natoliæ, olim *Cappadocia*, Terminatur à Boreâ Ponto Euxino, ab Ortu Armeniâ, ab Austro Caramaniâ, & Aladuli, ab Occasu Anatoliâ. Gubernatur à Beglierbego Præf. ubi olim Pontus & Pars Galatiæ. *Situs Amasiæ.*

Urbes AMASAN CAPPADOCIÆ.

62. 0. 41. 51 AMASAN, *Amasia*, urbs olim Archi-Episc. cum Castro, adhuc bene culta, caput Provinciæ, & sedes Beglierbegi, ad Irim fl.

ARSIGNAN, *Theodosiopolis*, urbs ad fines Aladuliæ & Euphratem fl.

GLANICH, *Nicopolis*, urbs olim Episc. Armeniæ Minoris, ad Ceraunum fl. à Pompejo condita.

65. 30. 40. 34 SAVASTIA, *Sebastia*, urbs olim Archi-Episc. ad Casulmach fl.

64 31. 41. 5 SUVAS, *Sebastopolis*, urbs Episc. ampla, sedesque Præfecti Turcici.

67. 35. 42 45 TREBISONDA, *Trapezus*, urbs Archi-Episc. Cappadociæ, caput Præfecturæ Trapezuntinæ, olim Græcorum Imperatorum Sedes, ad mare Nigrum & radices Montium.

62. 32. 41. 15 TOSCAT, *Neocæsarea*, urbs Archi-Episc. Sedes Impera-

peratricis Viduæ, ampla & populosa, ubi optimum Vinum crescit, ad Ceraunium fl. Sedes Bassæ.

ALADULI.

Una ex 4. Provinciis Natoliæ Terminatur à Boreâ Amasiâ, ab Ortu Turcomanniâ & Diarbeck, ab Austro Syriâ, ab Occasu Caramanniâ & Mari Mediterraneo. Olim Minor Armenia dicta habebat proprios Reges. *Termini Aladuliæ.*

Urbes ALADULIÆ.

MARAZ, *Marasa*, urbs Episcopalis, caput Provinciæ, Sedes Beglierbegi, ad confl. Gensui & Euphratis fl. *53. 30. 35. 21*

ADENA, *Abadea*, urbs olim Archi-Episc. ad Malmistram fl. al. Pyramum fl.

CAISAR, *Cæsarea*, urbs Archi-Episc. ad Melas fl. & radices Montis Argæi, cui præfuit *S. Basilius* Magnus. *66. 50. 41. 3*

L'AJAZZO, *Issus adjacium*, urbs Ciliciæ, veteris, cum celebri portu à Mercatoribus Asiaticis, & Europæis frequentato. *65. 15. 36. 37*

MALATIA, *Melitene*, urbs Archi-Episcopalis, ad Confl. Melas, & Euphratis fl. *53. 36. 35. 31*

SARMUSADA, urbs ad Gensui fl.

VARDARA, urbs ad amnem ignobl. Cæteræ urbes Natoliæ, olim celebres partim terræ motibus, partim Barbarie Turcarum destructæ sunt, ut colligitur ex ruderibus.

II. SYRIA, SORISTIAN.

Complectitur in se *Syriam* propriè, *Phœniciam*, & *Palæstinam*, quondam Terra melle & lacte manans, nunc passim, Turcis imperantibus, in desertum abiit, & quæ Hebræis incredulis suam fœcunditatem per unum uvæ botrum demonstravit, nunc propter agros incultos & rudera frequentia sibi prorsus dissimilis evasit. Mira mutatio *Partes Syriæ.* *Terra Sancta.*

tatio & terræ & Populi. Syri enim prius gentiles, deinde populus electus Israëlitarum, postea Christianorum, denique fæx Mahometanorum, ubi hodie Turcæ, Arabibus, Saracenis, Hebræis, & paucis Christianis, permixti, pauperes ut plurimùm, ac durissimo jugo Turcico oppressi, rudes prorsus & illiterati miserè vivunt.

Profanata Impia.

Termini Syriæ.

Terminatur à Boreâ Nataliâ, ab Ortu Arabiâ desertâ & Diarbeck, ab Austro Arabiâ Petræâ, ab Occasu mari Mediterraneo.

SYRIA PROPRIE DICTA.

Termini Soristan.

Terminatur à Boreâ Natoliâ, ab Ortu Diarbeck, ab Austro Phœniciâ, ab Occasu mari mediterraneo. Gubernatur à Beglierbego Præfecto Turcico, & habet sub se novem sangiacatus.

Long. Lat.

Urbes SYRIÆ PROPRIÆ.

67. 3. 36. 20 — ALEPPO, *Aleppum* & *Berrhœa*, item *Larissa* & *Chalybon*, urbs ampla Archi Episc. cum tribus Suburbiis Christianis, & Castro munito. Caput Regionis, Sedes Beglierbegi, Archi-Episcopi Græci, & Episcopi Maronitæ ex monte Libano, Emporium celeberrimum ad Marsyam fl.

65. 54. 36. 24 — ALEXANDRETTA, Turcis *Scanderona*, urbs olim ampla, Episcopalis, & Emporium cum portu ad Golfo d'Ajazzo plurimùm destructa, ubi tamen propter portum suos Consules habent Galli, Angli, Hollandi, & Dux Janizarorum Vectigalia exigit.

65. 40. 35. 34 — ANTIOCHIA, urbs olim primaria & Sedes Patriarchæ, ubi Primi Christiani dicti sunt, ad Orontem fl. nunc destructa, & nihil ostentat nisi aliqua antiquitatis vestigia.

68. 1. 34. 52 — TAYD, *Palmyra*, urbs olim Episc. & caput Regni Palmyrani.

HAMA,

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
HAMA, *Apamia*, urbs olim Archi-Episc. ad Orontem fl.	66. 43.	35. 0.
HEMZ, *Emisa*, urbs olim Archi-Episc. ad Orontem fl.	67. 58.	34. 17
LODIKIA, *Laodicæa*, urbs Archi-Episc. ad Libanum in Ora maris, sensim deficit.	65. 22.	35. 15
SCEMPSAT, *Samosata*, urbs Episc. ad Euphratem fl. nunc vicus.		

PHOENICIÆ SYRIÆ.

Termini Phœniciæ.

Olim celeberrima Incolis fortibus tum bello tum pace, lignis cædendis & navigiis construendis aptissimis, qui etiam Primi navigationes invenisse dicuntur. Terminatur à Boreâ Syriâ, ab Ortu anti-Libano, ab Austro Palæstinâ, ab Occasu mari Mediterraneo.

Urbes PHOENICIÆ.

	Long.	Lat.
DAMASCO, *Damascus*, Turcis *Scham*, urbs olim Archi-Episc. hodie Sedes Patriarchæ Antiocheni, & Beglierbegi, ampla, sæpiùs destructa & reparata, caput & Emporium variarum Sectarum Orientalium & Christianorum, ad Chrisorrhoam fl.	66. 0.	33. 28
ALCON & *Acre*, *Ptolemais*, urbs Episc. Regum Hierosolymitanorum amissâ Hierosolyma, Sedes, & Equitum S. Joan. ad mare, ferè excisa, Portus tamen ab Europæis frequentatur.	64. 28	33. 2
BARUT, *Berytus*, urbs Archi-Episc. ad mare Syrium, multùm destructa.	65. 5.	33. 55
GIBLET, *Bytlus*, urbs Archi-Episc. ad mare & Ostium Adonis, nunc Canis fl. de quâ nil nisi rudera supersunt.	65. 6.	34. 10
SAID, Sidon, urbs Archi-Ep. cum Castro & portu Capaci. Fuit restaurata â S. Ludovico, sed rursùs multùm destructa.	65. 3	33. 42
SUR, *Tyrus*, urbs olim Archi-Episc. cum portu securo & Castro, nunc jacet in ruinis.	64. 52.	33. 32
TRIPOLI *di Soria*, urbs ampla & bene culta, cum arce & portu. Sedes Præfecti Turcici.	65. 5.	34. 18

Long. Lat.
° ′ ° ′

pars Occidentalis paret Turcis, Orientalis Persis, Borealis Russis, Religionis Græcæ.

GEORGIA PROPRIE TALIS.

Termini Yberiæ. Terminatur à Boreâ Circassiâ Comanniâ, ab Ortu Schirvan, ab Austro Erivan, ab Occasu Colchide.

Urbes GEORGIÆ PROPRIE TALIS.

75. 0. 43. 28 TEFLIS, olim *Artaxata*, urbs ampla & caput Provinciæ cum arce, ad Curt fl.

73. 57. 45. 0. CORI & *Ghori*, urbs ad Lacum Exechie.

EXECHIE, urbs ad Lacum cognominem & Confl. Kop. & Curt.

ALBANIA GEORGIÆ.

Est pars & Provincia Georgiæ Orientalis, quæ hodie Zuria & Dagestan à Turcis appellatur.

Urbes ALBANIÆ GEORGIÆ.

78. 6. 47. 42 CHIPICH, olim *Media*, urbs & caput Provinciæ, ad Zunsa fl.

STRANU, olim *Albaida*, urbs ad Tercka fl.

TARKI, *Tarkum*, urbs ad Terka fl.

ZITRACHA, urbs ad fines Circassiæ.

MINGRELIA sive COLCHIS.

Termini Mingreliæ. Pars Georgiæ Occidentalis Terminatur à Boreâ Abacassiâ & muro ad Caucasum 60. milliaria longo defenditur, ab Ortu Georgiâ prop. ab Austro Turcomanniâ, ab Occasu mari Nigro, malè culta, quia incolæ continuò sunt in armis, & prædis.

Urbes MINGRELIÆ.

68. 58. 44. 15 GHIUTATES, *Cotates*, urbs cum Castro, Caput Provinciæ ad Phasis fl.

ALAC-

ALALCZICA, Munimentum in monte.
CHICARIS, Oppidum ad Mare Nigrum.
FAZZO, vicus & urbis ruinæ ad Pontum.
SAVATOPOLI, olim *Dioscurias*, urbs excisa nunc vicus ad Pontum.
S. SOPHIA, *Oenarthia* oppid. ad Pontum.

COMANIA.

Provincia Georgiæ Borealis, cujus incolæ vagi sunt more Tartarorum, & in montibus habent suas Stationes & Latibula, pauca oppida versùs *Asoff*, & Mœotidem, quæ sunt: *Comani vagi.*

BACMACHI, COPA, THEMAN, TRIMICI.
ALBA ZECCHIA, oppida malè culta.

IV. TURCOMANNIA.

Turcis *Curdistan*, ólim sub nomine majoris Armeniæ, cujus pars Borealis nonnihil frigida, satisque montosa est ad fontes Tigris & Euphratis; ferax tamen frumenti, vini, mellis ac fructuum nobiliorum; abundat pascuis & animalibus, cumprimis equis generosis, quorum olim quotannis 20. Millia Regem Persarum inde abduxisse memorant Authores. Dividitur in duas Provincias, Assyriam, Curdiam. *Terra fertilis.* *Fœcunda pecoribus.*

ASSYRIA TURCOMANNIÆ.

Terminatur à Boreâ Georgiâ, ab Ortu Schirvan sive Mediâ, ab Austro Diarbeck, ab Occasu Natoliâ. *Termini Curdistan.*

Urbes ASSYRIÆ TURCOMANNIÆ.

ARCERUM, *Arzyris*, urbs munita Episcopalis, caput Provinciæ, Sedes Beglierbegi, ad Euphratem fl. 67. 3. 42. 10

70.38. 42.40 CARS, *Chiseri*, *Chorsa*, urbs munita ad fontes Euphratis.

MAJAFAREKIN, urbs ad Tigrin fl.

SUMISCHAHAC, urbs ad amnem ignob.

CURDIA TURCOMANNIÆ.

75.20. 39.25 VAN ARTEMITA, urbs munita, caput Provinciæ, ad Lacum de Van.

ARDIS, urbs ad fontes Soaid fl.

BITLIS, *Tigranocerta*, urbs ad Nymphæum fl.

CHELATF, *Schildir*, urbs ad Lacum de Van.

71.30. 40.0. DABIL, urbs ad fontes Tigris fl.

ARZAPH, urbs ad Nymphæum fl.

V. MESOPOTAMIA ASSYRIÆ.

Nunc *Assania* & *Diarbeck* Assyrici Imperii pars. Regio fermè tota plana & campestris, inter duo flumina Tigrim & Euphratem posita, quondam nobilis, nunc ob Turcarum, Persarum, & Arabum prædationes vastata, & inculta. Cæteroquin fructibus abundat, Lanâ & Serico, pascuis, & animalibus; unde primis Progenitoribus & Patriarchis vitam pastoritiam exercendi insignis Occasio fuit. Terminatur à Boreâ Turcomanniâ, ab Ortu Assyriâ prop. ab Austro Yerack, ab Occasu Syriâ.

Terræ fertilitas.

Termini Diarbeck.

Urbes MESOPOTAMIÆ.

70.0. 37.38 CARACMIT, *Amida nigra*, urbs ampla & Archi-Episc. ad Confl. Tigris & Nymphii.

ALCHABUR, *Circesimi*, urbs ad Chabur fl.

73.58. 38.34 AMED, *Amida*, urbs ad Tigrim fl.

74.3. 39.11 ASANSCHIFF, *Scaphe*, urbs & caput Diarbeck

Sedes

Sedes Beglierbegi, ad Barema fl. & Montes *Niphates*, olim *Ararat*. ° ' ° '

BIR, *Bithra*, urbs ad Euphratem fl.

ERIVAN, urbs olim Archi-Episc. nunc Sedes Græci Patriarchæ, multùm diruta. *70. 1. 36. 50*

HORSAN, olim *Carra*, urbs ad Chabur fl. *71. 0. 36. 20*

MERDEN, *Marde*, urbs Archi-Episc. munita cum Castro in Monte.

MOSUL, olim *Ninive*, urbs ad Tigrim fl. ex ruinis veteris exstructa cum Castro. *72. 57. 37. 10*

NISIBIN, urbs Archi-Ep. ad Zabatum fl.

ORFFA, olim *Edessa*; urbs Archi-Ep. ad Chabur fl. *68. 19. 37. 26*

SCHEREZUL, al. *Arbela*, urbs Archi-Ep. & Sedes Beglierbegi.

VI. CHALDÆA
nunc CHALDAR, Yerack.

Situs Chaldææ. Sive Babylonia inter Tigrim & Euphratem, Mesopotamiam à Boreâ, Sinum Persicum ab Austro respicit. Regio deliciis plena, & urbibus quondam maximis, ubi *Paradisus* fuisse creditur, stetitque *Turris & urbs Babylon*, ac horti pensiles *Semiramidis*.

Terræ præstantia. Passim terra, dummodo leviter colatur, ferax est omnium bonorum fructuum, ceræ, mellis, Sacchari, vini, frumenti, Orizæ, sed & pascua vix alibi meliora, unde Butyri optimi ingens copia etiam in Indias defertur. Animalia & Equi Babylonii totius Orbis habentur præstantissimi. Hinc ipsa Terræ præstantia & planities Turcis & Persis perpetuam præbet Occasionem bellorum.

Urbes CHALDÆÆ.

BAGDAT, *Bagdadum*, urbs ampla, ex Veteris *Babylonis* ruderibus aucta & munita, Caput Regionis, Sedes Beglier- *72. 58. 34 11*

Beglierbegi, & emporium ad Tigrim fl. ſed non in loco priore.

72. 3. 35. 57 BALSORA, olim *Teredon*, urbs ampla Sedes Beglierbegi, Reſpublica, & Emporium celebre, ad Oſtium Euphratis fl. in Sinum Perſicum.

70. 12. 34. 6 CUFA, urbs ampla ad Euphratem fl.

FELUCIA, urbs ad Tigrim fl.

GEZIRA, urbs ad Confl. Tigris & Sorag.

GORNO, *Corna*, Caſtrum munitum ad Euphr.

WASET, *Vaſetum*, urbs ad Euphratem fl.

VII. ARABIA.

Turcis Arabiſtan, Maxima Aſiæ Peninſula, licet ſit ſub propriis Principibus, tamen fermè tota Imperatori Turcico tributaria eſt. A Boreâ versùs Auſtrum ad 600. Milliaria extenditur inter Sinum Perſicum & mare rubrum. Terminatur à Boreâ Syria, Meſopotamiâ & Euphrate, ab Ortu Sinu Perſico, ab Auſtro Mari Auſtrali, ab Occaſu Mari rubro Erithræo. Dividitur in 3. majores Partes: Arabiam Petræam, Deſertam, & felicem.

Situs Termini. *Partes Arabiæ.* *Studia Arabum.*

Arabes, quia vicini ſunt, *Ægyptiis* & *Chaldæis*, hinc, ſicut olim morum ingeniique culturam, ita hodie ab utrisque, utpote Turcarum ſubditis, Barbariem & ignorantiam traxerunt. Toti erant in literis, maximè in arte Medicâ & Aſtrologiâ perficiendâ, donec Turcica Tyrannis omnem literaturam exoſa profligatis ubique Muſis ſuam Barbariem & ignorantiam etiam in Arabiam introduxit, præcipuè Petræam & Deſertam, ubi ferè omnes aut Paſtores ſunt aut prædones; in Arabiâ verò felice magis Civiles ſunt, Mercaturæ dediti, & converſationi illuc Perigrinantium Populorum.

ARABIA BETRÆA vel Barraab.

Termini Barraab. Terminatur à Boreâ Palæſtinâ & Syriâ, ab Ortu Arabiâ

biâ desertâ, ab Austro Arabiâ Felice, ab Occasu Mari rubro & Ægypto. Petræa à Petris sive montibus Lapideis dicitur, ut plurimùm infructifera, Incolæ partim vagi, partim sub principibus coërcentur, omnes tamen Imperatori Turcico tributarii. In Arabiâ Petræâ 40. annis errârunt & commorati sunt Filii Israël Duce Moyse, ubi inter montes Eminet sublimis Mons *Sinai* hodie S. Catharinæ ad Ortum, & Mons *Horeb* ad Occasum, celebres tum Divinæ Legis promulgatione tum Moysis sublatione. In confiniis priùs fuerat Statio Moabitarum, Amalecitarum, Madianitarum & Idumæorum. Eorumque deserta memorantur in S. Scripturâ, Pharan, Cin & Cades.

Urbes ARABIÆ PETRÆÆ.

HERAC, *Petra*, urbs olim Archi-Episc. & Regio *Moabitarum*, nunc Semidiruta ad Torrentem Zareth. — *64. 0. 30. 31*

BUSSERET, urbs olim Archi-Episcopalis, ad fontes Chrysorrhoam fl. — *68. 0. 31. 40*

FARAN, *Faranum*, urbs ad quam olim Transitus Israëlis, nunc vicus ad M. rubrum.

MADRIAN, olim urbs, nunc vicus ad M. rubrum.

MOAB, *Medaba*, urbs olim Episcopalis ad montana, propè mare mortuum. — *64. 46. 31. e.*

MONS SINAI & *Horeb*, ad oram maris rubri cum Monasterio & pluribus Capellis pro peregrinis exteris Christianis.

ARABIA DESERTA
sive BERIARA.

Deserta dicitur, quia paucæ in eâ urbes, & incolæ passim sub tentoriis habitant; potissimùm quia plena est desertis & arenâ, quæ alicubi duodecim dierum itinere tam cumulata est, ut transiri vix possit, & ope acûs magne- — *Occidentalis Turcis.*

Orientalis Persis. ticæ via & terminus itineris inveniri debeat. Habet proprios Principes, qui tamen omnes (præter illos, qui ad Sinum Persicum) Imperatori Turcarum tributarii sunt. *Tributaria Beriara.* Terminatur à Boreâ Mesopotamiâ, ab Ortu Persiâ, ab Austro Arabiâ felice, ab Occasu Arabiâ Petræâ.

Long. Lat.

Urbes ARABIÆ DESERTÆ.

0 1. 0 1 ANNA, urbs ampla & caput Arabiæ desertæ, ad Euphratem fl.

70. 30. 34. 39 ANNA, urbs altera, non procul Balsorâ, ad Asten fl.

73. 0. 30. 10 MEXAT ALI, *Oratorium Ali*, urbs & Patria Pseudoprophetæ *Ali*, Interpretis *Alcorani*.

72. 10. 31. 42 MEXAT OCEM, *Oratorium Ocen*, urbs aperta 4. Mille Domuum, itidem Patria Pseudoprophetæ *Ocem*, Interpretis Alcorani.

70. 0. 33. 36 SUMISCASAT, Oppidum in deserto, ubi quondam *Saba* fuisse dicitur, unde Stellâ duce Tres SS. Reges versùs Hierosolymam & Bethlehem ad incunabula Summi Regis progressi sunt.

ARABIA FELIX.

sive HIEMEN.

Duplo major duabus præcedentibus, felix dicitur, *Arabiæ felicitas.* quia ferax auri optimi, Balsami, Thuris, Myrrhæ, Mannæ, aliorumque aromatum pretiosorum. Laudatissimi quoque sunt Equi Arabici urbes & mercimonia sat fre- *Situs Termini.* quentia, Principatus 14. insignes Turcis tributarii. Terminatur à Boreâ Arabiâ Petræa & desertâ, ab Ortu Sinu Persico, ab Austro Mari Arabico, ab Occasu mari rubro, ex quo corallia & Margaritas colligit.

Urbes ARABIÆ FELICIS.

70. 3. 22. 31 MECCA, *Mecha*, urbs ampla & caput Magni Principatus; Sedes Sultani di Mecca, Patria *Mahometis*, ad

quam

quam propterea plurimi ſingulis annis peregrinantur Turcæ ex locis etiam remotiſſimis per *Caravanas* eò deducti, ſita eſt urbs in valle montibus circumdatâ, ad quam quaterni tantùm dantur Anguſti aditus, ad Betium fl.

ADEN, urbs ampla, quaſi Reſpublica poſt interfectum Loci Regulum. Emporium Orientis celebre in Peninſulâ cum portu Uguf & Caſtro, ad oram maris fortibus muris munita, ad montes Caſtellis compluribus defenſa. Propter ingentes ibidem calores, ſolent Mercatores ſua negotia de nocte exercere. *70. 52. 13. 36*

ALIBINALI, *Alibinale*, urbs & caput Principatûs ejusd. ad Prim fl. *80. 5. 20. 0.*

BAHR, *Baharium*, urbs cum portu vicino Inſulæ *Baharem*, ubi celeberrimus eſt Margaritarum piſcatus. *75. 36. 27. 25*

CHAIBARA, urbs ad Chaibar fl. *70. 10. 25. 58*

DOLFAR, *Dolfara*, urbs cum inſigni portu. Hic optima ſunt Aromata.

ELCATIF, *Catifa*, urbs cum portu celebri.

FACALHAD, *Facalhada*, urbs cum Promontorio ejusd. Nominis.

FARTACH, *Fartachium*, urbs & caput Principatûs cum Promontorio hujus nom. & Portu. *77. 45. 17. 10*

MASCALAT, *Maſcalatum*, urbs & caput Principatus, olim Regni.

MASCATE, *Mascata*, urbs cum celebri portu & piſcatu Margaritarum, ad Sinum Balſora. *82 30. 23. 35*

MASFA, urbs & caput Principatûs olim Regni, ad Sur fl.

MEDINA, *Talnabi*, urbs Prophetæ Turcis celeberrima ob ſepulturam Mahometis, ad quam ſinguli Turcæ quotannis tenentur peregrinari; Chriſtianis autem ſub pœnâ mortis non datur acceſſus. Ad Lankic fl. *67. 0. 25 2*

MOCCA, *Moccha*, urbs ampla & Emporium cum arce & Portu celebri, ad quem Naves Indicæ cum ſuis merci- *66. 50 25. 12*

mercibus appellunt, & ingens Turcis Telonium solvunt, ad mare rubrum.

74. 3. 17. 56 SANAA, urbs & caput Principatûs Tehama, munitissima in monte & populosissima, ad Sanaa fl.

72. 10. 15. 22 ZIBITH, *Zibitha*, urbs ampla & caput Principatûs, olim Regni, Reginæ *Sabæ*, ut creditur, Sedes, est Dives cumprimis Myrrhâ & aromatibus cum portu ad Ostium Zibith fl.

ZIDEN, *Zidena*, urbs cum portu urbis Medinæ.

TOR, est insignis portus cum Castello & Turri, ubi transeunt omnes Caravanæ ex Ægypto & Barbariâ versùs Meccam, ad M. rubrum.

87. 5. 22. 2 RAS ALGATE, Promontorium cum oppido.

MOCADON, Promontorium cum oppido.

EX TOT PROVINCIIS TURCICIS.

Imperii Turcici. Asiatici amplitudo.

Collige quod in solâ Asiâ Turcico Imperio pareat, Tota *Natolia*, *Pontus Euxinus*, *Mar di Marmora*, *Archi-Pelagus*, *Amasia*, *Savastia*, *Cappadocia*, *Armenia*, *Galatia*, *Lycaonia*, *Isauria*, *Paphlagonia*, *Bithynia*, *Troja*, *Mysia*, *Caria*, *Lycia*, *Lydia*, *Doris*, *Æolia*, *Jonia*, *Phrygia Pamphilia*, *Cilicia*, *Caramania*, *Georgia*, *Gurgistan*, *Curdistan*, *Mesopotamia*, *Assyria*, *Babylonia*, *Chaldæa*, *Syria*, *Cœlesyria*, *Phœniciâ*, *Palæstina*, *Samaria*, *Judæa*, *Galilæa*, *Idumæa*, *Arabia triplex*, præter magnam *Europæ* & *Africæ* partem.

CA-

CAPUT III.
PERSIA.
IMPERIUM PERSICUM.
Cujus Imperator TACHMASIP III. Cæsis Turcis Anno 1730. Metropolim Ispahan Victor ingreditur. Pro Rex Regni THAMAS CULICAN.

UNum ex præcipuis Asiæ Imperiis, Terminatur à Boreâ Georgiâ, Mari Caspio & Tartariâ Magnâ, ab Ortu Imperio M. Mogolis, ab Austro Sinu & Mari Persico, ab Occasu Imperio Turcico Asiatico. *Termini Persiæ*

Ab Araxe fl. in Turcomanniâ, usque ad Indum ultra 400. Milliaria excurrit, Latitudo à Mari Caspio usque ad mare Persicum sive Oceanum Australem 300. Milliaria Germanica. *Longitudo Latitudo.*

Provinciæ pleræque ad utrumque mare Caspium & Persicum montosæ sunt, & magis fertiles, sed inter has mediæ & mediterraneæ Sabulosæ sunt & siccæ, nullo flumine navigabiles. Item Boreales sunt magis temperatæ sub sano aëre, Australes calidissimæ. Universim tamen Persia producit fructus Nobiles, frumentum, Orizam, vinum generosum, mel, saccharum, Gossypium, & ingentem Serici optimi Copiam. Celebrantur quoque mineralia & metalla, præsertim Ferrum & Chalybs, & facta exinde arma bellica: Gemmæ item: inter Animalia præstant Equi & Cameli cum duplici Gibbo. *Natura Terræ.*

Persæ sunt staturæ mediocris quidem sed robusti & nonnihil obesi: magis Australes coloris fusco-flavi, at magis *Genius Persarum.*

gis Boreales aliquanto candidioris. Capillos omnes abradunt, mystace excepto, quem satis promissum gerunt, capillos autem rubros oderunt maximè: manus & præcipuè ungues colore pingunt: incessus eorum gravis est, cui etiam respondet habitus oblongus, ac prolixus ferè ex telâ Gossypinâ, aut Sericâ undulata concinnatus: Nobiliores gestant Cidarim pelliceam pretiosam: Persæ Monachi Candidam, &, qui ex stemmate Mahometis Originem ducunt, rubram, quas idcirco capita rubra vocant. Sunt naturâ vivaces, ac boni milites, maximè Equitatus: valent judicio & sunt supra modum Civiles, grati erga beneficos, sed semel offensi non facilè reconciliantur. Habitatio non multùm differt à Turcicâ, inter cætera tamen Ipsis est peculiaris Culinæ ratio & commoditas: Cibus communis caro ovina, altilia, fructus, & panis multiplex: Potus vulgi Aqua temperata liquore ex uvis decocto, quem vocant *Duschab*; minùs tamen scrupulosi, quàm Turcæ, vinum bibunt: Magnus quoque usus est Opii, Tabaci, Caphe & The: nec adeo Illiterati sunt *Persæ*, ut *Turcæ*; habent enim alicubi suas Academias & Collegia, in quibus sua *Jura*, & *Leges* Persicas studiosè discunt, *Philosophiam* etiam, *Artem Medicam*, & scientias *Mathematicas*, quibus & *Rhitmicæ Poësi* præ cæteris addicti sunt. Nullibi cura florum & hortorum major est, quam in Persiâ: Linguam habent propriam, in quâ facundi sunt; Arabica tamen est lingua Literatorum & Oratorum.

Habitus vestium.

Habitatio Cibus

Studia Lingua.

Commercium Eorum potissimùm consistit in fructibus, armis bellicis, & Serico, cujus incredibilem copiam quotannis Europæis, aliisque divendunt; ne verò Mercatores mercibus suis ac bonis per Prædones frequentes spolientur, per *Caravanas* barbarus quidem, sed tutior itinerandi modus, est inventus, velut apud Turcas mos est, in quibus eligitur Capitaneus (Caravan-Bachi) pro viis dirigendis, & litibus componendis.

Commercia Caravanæ.

Post

Successio Imperii.

Post Reges *Artaxeres* & *Cosrhoës*, *Cyrus* Imperio Persarum initium dedit, quod supra ruinas Imperii *Medorum* fundavit, postquam variis in conflictibus egregia militaris virtutis specimina dederat: *Cræsum* namque Regem Lydiæ devicit, regnoque exuit: Babyloniam occupavit, & *Hebræis* captivis facultatem tribuit redeundi in Patriam, & instaurandi Templum Hierosolymitanum. Denique ubi totam fermè Asiam suo subjecit Imperio, Ipse tandem *à Tomiri* Massagetarum Reginâ in prælio devictus atque interfectus est.

Cyrus I. Imperator.

Darius I. II. Imperator.

Post hunc *Darius I.* expensas ad Templi Hierosolymitani restaurationem *Zorobabeli* donavit: occupavit Insulam Samos: domuit Rebelles Babylonios: Exercitu 700. Millium & Classe 600. navium compressit Scytharum irruptiones & insolentias: construxit Pontem supra Bosphorum Thracium, ut haberet transitum in Europam; sed tandem Ejus exercitus, constans 500. millibus Armatorum, à 12. millibus *Atheniensium* Duce *Miltiade* fuit Cæsus. Post quam Cladem instauravit nihilominùs suum Exercitum *Darius*, eumque vertit contra Rebelles Ægyptios, atque his necdum satis domitis, moriturus Imperium commisit *Xerxi* Filio, qui illud ampliavit exercitu 800. Millium Armatorum, in *Europam* per Hellespontum traducto, sed represso per *Athenienses*, inglorius occubuit.

Cæsus à Miltiade.

Xerxes III. Imperator.

Alexander M. IV. Imp.

Regnum Hæreditarium.

Denique Imperium hoc, olim tam amplum ac potens per *Alexaudrum M.* in posteris dissipatum, nunc Geographis sub Regni titulo venit. Est hæreditarium, & deficiente prole Legitimâ, succedunt Filii Naturales. Persæ Imperatores suos vocant *Sophi*, quod Sapientem, & *Schach*, quod Regem sonat, qui totum Imperium & omnes Provincias gubernat per *Chanos*, sive *Sultanos* pro Reges, quibus incumbit administrare Justitiam, certum alere militum numerum, & Provinciam quisque sibi creditam ab hostium incursione servare immunem.

Pro Reges Sultani.

CHA-

Kalenteri Darugæ. CHANIS ſuccedunt *Kalenteri*, qui ſunt Quæſtores Regii, & proventus curant. Hos dignitate ſequuntur *Darugæ*, qui ſunt Gubernatores Urbium, aliique Officiales minores.

Exercitus imminutus. Olim Imperatores, ut ex dictis conſtat, ad 700. Millia Equitum in armis tenuêre, nunc tantùm Rex Perſarum exercitum conſtare poteſt 100. Millium Equitum ex iis, quos *Chani* in ſuis Provinciis conſcribere & alere tenentur, annuique proventus Regii hodie ultra 15. Milliones vix excurrunt.

Partes Imperii. Totum Imperium complectitur 18. Provincias.

1. *Servan*, olim *Media Antropatia.*
2. *Aderbeizan*, olim *Media Tropatia.*
3. *Arack*, olim *Parthia*, *al. Aſſyria.*
4. *Chuſiſtan*, olim *Suſiana*, *Elam.*
5. *Fariſtan*, olim Perſis propriè.
6. *Lariſtan*, olim pars Perſidis.
7. *Kherman*, olim pars *Caramaniæ.*
8. *Sigiſtan*, olim *Drangiana.*
9. *Candahar*, olim *Arachoſia.*
10. *Choraſan*, olim *Sogdiana.*
11. *Balck*, olim *Parthia.*
12. *Khæmus*, olim *Margiana.*
13. *Tabriſtan*, olim pars Arcaniæ.
14. *Gorgian*, olim pars Parthiæ.
15. *Gilan*, olim pars Hircaniæ.
16. *Dilemon*, olim *Aria.*
17. *Sableſtan*, olim *Paropomiſus.*
18. *Send*, olim *Sindia.*

I. PROVINCIA SERVAN, Scirwan.

Olim Media Antropatia.

Una ex populoſiſſimis & fertiliſſimis Perſiæ Provinciis

vinciis ad oram Occidentalem Maris Caspii porrecta, Terminatur à Boreâ Regno Russico Astracan, Ab Ortu Mari Caspio, ab Austro Provinciâ Gilan, ab Occasu Turcomanniâ & Georgiâ. *Termini Provinciæ.*

Urbes PROVINCIÆ.

SERVAN, *Servanum*, ol. *Atarcata* urbs ad Mare Caspium, & caput Provinciæ. 76.31. 44.31

BACHU, olim *Gangara*, urbs ad Kurt fl. & Emporium, à quo dicitur mare de Bachu. 80.0. 41.58

BILAGAN, *Bilaganum*, urbs ad Confl. Kurt & Erasch fl.

DERBENT, olim *Portæ Caspiæ* sive *Caucasiæ* & *Ferreæ*, ita dictæ ob Angustum transitum ex Russiâ in Persiam, urbs munita cum arce & portu ad mare Caspium, & Ostium Kory fl. 76.15. 44.40

SCAMACHY, *Samachia*, urbs olim celebris sed multùm bellis & terræ motibus vastata, iterum restaurata, non procul à M. Caspio.

ZAGAN, *Zaganum*, urbs ad montana Caucasi.

TERKI, urbs ad mare Caspium.

II. PROV. ADIRBEITZAN.

Olim Media Tropatia.

Pars Armeniæ veteris & Mediæ Australis inter Diarbeck, Gilan & Servan ad mare Caspium.

Urbes PROVINCIÆ.

TAURIS, *Tauresium*, olim *Ecbatana*, urbs amplissima post *Ispahan* primaria, Emporium celebre manufactu- 79.10. 39.0.

ris sericis ex Auro & Argento, Sedes Pro-Regis & Generalissimi exercitûs, ad Scheinkaic fl. dicuntur ordinariè in eâ esse 600000. homines, præter exteros frequentes.

80.54. 40.3 ARDEBIL, *Ardevila*, urbs satis ampla; sed sine muro præaltis montibus cincta, ad parvum amnem.

78.20. 39.40 ERIVAN, *Erivanium*, urbs ampla & Emporium celebre manufacturis in finibus Turcomanniæ, munita cum arce, sedes Gubernatoris Persici, ad Zegnis & Queerkboulack fl propè montem Ararat, in quo Arca Noë quieverat.

MOUGAM, *Mugamia*, urbs in confinibus ad Montana.

81.16. 37.55 SULTANIA, olim *Triganocerta*, urbs hodie satis culta & populosa, ad Miana fl. olim Residentia Regia, antiquis adhuc magnifica columnis.

III. PROVINCIA ARACK, al. YERACK.

Olim Parthia al. Assyria.

Una ex Maximis, populosissimis & fertilissimis Persiæ Provinciis, distincta ab Yerack Turcicâ ad Arabiam. Terminatur à Boreâ Ardirbeitzan, Gilan, & Tabristan, ab Ortu Chorasan & Kherman, ab Austro Taristan & Chusistan, ab Occasu Yerack Caldar.

Termini Arack.

Urbes PROVINCIÆ.

82.32. 33.41 ISPAHAN, *Hispahamum*, urbs amplissima, inter maximas totius Orbis, nunc Caput totius Imperii, & Sedes Regia, cum 3. Suburbiis, septem leucarum circuitum complectitur, Emporium celebre Orientis, ad Senderud fl. à quo urbs in duas partes dividitur, sita in amplâ planitie, sed undique montibus circumdata & muro simpli-

ſimplici; Caſtrum tamen habet propè Palatium Regium, in quo Theſaurus aſſervatur.

CASBIN, *Casvinum*, urbs ampla, populoſa, & Emporium cum inſigni Palatio Regio, olim Regum *Medorum* Sedes, ad montes Sita. 83. 20. 33. 48

CASCAN, aliis *Caſſian*, *Cascanum*, urbs ampla, ſed defectum aquæ ſalubris patitur, & Scorpionibus infeſtatur. 82. 33. 32. 2

VESD, & *Sava-Tesd*, urbs ad Montana. 84. 3. 33. 52

KOM, *Komum*, urbs in ſolo frugifero.

IV. PROV. CHUSISTAN.

Olim Suſiana & Elam.

Inter Provincias Yerack, Agemi, Fariſtan, & Golfo di Balſora media.

Urbes PROVINCIÆ.

SUSTRA, Sus, olim *Suſa Aſueri* Regia Sedes, & nunc Caput Provinciæ Chuſiſtan, ad Eulæus ſive Coaſpes, hodie Zegmare fl. 77. 21. 33. 1

HARVIEZ, *Harvieza*, urbs ad Firitiri fl.

RAM HARMOZ, urbs ad fl. exiguum.

SIAPUR, *Siapura*, urbs ad ſirt fl.

V. PROVINCIA FARISTAN.

Olim Perſis.

Perſidis præſtantia.

Una ex fertiliſſimis Perſiæ Provinciis, vino optimo & Lapide Bezoardico ex ventriculis caprearum celebris, Inter Provincias Chuſiſtan & Kherman, ac Sinum Perſicum.

 SCHI-

Urbes PROVINCIÆ.

84.28. 30.4 SCHIRAS, olim Perſepolis & Regia Perſarum, ex cujus ruderibus ſurrexit urbs ſatis ampla, ad Bentimir fl. & vitiferos colles.

FIRUSABAT, *Firuſabata*, urbs ad exiguum fluvium.

83.0. 29.52 GAMRON, *Gamronum*, & Bender-Abaſſi urbs & emporium cum portu celebri ad Sinum Perſicum, omnis Negotiatio *Ormus Inſulæ*, poſtquam Luſitani inde à Perſis expulſi ſunt, huc translata eſt.

VI. PROV. LARISTAN.

Olim Pars Perſidis.

Inter Chuſiſtan, Yerack Agemi, & Gilan Provincias.

Urbes PROVINCIÆ.

60.32. 29.3 LAR, *Lara*, urbs elegans, & Caput Provinciæ, cum forti Caſtello in Monte, ad Tiſindon fl.

DARAGEBERT, *Darageberta*, urbs non procul à Tiſindon fl.

VII. PROV. KHERMAN, MACKERAN.

Olim pars Caramaniæ.

Inter Gedroſiam, ſive Circan, Farſiam, Sableſtan, Sinum Perſicum & mare Indicum.

Urbes PROVINCIÆ.

89.15. 30.2 KHERMAN, *Chermania*, urbs & Caput Provinciæ, ad Baſſiri fl. ingens hìc copia Roſarum.

GUA-

	Long. ° ′	Lat. ° ′
GUADEL, *Guadela*, urbs cum portu ad mare Indicum.	87.54.	26.30
PATANIS, *Patanisum*, urbs cum portu ad mare Indicum.	89.16.	15.1

VIII. PROV. SIGISTAN.

Olim Drangiana.

Inter Sableſtan, Choraſan, Cherman, Send, Provincias, ad fines Mogolis.

SISTAN, *Siſtania*, urbs & Caput Provinciæ, ad Ilment fl.	92.53.	30.42
CHIRVAN, *Chirvanum*, urbs ad Ghir fl.	96.58.	22.56
MUT, *Mutum*, urbs ad fontes Ilment.	90.49.	34.49

IX. PROV. CANDAHAR.

Olim Arachoſia.

Ad fines Mogolis, hinc continuum ferè bellum inter Mogoles, & Perſas exoritur.

CANDAHAR, *Candaharia*, olim. Alexandria Arachoſia, urbs munita & Caput Provinciæ, ad Balcan. fl.	96.31.	35.38
BELGIS, *Belgia*, urbs ad Balcan fl.		

X. PROV. CHORASAN.

Olim Sogdiana.

Ad fines Zagathagæ & Tartariæ Magnæ.

Urbes PROVINCIÆ.

HERAT, aliis Serat, *Heratum*, & urbs. Roſarum, Caput Provinciæ, ad Puhmoilon fl.	92.13.	37.41

95.0. 38.43 BURGIAN, *Burgianum*, urbs ad Lacum ejusdem Nominis.

90.39. 39.40 MESCHED, aliis Mexat, *Mescheda*, urbs ad fl. ignob.

XI. PROVINCIA BALCK.

Olim Parthia.

Inter Mediam, Hyrcaniam, & Arack Provincias.

98.46. 38.8 BALCK, *Balcum*, urbs & Caput Provinciæ, ad Obœngir fl. munita.

XII. PROV. FABRISTAN.

Olim Pars Hyrcaniæ.

FERABAT, *Ferabatum*, urbs & caput Tabristaniæ, ad Lacum Terabat.

AMOUL, aliis Tabarestan, urbs ad fl. ign.

XIII. PROV. GORGIAN.

Olim Marchiana & Pars Hyrcaniæ.

90.1. 41.4 GORGIAN, *Gorgianum*, urbs & caput Provinciæ hujus nominis, ad fluvium ignobilem.

XIV. PROV. KHOEMUS.

Aliis Asterabat.

93.58. 37.0. ASTERABAT, *Asterabatum*, urbs & caput Provinciæ ad Montana.

XV. PRO-

XV. PROVINCIA GILAN.

Long. Lat.
o , o ,

Olim Hyrcania.

GILAN, *Gilanum*, urbs & caput hujus Provinciæ, ad Abiſirni fl. 85. 2. 41. 0.

MAZANDARAN, Mazandaranum, urbs ad Firt fl. 93. 55. 40. 20

XVI. PROV. DILEMON.

Pars Hyrcaniæ.

RAST, aliis Reſchel, Raſtum, urbs & caput Provinciæ ad Oſtium Abiſirni. 85. 0. 42. 20

XVII. PROV. SABLESTAN.

Olim Paropamiſus.

BOST, Buſtum, urbs & caput Provinciæ, ad Buhmoilon fl. 90. 5. 34. 51

ZARANS, Saranta, urbs ad amnem Exig.

XVIII. PROVINCIA SEND.

Olim Sindia.

ALMANSUR, *Almanſura*, urbs & caput Provinciæ.

KOSDAR, Kosdara, urbs modica.

INSULÆ PERSIÆ.

Ormus, Kiſchmiſch, Baharem, Lecha, Carge, Taſſiane, Gorgue, Goga.

CA-

CAPUT IV.
INDIA BOREALIS.
IMPERIUM MOGOLICUM.
MOGOLISTAN.

Cujus Imperator modernus SCHAU-ALEM Patri Defuncto successit Anno 1708. sed cum suo Fratre natu minore continuò de Coronâ certat.

ITa dictum ab Albis incolis Mohometanis plerisque, est unum ex maximis Imperiis Asiæ, vocatur etiam *Indostan*, quia est magna Pars Indiæ Orientalis versùs Boream. Terminatur à Boreâ Tartariâ Magnâ, ab Ortu Indiæ Peninsulâ ultra Gangem, ab Austro Indiæ Peninsulâ Citra Gangem, & Sinu Bengala, & Cambajâ, ab Occasu Imperio Persico.

Termini Mogolis.

Ab Occasu versùs Ortum est 600. Milliarium Germanicorum, Latitudo à Boreâ versùs Austrum 500. Tota Regio passim calore solis fœcunda nobiliora producit Germina, fructus, ac merces pretiosissimas in omni genere: nempe aurum & argentum, cæteraque metalla & mineralia in abundantiâ: Margaritas quoque & gemmas, etiam rariores uniones, Adamantes, Carbunculos, Rubinos: item ebur, ligna pretiosa, saccharum, mel, ceram, vinum, Orizam, aliaque frumenta: Sericum & Gossypium, ac aromata omnium nobilissima, quarum rerum ingentem copiam quotannis hinc aufferunt in navibus Europæi, cumprimis Hollandi, Lusitani, Hispani, Galli, Angli, Sueci, Dani, aliique.

Longitudo Latitudo.

Natura Terræ.

Mogo-

Genius Incolarum.

Mogolici feri, barbari, rudes, & impudentes ſunt; cum enim apud eos ſit perpetua Regum Legúmque viciſſitudo, continua bella & jurgia, ac nullus literarum cultus aut cura, mirum non eſt, quod in tantâ libertate vivendi, rerum & ſectarum gentilitatis, Mahometiſmi, Judaismi confuſione, ſint malè morati, barbari, ſuo tantùm genio animali viventes, nec capiant ea, quæ ſunt Spiritûs, aut Legis Chriſtianæ. Porrò varii coloris ſunt Indoſtani; Mediterranei ferè ſunt Fuſco-flavi: qui verò ad mare Indicum versùs Auſtrum magis accedunt, nigri ſunt more Æthiopum: qui autem provincias versùs Boream, maximè trans *Imaum* Cachimiriam incolunt, magis candidi ſunt more Europæorum: Habitus oblongus eſt usque ad Talos more Perſarum: Nobiliores Sericâ utuntur Talari, & qui iisdem, cum Mahometanis, moribus ac legibus vivunt: cæteri verò gentiles ac Idololatrici ſine certo habitu ac propemodum nudi Indorum more circumeunt.

Ferus Barbarus.

Color habitus.

Potentia Imperatoris.

Ex magnâ Tamerlanis familia oriundi dicuntur Imperatores Indoſtani, dicti magni Mogoles, inter ditiſſimos ac potentiſſimos Terræ Principes recenſiti.

Imperium Deſpoticum.

Eorum Dominium eſt Deſpoticum, nihilo mitius quàm Turcicum. Imperator regna ſua permulta more Perſarum regit per totidem Chanos, ſive Pro-Reges, qui certum continuò numerum Militum alere tenentur: Theſauros habet, qui fidem propè ſuperant, niſi teſtes fide digni aſſeverarent, uti Duvallius, Mandello, & P. Rott Miſſionarius ibidem longo tempore, Theſaurum ſcilicet in Diverſis Imperii locis aſſervatum 1500. Milliones exſuperare, imo in Solâ *Agra* Metropoli Theſaurum Imperatoris 80. Milliones excedere, prærer uniones inæſtimabiles: *Thronum Regium*, tam in urbe *Agrâ* quàm in urbe *Labor* ex mero conſtare auro, gemmisque pretioſiſſimis.

Theſaurus inæſtimabilis.

Annui proventus. Annuos reditus Imperatoris inde conjicies, quod ex 14. tantùm Provinciis Eidem quotannis 209. Milliones obveniant. Militia M. Mogolis haud multùm differt à Persicâ, & tantò quisque est dignior in aulâ, quantò plures sub se habet milites; Aulæ namque Magnates ferè iidem sunt, qui Belli Duces, & Primi Ordinis vocantur *Omraby*, quorum numerus magnus est, qui verò ex omnibus cæteros præcedit, saltem 12000. Equitum habet sub suà potestate, Filii autem Regii Hæredes, si non sint multi, singuli 15000. *Aulici Officiales.*

Officiales secundarii. Secundi Ordinis Principes sunt *Marsebdarii.* Tertii Ordinis *Rusindari*, qui plerumque militiæ conscribendæ subserviunt. Equites plebeji plùs valent, quàm Pedites: Priorum potest Imperator in aciem educere 200000. Peditum verò longè plura millia, præter numerum Elephantorum exercitatorum ad pugnam valdè magnum, & Tormenta bellica quamplurima, quorum structuram & usum Magolenses à Gallis, Anglis, & Batavis jam pridem didicerunt. *Ingens Exercitus.*

REGNA M. MOGOLIS.

sive Provinciæ numerantur 40.

Partes Imperii. 1. Agra. 2 Lahor. 3. Delly. 4. Hendona. 5. Jenupar. 6. Chitor. 7. Jessèlmere. 8. Bando. 9. Candis. 10. Gualeor. 11. Berar. 12. Malvay. 13. Bakar. 14. Narwan. 15. Sambal. 16. Jamba. 17. Jesual. 18. Patna. 19. Udessa. 20. Mewad. 21. Cabul. 22. Attock. 23. Kachemire. 24. Bankisch. 25. Kakares. 26. Siba. 27. Naugracut. 28. Pitan. 29. Kandahar. 30. Kanduana. 31. Gor. 32. Hajacan. 33. Multan. 34. Tatta. 35. Cassimer. 36. Guzarate. 37. Sorer. 38. Bengala. 39. Ranas. 40. Mansa.

PARS

PARS OCCIDENTALIS IMPERII.

LAHOR, *Lahora*, urbs ampla cum Palatio Regio, Sedes æſtiva Imperatoris, ad flumen Ravey, Caput Provinciæ Pengab, ſive Peniab, hoc eſt quinque fluminum, quæ in ea concurrunt, & ſuo confluxu *Indum* fl. faciunt. Ab hac urbe via eſt usque ad Imperii Metropolim *Agram* Leucarum 100. arboribus conſita. 114. 3. 32. 40

AMADABAT, *Amadabata*, urbs ampla & caput Regni *Guzarate*, ſive *Surate*, Luſitanis, *Cambaya*, ubi ſubinde morari ſolet Imperator in arce & Palatio Regio, Ipſa urbs eſt unum ex 4. præcipuis Imperii Emporiis. 99. 5. 23. 45

ATTOCK, *Aiteck*, *Attocum*, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. ad Ravey fl. 112. 31. 36. 22

BAKAR, aliis *Bukor*, *Bakara*, urbs & caput Provinciæ Bakarenſis, ad Indum fl. 100. 41. 30. 21

BANDO, *Banda*, urbs & caput Provinciæ *Bando*, ad Padder fl.

BEISHAR, *Beishara*, urbs & caput Provinciæ *Bankiſch*, & *Boſſou*, ad Cantzow fl.

BEMBER, *Bembera*, urbs & caput Provinciæ *Hayacun*, ad Nilab fl.

BRAMPOR, *Brampora*, urbs cum Caſtro inſigni, ad Tapte fl. Caput Provinciæ *Candis*, olim Sedes Regis *Decan*, Londino in Angliâ par magnitudine. 112. 57. 21. 37

BROCHE, *Barocha*, urbs ampla, & Emporium exteris frequentatum ad Sinum Cambayenſem.

CABUL, urbs ampliſſima, Emporium & caput Provinciæ ejusd. nominis, ad Behat fl. 100. 59. 40. 46

CAMBAYA, urbs ad Sinum Cambayenſem, æmula capitis *Amadabat*. ad Carary fl. 99. 3. 22 39

CASSIMUR, urbs & caput Provinciæ *Chismer*, ad Chonah fl. & Indum. 114. 2. 35. 40

CHITOR, urbs & caput Provinciæ. 112 31. 24. 40

94.54. 20.40 DIU, urbs munita *Lusitanorum* in Insulâ modicâ ad Sinum Cambayæ.

GURCHITO, urbs & caput Prov. *Ranas.*

HENDONA, urbs & caput Prov. ad Caul. fl.

97.30. 24.40 JANAGAR, urbs & caput Prov. *Soret* ad Ostium Indi fl.

114.4. 30.2 JENUPAR, urbs & caput Prov. ad Caul. fl.

99.59. 33.0. MULTAN, urbs & caput Prov. ad Send fl.

PATAN, urbs cum portu ad Mare.

99.3. 21.11 SURATTE, urbs & Emporium insigne ad sinum Cambaye & Tapte fl.

97.10. 26.0. TATTA, urbs & caput Prov. ej. nom. Emporium celebre, ad Ostium Indi fl.

PARS ORIENTALIS IMPERII.

107.10. 27.2 AGRA, urbs maxima totius Indiæ, Metropolis Imperii, & caput Provinciæ Mogolistan, Hyberna Sedes Imperatoris, ad Gemini fl. muro forti ex lapidibus quadratis, & latis fossis, plateæ pleræque Mercatorum fornice tectæ ob intolerabilem aliàs calorem.

BIKANER, urbs & caput Prov. Buckar.

115.21. 22.2 DACA, urbs ampla ad Confl. Caoris, & Gangis fl.

DANKALER, urbs & capût Provinciæ Kakarum.

116.0. 28.20 DELLI, *Dellia*, urbs ampla cum Palatio Regio, caput prov. ejusd. nom. non amplius ad flumen Gemini sed magis versùs Austrum noviter ædificata in gratiam Imperatoris.

111.48. 25.0. GEHUD, urbs & caput Provin. *Narvan* ad Send fl.

112.29. 27.36 GISLEMER, urbs & caput Provinciæ Jessemer, ad Caul fl.

117.22. 36.8 GOR, Gora, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. ad Gor. fl.

GUALEOR, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. ad Cambere fl.

HARD

HARDWARE, *Hardvaria*, urbs & caput Provinciæ *Siba*, ad Gangem fl.

JAMBA, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. ad Jamba fl. *109. 4. 32. 42*

KARAKATANKA, urbs & Caput Prov. Kanduanæ, ad fl. ejusd. nom. *117. 22. 34. 20*

NAUGRAKUT, *Nagracutum*, urbs & caput Provinciæ Nagracutanæ ad fl. ejusd. nominis. *116. 54. 36. 0.*

NAVAL, Navala, urbs & caput Provinciæ Merat, ad fl. Merat.

OUGELI, *Ougelia*, urbs ampla & Emporium, caput Provinciæ amplissimæ *Bengala* ad Ostium Gangis in Sinum sive Golfo di Bengala. *116. 14. 20. 50*

PATAN, *Patana*, urbs & Caput Provinciæ Patanæ, ad Gangem fl. *112. 10. 35. 53*

PITAN, Pitana, urbs & caput Provinciæ Pitanæ, ad Canda fl. *113. 24. 33. 20*

RAJAPOR, urbs & caput Provinciæ *Jesual*, ad fl. exiguum.

RANTIPOR, urbs & caput Provinciæ Malvay, ad Nerver fl. *105. 10. 23. 49*

SAMBAL, *Sambala*, urbs & caput Provinciæ *Sambatæ* ad Gangem fl. *111. 3. 28. 1*

SERENEGAR, *Serenegara*, urbs & caput Provinciæ *Mansa*, ad Gangem fl. *109. 3. 35. 17*

CAPUT V.
INDIA.
PENINS. OCCIDENTALIS COMORINÆ.
INTRA GANGEM.

Situs Peninsulæ.

COmorina dicta à promontorio Comorino magnæ Peninsulæ, à Mari Indico circumdata usque ad Indostan protenditur ad 300. Milliaria. in eâ præter alios multos Regulos sunt 4. Regna præcipua. 1. Regnum Decan. 2. Regnum Malabaria. 3. Bisnagar. 4. Golconda. & ora Piscaria. Plerique in iis Gentiles sunt & innumeros Deos colunt, terribili formâ figuratos; horrent ab occisione animalium; hinc carnes eorum non comedunt; aliqui præter Deum, Creatorem omnium, etiam Dæmonem colunt, ne noceat. Pauci respectivè Christiani, ex quorum tamen conversatione Indi rudes ac barbari mitiores magisque Civiles sensim evadunt, ac honestiùs se tegunt, quàm soliti fuerant. *Brachmanes* sunt Indorum Philosophi & sacrificuli, quos superstitiosè venerantur, ac miras ab iis superstitiones à Ipsâ Juventute hauriunt, in senectute difficillimè eradicandas. Terra ob ingentes calores, fructus etiam generosos gignit, & germina valdè calida, maximè piperis abundantiam. Tota sub Zonâ Torrida.

Reguli & Regna.

Idololatrici superstitiosi.

Christiani pauciores.

Terra calida.

I. REGNUM DECAN.

Regnum *Decan* Cambayæ conterminum in orâ Occidentali Peninsulæ Comorinæ in 4. Provincias distribuitur,

tur, scilicet *Decan*, *Balaguate*, *Cuncan*, *Canara*, quæ subsunt diversis Dominis, quos inter præcipuus est *Rex Decan*, cujus tamen potentiam multùm imminuit M. Mogol, Lusitani, ac Hollandi. Rex nihilominùs potest in Aciem educere 150000. Equitum, & 8000. Peditum, jamque olim contra Lusitanos ducenta millia militum in armis habuit. *Goam* probè munitam sæpiùs obsedit frustra; sed *Chaul* & *Dabul* urbes eorundem Lusitanorum propemodum evertit. Totum Regnum Magno Mogoli Tributarium terminatur à Boreâ Imperio Mogolis, ab Ortu Bengalâ, ab Austro Bisnagar, ab Occasu Mari Indico ad oram Occidentalem Peninsulæ Comorinæ. Rex hujus Regni nominatur *Idalcan*, sive *Dialcan*. Long. 250. Lat. 250. Mill.

Urbes REGNI DECAN.

Long. Lat. ° ′ ° ′

VISAPOR, urbs amplissima, Sedes Regis, & caput Regni cum 5. suburbiis, & palatio Regio in medio urbis fortiter munito, ad Mandoya fl. — *102.30. 18.50*

BAZAIN, Bazainum, urbs cum portu & Castro ad Mare.

CHAUL, *Chaulum*, urbs cum Castro munito & portu ad mare.

DAMAN, *Damanum*, urbs cum Castello munito, & Portu ad Mare. — *98 57. 19.37*

GOA, urbs ampla & magnifica Templis ac ædificiis in Insulâ per flumen Mandoya à continente distincta, Archi-Episcopalis, & Sedes Pro-Regis Lusitani, Emporium celebre cum portu commodissimo totius Indiæ, & Sex Castellis pro defensione urbis, Academiâ, Tribunali Inquisitionis, urbi vicinæ sunt Insulæ Salsetanæ Lusitanis subditæ. — *100. 0. 15.40*

II. MALABARIA.

Magna Regio plurium Regulorum ad oram Occidenta-

dentalem Peninſulæ in propriis urbibus: *Angamala*, *Cananor*, *Calicut*, *Cochin*, *Coulan*, *Cranganor*, *Tanor*, *Travancor*. Permixta Gentilibus, Mahometanis, Catholicis, & Hæreticis. Olim unicum erat Regnum unius Regis, ſed ſub *Saramâ Parymal* ultimo Rege, qui Anno 906. à Mahometanis ſeductus Regnum relinquens *Mecham* ſe contulit, ubi vitam phantaſticâ ſanctitate clauſit ſine liberis, Regnum inter amicos ejus diviſum in partes abiit, ita ut nunc plura Regna ac Dominia prædicta ſint in Malabaria, quorum magnam partem occupârunt Hollandi, ejectis inde Luſitanis. *Rex* tamen *Calecutanus*, quem vocant *Zamorin*, quaſi maximum Imperatorem, potentior, à reliquis Tributum exigit, & conflare poteſt centum millia militum: Inde Piper optimæ notæ in totum Orbem diſtrahitur.

Olim unum Regnum, nunc plurium Regulorum.

Urbes MALABARIÆ.

Long. Lat.
° ′ ° ′

ANGAMALA, urbs & caput Regni, in qua plurimi Chriſtiani S. Thomæ nominati.

99.30. 11 28. CALECUT, *Calicutum*, urbs dives & caput Regni, & Sedes Regia *Samorini* cum portu ad Mare.

101.25. 11.17 CANANOR, urbs ampla & caput Regni cum Caſtello & portu ad Mare, Luſitanis Anno 1633. ab Hollandis erepta.

102. 5. 9. 50 COCHIN, *Cochinum*, urbs poſt Goam ampliſſima, caput Regni & Sedes Regia, cum Caſtro munito & portu ad Oſtium Cochin fl. in mare, pariter Luſitanis Anno 1663. ab Hollandis erepta.

101.32. 10. 32 CRANGANOR, urbs olim Archi-Epiſcop. ſub Luſitanis, nunc Hollandorum ab Anno 1662. munita, caput Regni cum Caſtello Paliport ad mare.

102.40. 7.28 TRAVANCOR, urbis Regis Coulan ad mare.

102. 3. 9. 15 COULAN, urbs & caput Regni Coulan, Luſitanis Anno 1661. erepta, ad mare.

III. RE-

III. REGNUM GOLCONDA.

Regno *Decan.* ad Ortum objacet, & à Boreâ in Austrum 150. ab Ortu verò in Occasum 60. Leucas porrigitur, reperiuntur in eo multa fortalitia. *Rex Golcondæ* auri lapidumque pretiosorum copiâ, ac multitudine militum & Elephantorum vix cedit *M. Mogoli*, cedit tamen militum valore & bellandi peritiâ. Interim Indigenæ hujus Regni omnigenis artibus prævalent plerisque Indiæ populis, qui proinde Regum Regnique divitias multum adaugent. Proventus Regii ex solis Teloniis desumpti 20. Milliones excedunt, quibus ingens Tributum accrescit quotannis pendi solitum ex quadringentis facilè Pagodibus; sed majus adhuc pondus superaddit mercatura gemmarum & Adamantum, qui magno numero hìc effodiuntur, & in exteras Regiones distrahuntur; Certum tamen Rex Tributum pendit magno Mogoli.

Regis potentia.

Divitiæ Reditus.

Urbes REGNI GOLCONDA.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
GOLCONDA, urbs tripolis, caput Regni & Sedes Regia, non procul hinc est fodina Adamantum maximorum.	107. 30.	18. 13
CANDAPOLI, Castrum fortissimum.	106. 25.	17. 5
MASSULIPATAN, urbs ampla & Emporium Anglorum & Hollandorum, ad Ostium Christenæ fl. in Sinum Bengala.	109. 2.	21. 5
ORIXA, urbs & caput Regni, Regi Golcondæ subjecti, ad Sinum Bengala.		

IV. REGNUM BISNAGAR.

In orâ Coromandeliâ parte Orientali Peninsulæ Comorinæ, Terminatur à Boreâ Golcondâ, ab Ortu Golfo di Bengalâ, ab Austro promontorio Comorino & Insulâ Ceylon, ab Occasu Malabaria & Regno Decan. Longitudo

Situs Regni.

tudo eſt 150. Latitudo 90. Leucarum. Rex dives eſt Sapphyris, aliisque unionibus & gemmis: proventus Regii cenſentur 12. auri milliones, inque aciem poteſt educere 4000. Equitum, 700000. peditum & ſexcentos Elephantos cum Turribus, in quibus quaterni milites. Tributaria Regno ſunt *Narſinga* Regnum, & Provincia *Candaria*, uti & *Coromandelium*, quod olim ſpeciale Regnum erat.

Divitiæ Potentia.

104. 10. 16.11 BISNAGAR, *Bisnagara*, urbs ampliſſima cum circuitu 7. milliarium & triplici muro, caput Regni & Sedes Regia, non procul à mari.

103.50. 12.2 GINGI, *Gingium*, urbs & caput Principatûs, unius *Naique*, ſive Reguli Tributarii Regis Bisnagarenſis.

105.15. 14.9 MELIAPOR, urbs S. Thomæ Archi-Epiſcopalis ad Sinum Bengala.

108.31. 15.1 NARSINGA, urbs ampla, caput Regni quod ſubeſt Regi Bisnagar, non procul à Sinu Bengala.

PALIACATE, urbs & Emporium ad Sinum Bengala, cum Caſtro munito, ſive Fort Geldria, eſt Hollandorum.

V. ORA PISCARIA.

Eſt magnus ille terræ tractus, qui per Fretum ab Inſulâ Ceylon dirimitur à Regno Bisnagar usque ad promontorium Comorinum, Ora piſcaria dicitur, quia ſingulis annis magna ibidem propè littora eſt piſcatura Gemmarum, ad quam velut ad Nundinas eſt Magnus concurſus mercatorum ex Oriente & Occidente, potiſſimùm tamen Hollandi his locis Dominantur.

Ora gemmarum.

Urbes ORÆ PISCARIÆ.

Long. Lat.
0 , 0 ,

104.21. 10.48 TANJAOR, *Tanajor*, urbs & caput Reguli *Naique*, Regi *Bisnagar* Tributarii, nunc Hollandorum.

MADU-

MADURE, *Madura*, urbs & caput Reguli *Naïque*, Regi Bisnagar, Tributarii, nunc Hollandorum. 105.2. 10.30

MADRAS, urbs sub Anglorum potestate munita.

NEGAPATAN, urbs munita ad Promontorium & Ostium fluminis ejusdem nominis, est Hollandorum. 102.48. 11.20

PONDICHERI, *Pondicherium*, urbs munita, unicus locus quem Galli in Indiâ possident.

TRANGUEBAR, urbs Danorum cum Castello Daneburg.

TUTOCORI, *Tutocorium*, urbs ad Promontorium Caël, Insulæ Dos Reyes sive Regum opposita. 103.53. 9.40

CAPUT VI.

INDIA EXTRA GANGEM PENINS. ORIENTALIS.

Hæc Peninsula major est Occidentali oppositâ, Longa enim est 600. & Lata 300. Millaria Germanica. Terminatur à Boreâ Tartariâ Magnâ, ab Ortu Chinâ & Golfo di Cochingina, ab Austro Golfo di Siam, ab Occasu Golfo di Bengala. Dividitur in Partem *Borealem*, Regnum *Bengala*, Regnum *Ava*, & Regnum *Pegu*. In *Australem* Regnum *Siam*, *Camboyam*, *Malaccam*. In *Orientalem* Regnum *Cochinchinam*, *Tunchinum*, *Laos*.

Longitudo Latitudo.

Situs Partes.

I. PARS BOREALIS.

REGNUM BENGALA.

Ad Ostia *Gangis* aliorumque fluminum, totum est sub potestate M. Mogolis, & omnium rerum abundantiâ pollet. Ex hoc enim vehuntur in Europam omnis generis

Regio fertilissima.

ris merces, præter Sericum, Zibethum, Cannas de Bengala, Vulgo *Spanischrohr*, Saccharum, Orizam &c. In hoc Regno maximè *Rhinoceros*, animal Elephanto simile, sed inimicum generatur, cujus curvum cornu inter nares optimum contra venenum antitodum celebratur. Incolæ plerique sunt Idololatrici, numerantur in Eo ultra 20000. Christianorum. Regnum Longum est. 170. Latum 150. milliaria.

Idolis dedita.

Urbes BENGALÆ.

Long. Lat. ° ' ° '

115. 0. 20. 3 — BENGALA, urbs ampla & Emporium totius Indiæ facilè Princeps, caput Regni ad Ostium Gangis fl.

115. 4. 20. 5 — DACA, urbs ad Gangem fl. in quâ Angli & Hollandi pulchras Domos Mercatorias habent.

115. 12. 20. 25 — CHATIGAN, aliis Satagan, urbs bene culta & rebus omnibns abundans, propè Ostium Gangis fl.

115. 7. 19. 50 — ONGLII, Portus celebris & emporium, cum Castello Hollandorum.

OUGELI, Ugelium urbs in mediterraneis.

REGNUM AVA, sive Aba.

A Metropoli dictum, cujus Rex se scribit Regem *Arracan*, *Sore*, *Asem*, *Tisre*, *Bremæ*, Regnorum, & gloriatur præstantiâ unionum, Equorum & Elephantorum, sed à vicino Rege *Peguano* & M. Mogole ejus potentia multùm imminuitur, & commercia cum Europæis inhibentur prohibente *Pegu*. Jacet inter Gangem & Chinam.

AVA, *Aba*, urbs & caput Regni, ad flumen Ava.

123. 6. 19. 55 — BREMA, urbs & caput Populi *Laos* sed Regi Peguano tributaria, ad Menan fl.

119. 0. 19. 20 — ARRACAN, urbs ampla & caput Regni, sed Regi Peguano tributaria, ad Chabery fl.

118. 20. 20. 32 — AZEM, *Asem*, urbs & caput Regni, sed M. Mogoli tributaria.

SORE,

SORE, urbs & caput Regni, sed M. Mogoli tributaria.

REGNUM PEGU.

A PEGU Metropoli sic appellatum, Auri dives est, cum primis gemmarum, Adamantum, Carbunculorum, & Saphyrorum, è quibus Solis 60. Milliones quotannis Rex trahit. Cujus potentiam inde conjicies, quod priore Sæculo exercitum conflârit, in quo recensuit 500. millia Equitum, 5. millia Elephantorum, & pedites sine numero, quo repulsam vindicavit, quam pro *Albo Elephanto*, à Rege *Siam* postulato, retulerat; sed hæc controversia multis annis continuata propemodùm in ruinam traxit utrumque Regnum. Pegu terminatur à Boreâ Brama, ab Ortu Tunquin, ab Austro Siam, ab Occasu Orracan.

Regni Divitiæ.

Exercitus Potentia.

Termini Peguani.

Urbes REGNI.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
PEGU, urbs ampla, vetus & nova, totius Regni caput, munita in Insula Pegu fluminis, ubi magnificum Regis Palatium ostentat monumenta Heroicarum actionum, & Ideas Regum Orientalium, cum simulacris Deorum bonorum & malorum, quæ colunt.	121. 31.	19. 48
CASSUBI, *Cassubia*, urbs & caput Regni subditi, ad Coypume fl.	123. 32.	20 52
MARTABAN, urbs & caput Regni subditi cum portu nobili ad Sinum Peguanum.	121. 0.	16. 55
SIRIAON, urbs & caput Insularum in Sinu Peguano.		
TRANSIANA, urbs & caput Regni subditi ad Menan fl.	119. 18.	17. 40

II. PARS AUSTRALIS.

REGNUM SIAM.

Magnam Partem præaltis montibus clausum, ideoque temperato calore & Aurâ salubri fruitur, fœcundum in

Terra fructibus in omni genere fructuum, quia fluvius Menan terram quotannis inundat & fœcundat, velut Nilus Ægyptum. in Sylvis verò ac montibus generantur multi Elephanti, *Sylvæ feris* Rhinocerotes, Tigres, ursi, Tauri, Equi, aliquæ feræ sylvestres, nec desunt mineræ Auri, Argenti, Stanni, *Abundant & Mineris.* cupri. Terminatur à Boreâ Regno Pegu, ab Ortu & Austro Mari Indico Orientali, ab Occasu Golfo di Bengala. Longum 300. Latum 160. milliaria. Plura sub se *Termini Partes.* minora Regna continet: *Cambojam*, *Ihor*, *Juncalaon*, *Malacca*, *Pabang*, *Patane*, *Pulocacem*, *Queda*, *Tanasserim.* Numeratque Regnum urbes 2600. Rex censetur inter potentissimos Indiæ Reges. Bis in anno se spectandum *Rex rarò videtur.* præbet suis subditis: semel quando in Sellâ gestatoriâ à 12. Bajulis, velut in Throno ab Elephante deportatus *Semel in Terra semel in Mari.* suos *Bajodas* invisit: rursumque quando in Navigio superbo per mare incedit, stipatus ducentis aliis navigiis, spendidè exornatis, & Aulam numerosissimam vehentibus. Elephantorum ingentem numerum alit; & inter *Albi Elephanti D.* eos plerumque *Albi coloris unum.* A quo se etiam Regem scribit & *Albi Elephanti Dominum*; hinc ejusmodi Album tanquam sibi proprium *Regi Peguano* noluit mittere, Belli inter utrumque causam, de quo supra dictum. Reditus annui 12. Auri milliones superant, non adnumeratis ingentibus teloniis, quæ ab urbibus & emporiis plurima accipit, ac mercatoribus exteris Lusitanis, Anglis, Hollandis, Turcis, Persis, Chinensibus.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes REGNI SIAM.

125.0. 14.0. SIAM, *Odia*, *Juthia*, urbs amplissima in Insulâ Menan fluminis, quod plateas distinguit per canales more Venetiarum, Emporium & caput Regni.

BAN-

BANCKOCK, urbs cum portu capacissimo ad Ostium Menan fl. ubi appellunt naves exteræ. *125. 39. 13. 40*

CAMBOJA, urbs & caput Regni subditi ad Ostium Mecon fl. 129. 33. 10. 34.

IHOR, urbs & caput Regni subditi in extremitate Malaccæ, ad Ihor fl. 126. 34. 1. 40

JUNCALAON, urbs & caput Regni cum portu. 122. 40. 8. 21

MALACCA, urbs munita & caput Regni Chersonesi aureæ, Lusitanis ab Hollandis Anno 1540, erepta. *125. 10. 2. 20*

BAHANG, urbs & caput Regni subditi ad Sinum Siamensem. *127. 15. 3. 40*

PATANE, urbs & caput Regni ad Sinum Siam. 125. 52. 6. 50

PULOCACEM, urbs & caput Regni *Chiampaa.* 131. 25. 11. 0.

QUEDA, urbs & caput Regni cum portu.

TANAZERIM, urbs & caput Regni, ad Golfo di Bengala. 124. 50. 10. 2

III. PARS ORIENTALIS.

REGNUM COCHINCHINA.

Olim una tantùm erat Provincia amplissima Imperio *Chinensi* subdita, quam tandem Illius *Pro-Rex*, Rebellis Imperatori *Chinæ* abstraxit, & sui juris fecit. Verùm paulò post, qui partem hujus Provinciæ pro hoc Rege gubernavit, eandem suo Regi ademit, unde duo nata sunt Regna, nempe *Tunquinum*, quod priori *Pro-Regi* remansit, & *Cochinchina*, quod *posterior* vi & armis sibi vendicavit. Unde utriusque Regni subditi moribus, modoque gubernandi parùm differunt à Chinensibus, & Rex uterque per pacta Pacis *Imperatori Chinensi* Tributum certum pendit. *Cochinchina* pars est Peninsulæ *Cambojæ*, hoc est Oræ illius ad Ortum positæ & portus habet minimùm 50. commodissimos, ubi ingens exterorum confluxus, & nundinæ quasi perpetuæ, quæ Regios proventus

Olim Chinæ subditum.

Nunc usurpatoribus.

Chinæ tamen Tributarium.

Partes Regni. tus mirum quantum adaugent. Continet Provincias: *Cacciam, Sinuva, Quangiva, Pulocambis, Ranram.* Quæ à *Regno Tunquinensi* longo montium tractu & deserto prorsus sterili dirimuntur. Montes, quorum habitatores, suo arbitrio viventes Ke-Moc dicuntur, pleni sunt arboribus, lignoque durissimo, & ab omni corruptione immuni, unde domus, navesque struunt, & fulcra sub aquis statuunt, quibus domus imponunt, ne per statas anni inundationes subruantur. *Termini Regni.* Terminatur à Boreâ Regno Tunquinensi ab Ortu Sinu Cochinchinensi, ab Austro peninsulâ Cambojâ, ab Occasu Regno Siam. Multùm inde Auri, Argenti, Zibethi, piperis, aliarumque mercium in exteras terras distrahitur.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes REGNI COCHINCHINÆ.

130. 30. 15. 38 CACCIAM, *Cacciamum*, urbs ampla & caput Regni, sedesque Regis ordinaria cum Portu ad Sinum Cochinchinensem.

CAMBIS, *Pulo-Cambis*, quasi Insula, urbs ad mare cum portu, caput Provinciæ.

QUANGIVA, urbs & caput Provinciæ non procul à mari.

RANRAM, urbs & caput Provinciæ non procul à mari.

128. 55. 16. 41 SINUVA, urbs & caput Provinciæ ad mare cum portu, frequens Sedes Regi Cochinchinensis.

REGNUM TUNQUIN.

Partes Regni. Quod est altera pars Cochinchinæ, continet 7. Provincias: 4. Boreales: *Beraman, Kedun, Kenan, Kethai:* tres Australes: *Aochin, Ghelan, Tinhoa.* Regno Portugalliæ triplo majus creditur, multitudine verò incolarum decies supe-

ſuperare. Pagorum in hoc Regno numerantur ultra decem millia, urbes autem minùs frequentes.

Regni potentia. Rex non minùs dives ac potens eſt. Pro ordinariâ corporis cuſtodiâ habet 50. millia militum, & totidem contra Cochinenſes ad confinia excubant. In aciem verò poteſt Rex quocunque tempore educere 120. Millia *Terrâ Marique.* & 200. Elephantos ad bella exercitatos. In mari quoque ducit 300. naves bellicas & onerarias; minores verò ad piſcaturam facilè 10000. *Ejus Termini.* Regnum terminatur à Boreâ provinciis *Quanſi* & *Junnam*, ab Ortu *Cantoniâ*, ab Auſtro Cochinchinâ, ab Occaſu *Bramâ*.

Urbes REGNI TUNQUIN.

Long. Lat. *0, 0,*

TONQUIN, *Tunquin, Tunchinum*, urbs ampla & elegans, cujus Palatia, Portæ & Pontes Alabaſtro quadrato conſtructa, caput Regni & Emporium celebre, ad Oſtium fl. Langkang in Sinum Tunquinenſem. *127. 54. 20. 1*

KECE, *Keccio, Kecejum*, urbs ampla & ſubinde Sedes Regia, quæ tamen vaga plerumque eſt, & ubivis locorum ex Tentoriis repentè conflatur per modum urbis, & iterum diſſolvitur. Hinc in toto Regno oppida potiùs ſunt, quàm urbes. *128. 0. 20. 1*

REGNUM LAOS.

Regnum Chinæ Tributarium. Tertia olim pars Cochinchinæ nunc ſub Rege proprio, ſed Imperatori Chinenſi Tributario. Regnum ſylvis undique cinctum, abundat feris ſylveſtribus, alit multos Elephantos & Rhinocerotes. *Termini Regni.* Terminatur à Boreâ Regno Avâ, ab Ortu Tunquino, ab Auſtro Cambojâ, ab Occaſu Siam & Pegu. *Lao fluvius.* Regnum Laos à Fluvio Lao nomen accepit, qui Ortus ex Lacu Provinciæ *Junnam* in confinibus Chinæ, poſtquam navigabilis factus, in duo ſeſe brachia dividit, quorum unum in Occaſum verſùs Golfo di Bengala porrigitur, alterum ſinuoſo flexu *Terra fœcunda.* in

in Austrum extenditur usque ad Sinum Siamensem, perque medium Regnum Laos multis fluminibus auctum abundè terram fœcundam irrigat, maximè pro Oriza, quæ hìc optima sapore & odore in mediis aquis crescit, & quia incolæ plerique agriculturæ dediti, non magnæ in Regno dantur urbes, exceptâ Metropoli.

Oriza optima.

127.30. 19.37. LANCHANG, urbs ampla, caput Regni Laos, & Sedes Regia, ad Lao fl.

CAPUT VII.
CHINA IMPERIUM.

Defuncto Imperatori IUNG - CHING successit A. 1735. KIEN-LONG (quod nomen significat cœlestem in terris abundantiam & felicitatem) Quartò genitus, duorum Fratrum superstitum natu major antea XIUNP - NACHIN dictus.

Termini Chinæ.

CHina, *Sina*, *Tschina*, ultima Asiæ continentis pars Orientalis Terminatur à Boreâ Tartariâ M. Monte Ottorocarâ, & muro Sinico cum 3000. Turribus, multisque vallis ac munimentis contra irruptionem Tartarorum, olim annis 215. ante Christum ab Imperatore *Xi*, al. *Chius* constructo. Ab Ortu & Austro Oceano Orientali, ab Occasu Indiâ propriè dictâ.

Longitudo Latitudo.

Figura ejus fermè quadrata, à finibus Tartariæ ad Regnum Siam Longa est 600. milliaria germanica, & 600. ferè totidem lata ab Indiâ versùs mare Eoum.

Terræ fertilitas.

Passim terra fœcunda, bis in anno fructus profert & messem, ac identidem per fluvios & canales ad novam fœcunditatem irrigatur. Montes tument omnis generis mineralibus, Auro, Argento, Mercurio, Ære, Stanno, Ferro, Magnete, aliisque lapidibus pretiosis, etiam unionibus. Chinenses superstitiosi penè sunt in ceremoniis publicis & privatis, comes, humani, astuti, prudentes, amantes

Genius Incolarum.

amantes scientiarum & Literatorum. Hinc nullà in *Chi-*
nâ trahitur Nobilitas ex sanguine, exceptis Regibus Eo-
rumque cognatis, sed tantò quisque Nobilior, quantò
doctior est: neque promoventur ad honores aut digni-
tates, nisi Doctissimi, per rigida Examina probati. Lin-
guæ quoque Sinicæ valdè difficilis perfectam notitiam stu-
diosè exquirunt, quæ licet, Teste P. Kirchero, sexcentis
tantùm vocabulis constet, tamen, quod difficultatem au-
get, quodlibet eorum vocabulorum plurima & variissi-
ma significat secundùm varios & mirabiles accentus.
Ingeniosi sunt rerum novarum & Artium inventores,
cumprimis Typographiæ, Architecturæ admirandæ non
in palatiis tantùm & Turribus Porcellanis, sed etiam rei
militaris & Tormentariæ inventio antiquior apud Chinen-
ses, quàm Europæos creditur. Caput nulli aperiunt sed
corpus profundè inclinant, admotis pectori manibus, aut
ad invicem porrectis. Parentibus eximium Filii hono-
rem, cultumque exhibent, tam vivis, quàm mortuis, qui-
bus etiam longo tempore ac sumptuosè parentant. Mo-
dus sepeliendi Gentilismum sapit, & quid exoticum:
consanguinei coram corpore genuflexi, in albis vestibus,
lugubri vultu, & oculis in terram demissis, effigiem de-
functi supra corpus collocatum venerantur: Mensâ inte-
rim variis cibis instructâ, inter innumeras accensas can-
delas, & suffitus, ac cantus *Pagodarum* lugubres per qua-
tuordecim dies parentant. Absolutis his Ceremoniis in
Domo vel Palatio, Tumbâ sub umbone pretioso à 40.
vel 50. Personis portatur ad locum sepulturæ, extra civi-
tatem, ubi eò ventum est, aperto sepulchro, multæ pre-
tiosæ vestes in honorem Defuncti comburuntur: multæ
iterum mensæ variis ciborum bellariis instruuntur, de
quibus, quantum cuilibet libet, comeditur & bibitur: re-
liquias ciborum supra defuncti cadaver projiciunt, quasi
his ad iter æternitatis indigeret. Tumulo dein clauso,

tantùm Docti Nobiles habentur.

Lingua Sinica.

Artium Inventores.

Honor Filiorum.

Erga parentes Vivos & Defunctos.

Modus Sepulturæ.

imponitur Effigies cum elogio Defuncti, & quotannis Ceremoniæ istæ à filiis recoluntur.

Modus ædificandi. Habitatio Chinensium pleraque unius tantùm contignationis, præaltæ tamen, cujus muri ac parietes, aut pretiosâ vernice splendent, aut porcellanâ variegatâ coruscant, aut sumptuosis Tapetibus vestiti magnificentiam Regiam imitantur. Fenestræ omnes introrsum vergunt, & hortum vel atrium respiciunt, nulla forum publicum aut plateam.

Modus prandendi. Lauta sunt Eorum prandia, quæ seriis plerumque discursibus ad aliquot horas producunt, adhibito potu ordinario ex herbâ The decocto. Nullus in mensâ culter, nulla furcinula adhibetur; sed tenuibus bacillis ex Auro, Argento, ligno apud plebem, intra digitos anteriores sustentis, & scitissimè pro vario usu compositis & inflexis, cibos, jam in culinâ priùs deossatos, ac divisos, ori ingerunt.

Habitus color. Statura Chinensium satis procera, & incessus gravis, cui majestatis aliquid superaddit habitus pretiosus, amplus, & ad terram usque promissus. Coma capitis rasa, excepto vertice; barba tamen oblongior est, sed rarior, in paucos tantùm capillos dispersa. Color vultûs est fuscus flavo temperatus.

Majestas Imperatoris. *Sinarum Imperator* absolutus est *Monarcha*, nec quicquam in Regnis suis alicujus momenti decernitur, cui Ipse non subscribit. Pro Titulo faustâ hâc apprecatione compellatur *Van-sui*, hoc est, decem millia annorum. Aulæ Illius regimen, ut passim in aliis reliquis Asiæ Imperiis fieri solet, ferè penès Eunuchos est, qui numerum decem millium facilè conficiunt.

Regimen Eunuchorum.

Consilium Primarium. Consilium Imperatoris intimum constat ex 4. aut summum 6. Consiliariis Intimis, quos Sinæ *Collaos* appellant, & hi reliquos omnes in Regnis præcedunt, & de toto Imperio cum Imperatore decernunt.

Regimen secundarium. Post Intimum hoc Consilium sunt Sex alii Senatus &

& Collegia, quorum Capita ſive Præſides, *Chamzu* dicti, duos habent Aſſiſtentes, à dextrâ *Koxilan*, à ſiniſtrâ *Yeuxilan*. Porrò *Collegium I.* dicitur *Lipu*, hoc eſt Conſilium Præfecturarum, *Pu* namque Conſilium, *Li*, Præfecturam, Sinis denotat.

Conſilium Regnorum.

Collegium II. vocatur *Hopu*, quod eſt Conſilium Regiorum proventuum, & rationum publicarum. *Collegium III.* dicitur *Limpu*, quod eſt Conſilium Rituum, Conſuetudinum, Sacrorum ac Literarum. In quo cumprimis eminent rei Aſtronomicæ periti, qui curam habent computandi tempora, decernendi feſta, concinnandi Calendaria. *Collegium IV.* appellatur *Pimpu*, hoc eſt, Conſilium militare, ubi quid pace, quid bello gerendum decernitur.

Conſilium Redituum.

Conſilium Rituum.

Conſilium Militare.

Collegium V. vocatur *Cumpu*, quod eſt Conſilium Juſtitiæ, & Cauſarum Criminalium, ubi Cauſæ Forenſes deciduntur, ac de vitâ & morte decernitur. Quæcunque tamen in ſingulis his Collegiis decreta ſunt, ſolius Imperatoris voluntate moderantur. His Collegiis ſuccedunt alia complura univerſæ *Chinæ* rectè gubernandæ conſtituta. Præter Illa tamen ſunt etiam ſingulorum Regnorum ſive Provinciarum Collegia propria, quorum præcipua capita ſunt. *Primò Pro-Rex*, Sinicâ Linguâ *Tutan*, Tutanus. *Secundò. Viſitator Regius*, ſive *Ciayven*, qui in Reliquorum Præfectorum actiones inquirit. *Tertiò. Viſitator Reginæ*, ſive Clementiæ, qui carceres viſitat, & Reorum culpas cognoſcit, iisdemque frequenter indulgentiam impertit. *Quartò*, Quæſtor ſive *Theſaurarius* aliique, qui omnes triennio officium ſuum abſolvunt, & *Peckini* in Aulâ Ejusdem rationes reddunt. Atque hi Præfecti omnes ab Exteris vocantur *Mandarini*, vocabulo à Luſitanis introducto, quorum Anno 1644. reperti ſunt 9538.

Conſilium Juſtitiæ.

Conſilia propria ſingulorum Regnorum.

Primus Pro-Rex.

Viſitator Reginæ.

Quæſtor Theſaurarius.

Præfecti Mandarini.

Potentia militaris Sinica ſatis conjicitur ex ſtupendo Incolarum numero, qui jam olim virorum bello aptorum

Potentia militaris.

rum Milliones 59. ſive 59000000. transcendit, non recenſitis fœminis aut juvenibus, multò minùs parvulis & imbellibus. Reditus annui cenſentur plusquàm centum quinquaginta Milliones, non computatis iis, qui ex Lanâ, Lino, Bombyce, Orizâ, Sale, Fæno, Herbâ The, porcellanis, aliisque mineralibus aut Teloniis incredibili copiâ ſingulis annis à 15. ſolius *Chinæ* Provinciis latiſſimis Imperatori dependuntur. Nihilominùs expenſæ Regiæ ſæpè majores ſunt his proventibus, ita ut multoties neceſſe ſit, conſuetis Reditibus ac Tributis novas exactiones ſuperimponi.

Proventus Regii.

Exactiones novæ.

Urbes vix alibi in Orbe terrarum ampliores ac cultiores. Metropoles Provinciarum, pares magnitudine cuivis maximæ Europæarum urbium, numerantur 150. quibus *Fu*, Cognomen additur, ſunt ſuprema Judicia; quibus *Chiu* additur, ſunt dependentes â prioribus. Totius autem *Chinæ* urbes ſat magnæ cenſentur 2376. præter urbes magnas in fluviis, ubi frequenter habitant in navibus, aliaque oppida & pagos frequentiſſimos cum innumerâ hominum multitudine. In ſolo Regio Palatio Imperatoris Peckini quotidie quadraginta millia militum excubant, præter ingentem numerum ſervorum, Officialium, Aulicorum, & Magnatum. Magnificentia Aulæ tanta eſſe dicitur à quodam Legato Hollandico illuc miſſo, tamque varia, ut literis deſcribi non poſſit. Quidquid enim pulchrum & rarum in totâ Europâ invenitur, hìc tanquam in compendio rerum pretioſiſſimarum videre ſit: pavimenta ſtrata marmore lævigato varii coloris; millenis ſuffixa columnis Atria: parietes, aut aureis periſtromatis, aut gemmis & unionibus, aut Porcellanâ variegatis picturis opere encauſtico mirè oculis illudunt: ex eâdem materiâ complures Turres ad novem ſubinde contignationes erectæ ſtupendo artificio, quarum præcipua *Nanquinenſis* inter miracula mundi reputata, ut ſileam plura fana Deorum & ſepulchra Regum & Magnatum magnifica.

Urbes maximæ.

Numerus urbium.

Frequentia Palatii.

Aulæ Magnificentia.

Architectura miranda.

Impe-

Imperium in duas partes dividitur: *Borealem* & *Australem*. *Borealis* comprehendit 6. Regna 1. *Xuntien*. 2. *Xansi*. 3. *Xensi*. 4. *Xantung*. 5. *Honan*. 6. *Suchuen*. *Australis* continet 9. Regna 1. *Huquang*. 2. *Kiansi*. 3. *Chekiang*. 4. *Fokien*. 5. *Nanking*. 6. *Quantung*. 7. *Quangsi*. 8. *Queicheu*. 9. *Junnan*.

Partes Chinæ. Borealis Australis.

Extra Chinam Regnum *Leaotung* & *Corea* ad Ortum.

CHINÆ PARS BOREALIS.

Quæ Tartaris latissimo nomine *Catayum* dicitur, estque tota illa Regio circa *Croceum*, sive *Hoang* fl. ingentem ab ejus fontibus usque ad Ostia in mare Orientale. Frigidiore quidem aëre, quàm pars Australis, perflatur; terra tamen omnia ad vitam necessaria abundè profert; sicubi natura fortè parcior solerti Chinensium industriâ ita colitur, ut fructum mox uberiorem reddat, nihil enim incultum relinquitur, quod non aut frumenta, aut vinum, aut herbas & radices Medicas Rhebarbarum, Chinam Chinæ, The &c. aut Aurum aut Lapides pretiosos proferat in 6. suis Provinciis.

Situs Chinæ Borealis.

Ejus fertilitas.

I. REGNUM sive REGIO XUNTIEN.

Long. Lat. 0, 0,

Magna Regio Terminatur à Boreâ celebri muro Chinensi 300. Milliaria longo. Ab Ortu Sinu Cang, & Xantung, ab Austro Honan, ab Occasu Xansi & Xensi Regionibus. Continet sub se 8. Minores Provincias, quarum Metropoles tantùm hic ponimus.

Termini Partes.

PEKING, *Pechinum*, Tartaris *Cambalu* Sinis *Xuntien*, caput Regni ac totius Imperii, sedes ordinaria Imperatoris & Aulæ, urbs amplissima figuræ quadratæ ad Canalem Magnum magnis sumptibus ex Croceo Hoang fl. deductum.

140 38. 40. 0.

REGNI

Long. Lat.
o , o ,

REGNI XUNTIEN.

Metropoles Provinciarum minorum.

PAOTING, *Paotinga*, urbs ampla & caput Provinciæ Puotingæ ad Isu fl.

CHINTING, *Chintinga*, urbs ampla caput Provinciæ Chintingæ, ad Kiuto fl. habet sub se 31. urbes sat magnas. Hic est altissimus mons *Cagnien*, cujus apex supra nubes fontem salubrem habet.

138. 20. 38. 50 HOKIEN, *Hokiena*; urbs ampla & caput Hochienæ Provinciæ, ad exiguum fl. habet sub se 17. urbes.

JUNGPING, *Junpinga*, urbs ampla, & caput Prov. Junpingæ, ad Lo fl.

QUANPING, *Quanpinga*, urbs ampla caput Prov. Quanpingæ, ad Si fl.

TAMING, *Taminga*; urbs ampla & caput Prov. Taming, ad Chang fl.

XUNTE, *Xunta*, urbs ampla, caput Prov. Xunte, ad Tung. fl.

II. REGNUM sive REGIO XANSI.

Termini Regni. Hæc Regio magis frugifera, quam Regio præcedens *Xuntien*, Terminatur à Borea Muro Chinensi, ab Ortu Pekino, ab Austro Honan, ab Occasu Xensi Regionibus.

135. 53. 38. 30 TAIYVEN, *Taiyvena*, urbs ampla & pulchra, caput Regni *Xansi* ubi olim Imperatores residebant.

REGNI XANSI.

Metropoles Provinciarum minorum.

EVENCHEU, *Evencheum*, urbs & caput Prov. Evencheu, ad Jumuen fl.

LUGAN,

LUGAN, Luganum, urbs ampla & caput Prov. Lugan, ad Chang fl. habet ſub ſe 7. urbes.

PINGYANG, *Pingyanum*, urbs ampla & dives, caput Prov. *Pingyang*, ad Puhœn fl. 134. 20. 37. 23

TAITUNG, *Taitunga*, urbs ampla, munita, & Emporium, caput Provinc. Taitung, ad He fl.

III. REGNUM ſive REGIO XENSI.

Maxima Regio Chinæ Borealis, Terminatur à Boreâ Tartariâ Magnâ, ab Ortu Regno Xanſi, ab Auſtro Regno Suchuen, ab Occaſu Regno Tibet. Hàc tranſeunt omnes Caravanæ Occidentales.

SIGAN, *Siganum*, urbs ampla caput Totius Regionis *Xenſi* ad King fl. & Guei. 132. 18. 35. 40

REGNI XENSI.
Metropoles Provinciarum minorum.

CHUNCHANG, *Cunchanum*, urbs & caput Provinciæ Chunchang, ad Guei fl.

FUNGCIAN, *Fungcianum*, urbs ampla caput Provinc. *Fungcian* ad Lacum.

HANCHUNG, *Hanchunga*, urbs ampla naturâ & arte munita, caput Prov. Hanchung, ad Tunchang fl.

JENGAN, *Jenganum*, urbs ampla, caput Provinc. Jengan, ad Kiemo fl.

KINGYAN, *Kingianum*, urbs & caput Provinc. Kingyan, ad King fl.

LINYAO, *Linianum*, urbs & caput Provinc. Linyao, ad Yao fl.

PINGLEANG, *Pingleanum*, urbs & caput Provinc. Pingleang, ad Kin fl. 130. 27. 37. 21

Long. Lat. ° ' ° '

IV. REGNUM ſive REGIO XANTUNG.

Termini Regni.

In hâc Regione ſunt centum majores & minores civitates, terminatur à Boreâ Sinu Can, ab Ortu Mari Orientali. ab Auſtro Regno Nankinenſi, ab Occaſu Regno Xuntien & Honan.

142. 5. 37. 10

CINAN, *Cinanum*, urbs ampla caput totius Regni & Regionis, ad Lacum. Non procul inde eſt urbs *Ceu*, patria celebris Chinenſis Philoſophi *Confutii*.

REGNI XANTUNG.

Metropoles Provinciarum minorum.

CINGCHEU, *Cingcheum*, urbs ampla, caput Prov. *Cingcheu*, ad Pelang fl. habet ſub ſe 13. urbes.

LAICHEU, *Laicheum*, urbs & caput Provinc. *Laicheu*, ad fl. exiguum.

TENGCHEU, *Tengcheum*, urbs & caput Provinc. *Tengcheu*, in Inſ. *Singcang*.

TUNGCHAN, *Tungchanum*, urbs & caput Prov. *Tungchan*, ad Jun. fl.

YENCHEU, *Yencheum*, urbs magna, & populoſa, caput Provinciæ, ad Ven. fl.

V. REGNUM, ſive REGIO HONAN.

Termini Regni.

Regio valdè frugifera in medio fermè Chinæ, terminatur à Boreâ Croceo fluvio, ab Ortu Xantung & Nanking, ab Auſtro Chinâ Auſtrali, ab Occaſu Regno Xenſi. Continet præter 8. magnas, 108. minores Civitates. Appellatur à Sinis medium Orbis, eo quod præter ſuam terram Chinenſes aliam non agnoſcant.

KAIFUNG, *Kaifunum*, urbs ampla & caput totius Regionis ac Regni, ad Pien fl.

RE-

Long. Lat.
° ' ° '

REGNI HONAN.

Metropoles Provinciarum minorum.

CHANGRE, *Changreum*, urbs ampla, caput Provinc. *Changre*, ad Chang fl. habet sub se 6. urbes hic capitur piscis Crocodilo similis, qui captus clamat ut infans hominis.

137.23. 35.32 GUEIHOEI, *Gueihoeum*, urbs & caput Provinc. *Gueihoei*, ad Ki fl.

HONAN, *Honanum*, urbs ampla & caput Provinc. *Honan*, ad Chan. fl,

137.30. 35.25 HONIKING, *Honiginum*, urbs & caput Provinc. *Honiking*, ad Ki fl.

JUNING, Juninum, urbs & caput Provinc. Juning, ad Lacum Si, & Yo fl.

NANIANG, *Nanianum*, urbs & caput Provinc. *Naniang*, ad Yo fl.

QUEITEE, *Queiteum*, urbs & caput Provinc. *Queitee*, ad Ciu fl.

VI. REGNUM sive REGIO SUCHUEN.

Magna Regio, in qua invenitur celebre animal *Xe*, de quo *Moschus* vulgo Bisem præparari solet. Terminatur à Boreâ Regno Zensi, ab Ortu Regno Honan, ab Austro Regno Junnam, ab Occasu Indiâ extra Gangem. *Termini Regni.*

CHINGTU, *Chingtum*, urbs ampla caput Regni Suchueni ad Min fl.

REGNI SUCHUEN.

Metropoles Provinciarum minorum.

127.3. 29.1 CHUNKING, *Chunkium*, urbs ampla & Magnifica, caput Provinc. *Chunking*, habet sub se 19. urbes. Ad Sung & Kiang fl.

KUNGKING, *Kunkinum*, urbs & caput Provinc. *Kungking*, ad Sung fl.

LUNGGAN, *Lunganum*, urbs & caput Provinc. *Lunggan*, ad Feu fl. benè munita.

MAHU, *Mahum*, urbs ampla & caput Provinciæ Mahu ad Mahu fl.

PAONING, *Paoninum*, urbs ampla & caput Provinciæ *Paoning*, ad Kialing & Sung fl.

131. 30. 31. 0. QUEICHEU, *Queicheum*, urbs ampla & caput Provinciæ *Queicheu*, ad Kiang fl.

SUICHEU, *Suicheum*, urbs ampla caput Provinciæ *Suicheu*, ad Lacum Tien.

CHINÆ PARS AUSTRALIS MANGIN dicitur SINIS.

Regio felicissima, Ad usum Vitæ.

Regio major Boreali & felicior in omni genere, cum non tantùm ea contineat, quæ prior sed nobiliora & in majore abundantiâ. Nec tantùm amplissimæ urbes hominibus refertæ, sed etiam flumina, in quibus commorantes navium innumerarum Classes velut urbes stabiles admireris. Regio complectitur novem Regna.

I. REGNUM sive REGIO HUQUANG.

Situs Regni

Regio magna in Meditullio totius Chinæ, cujus horreum dicitur, ob abundantiam frugum Flumina abundant piscibus, præcipuè Magnus in eâ Lacus trecentorum milliarium in circuitu, cum incredibili navium fluctuantium numero.

37. 35. 31. 5 VUCHANG, *Vuchanum*, urbs ampla & caput Regni totius ad Kiang fl.

REGNI HUQUANG. Metropoles Provinciarum minorum.

CHANXE, *Chanxa*, urbs ampla & caput Provinciæ *Chanxe*, ad Siang & Mialo fl. habet sub se 10. urbes.

CHING-

CHINGTIEN, *Chingtienum*, urbs & caput Provinc. *Chingtien* ad Tunghan fl.

CINGYANG, *Cingyanum*, urbs & caput Provinc. *Cingyang*, ad Fungham.

CHANGTE, *Changta*, urbs ampla & caput Provinc. *Changte*, ad Juen fl.

HENGCHEU, *Hengcheum*, urbs & caput Prov. *Hengcheu*, ad Ching fl.

HOANGCHEU, *Hoangcheum*, urbs & caput Provinciæ *Hoangcheu*, ad Hi fl.

HANJANG, *Hanianum*, urbs & caput Provinc. *Hanjang*, ad Kiang fl.

JUNGCHEU, *Jungcheum*, urbs & caput Provinc. *Jungcheu*, ad Siang fl.

JOCHEU, *Jocheum*, urbs ampla & Emporium, caput Provinciæ *Jocheu* ad Lacum Junting.

KINCHEU, *Kincheum*, urbs & caput Provinc. *Kincheu*, ad Kiang fl.

PAOKING, *Paokinum*, urbs & caput Provinc. *Paoking*, ad Cu fl.

SIANGIANG, *Siangianum*, urbs & caput Provinc. *Siangiang*, ad Tungham fl. *134.57. 32.5*

TEGAN, *Teganum*, urbs & caput Prov. *Tegan*, ad Tuen fl.

XINCHEU, *Xincheum*, urbs & caput Provinc. *Xincheu*, ad Lang fl.

II. REGNUM ſive REGIO KIANGSI.

Termini Regni.

Ejus Regionem mediam irrigat Chang fluvius, qui per Magnum Lacum Poyang, influit in ingentem fluvium Kiang. Optima hìc Porcellana perficitur. Terminatur à Boreâ Regno Nanking, ab Ortu Regno Chekiang, ab Auſtro Regno Fokien, ab Occaſu Regno Huquang.

135. 0. 29. 20 NANCHANG, *Nanchanum*, urbs ampla, Eruditorum Cognominata, Caput Regni totius, ad Lacum Poyang, & Confl. Kan & Lienfan.

REGNI KIANGSI.
Metropoles Provinciarum minorum.

CANCHEU, *Cancheum*, urbs ampla, Sedes Pro-Regis, Caput Prov. ad Chang & Can fl.

127. 30. 26. 30 JAOCHEU, *Jaocheum*, urbs & caput Provinciæ ad Logan fl. & Fabricam Porcellanæ.

IVENCHEU, *Ivencheum*, urbs & caput Provinciæ, ad Juen fl.

KIEUKIANG, *Kieukianum*, urbs & caput Provinciæ, ad Kiang fl.

KIENCHANG, *Kiencanum*, urbs & caput Provinc. ad *Kienkio* fl.

KIEGAN, *Kieganum*, urbs & caput Prov. ad Can fl.

LINKIANG, *Linkianum*, urbs & caput Prov. ad Kan fl.

XANGKANG, *Xankanum*, urbs & caput Provinc. ad Lacum Poyang.

QUANGSIN, *Quangſinum*, V. & C. Prov. ad Tiventam fl.

VUCHEU, *Vucheum*, V. & C. Prov. ad Hivi fl.

III. REGNUM ſive REGIO CHEKIANG.

Paradiſus Indicus. Magna Regio & Fœcunda, quam *Sinæ Paradiſum Indicum* vocant, ita abundat Bombycibus, ut Serico totus inde Orbis provideri poſſit. Continet 88. urbes ſatis magnas. Terminatur à Boreâ Regno Nanking ab Ortu mari Orientali, ab Auſtro Regno Fokien, ab Occaſu Regno Kiangſi.

HANG-

Long. Lat.
° , ° ,
139. 56. 30. 0.

HANGCHEU, *Hancheum*, urbs ampla caput Regni totius, ad Ostium magni fl. Zientang. Habet sub se 7. urbes.

REGNI CHEKIANG.

Metropoles Provinciarum minorum.

CHUCHEU, *Chucheum*, urbs & caput Prov. *Chucheu*, ad Vonxa fl.

HUCHEU, *Hucheum*, urbs & caput Prov. *Hucheu*, ad Lacum Tai.

KIAHING, *Kiahinum*, urbs & caput Prov. *Kiahing*, propè lacum Fuen.

KINHOA, urbs & caput Prov. ad Ho fl.

KIUCHEU, *Kiucheum*, urbs & caput Provinc. *Kiucheu*, ad Changyo fl.

NIENCHEU, *Niencheum*, urbs & caput Prov *Niencheu*, ad Confl. Sigan. & Che.

NINGPO, *Ningpoum*, urbs & caput Prov. *Ningpo*, ad In fl.

TAICHEU, *Taicheum*, urbs & caput Prov. *Taicheu*, ad San. fl.

VENCHEU, *Vencheum*, urbs & caput Prov. *Vencheu*, ad Ostium Jungkia fl.

XAOHING, *Xaohinum*, urbs & caput Prov. *Xaohing*, ad Cienzing fl.

IV. REGNUM ſive REGIO FOKIEN.

Termini Regni.

Regio montoſa quidem, ſed fertilis ad oram maritimam Auſtralem, Terminatur à Boreâ Regno Kiangſi, & Chekiang, ab Ortu & Auſtro mari Orientali, ab Occaſu Regno Quantung.

FOCHEU, *Focheum*, urbs ampla & Emporium celebre, caput totius Regni, ad Nantay fl. propè mare.

RE-

REGNI FOKIEN.
Metropoles Provinciarum minorum.

CANCHEU, *Cancheum*, urbs ampla & Emporium, caput Prov. *Cancheu*, Sedes Pro-Regis, ad Chang fl.

HINGHOA, urbs ampla & Dives Serico, caput Provinc. Hinghoæ, ad Torrentem.

JENPIN, *Jenpinum*, urbs & caput Provinc. *Jenpin*, ad Confl. Min, & Cu.

KIENNING, *Kiennium*, urbs & caput *Kienning*, Prov. ad Min fl.

TINGCHEU, *Tingcheum*, urbs & caput Prov. *Tingcheu*, ad Torrent.

XAOVU, *Xaovum*, urbs & caput Prov. Xaovu, ad Cu fl.

ZIVENCHEU, *Zivencheum*, urbs & caput Provinciæ *Zivengcheu*, ad Canalem arte manuque factum.

Long. *Lat.*
0 ′ 0 ′

V. REGNUM ſive REGIO KIANGNIN, ſive NANKING.

Termini Regni.

Maxima & ditiſſima Chinæ Auſtralis Regio, habet duos Pro-Reges, & 127. urbes ſat magnas & populoſas. Terminatur à Borea Regno Xantung, ab Ortu mari Orientali, ab Auſtro Regno Chekiang & Kiangſi, ab Occaſu Regno Huquang, & Honan.

540.36. 32.25

NANKING, *Nankinum*, urbs maxima Chinæ & totius Aſiæ, multò populoſior ac ditior *Pekino* ubi olim fuit *Sedes Imperatoris*, mutata propter Tartaros, ad Confl. Hoang & Kiang fl.

REGNI NANKING.
Metropoles Provinciarum minorum.

538. 3. 34. 3

CHANGCHEU, *Changeum*, urbs ampla & caput Prov.

Prov. *Changcheu*, ad *Kiang* fl. habet sub se 4. urbes M.

CHINGKIANG, *Chingkianum*, urbs ampla & caput Prov. *Chingkiang*, ad Kiang fl.

CHINCHEU, *Chincheum*, urbs ampla caput Prov. *Chincheu*, ad Canalem.

FUNGIANG, *Fungianum*, urbs ampla caput Prov. *Fungiang*, ad Torrentem.

GAMKING, *Gamkinum*, urbs & caput Prov. *Gamking*, ad Kiang fl.

HOAIGAN, *Hoaiganum*, urbs & caput Prov. Hoaigan, ad Ostium Hoai fl. 142. 36. 34. 9

HOLICHEU, *Holicheum*, urbs & caput Prov. Holicheu, ad Torrentem & montana.

LUCHEU, *Lucheum*, urbs & caput Prov. Lucheu, ad Fi fl.

NINQUE, *Ninqueum*, urbs ampla & caput Prov. Ninque, propè Kiang. fl.

SUCHEU, *Sucheum*, urbs ampla & Emporium celebre in Insulâ Tay fl. caput Prov. Sucheu ex cujus solis Teloniis Imperator quotannis accipit 5. Milliones Laën, sive tot Ducatorum. Alia hujus nominis est in Quicheu. 144. 30. 31. 40

SUNGCHIANG, *Sunchianum*, urbs ampla & Emporium, caput Prov. Sungchiang, ad Canalem propè mare.

TAIPING, *Taipinum*, urbs & caput Prov. Taiping, ad Kiang fl.

VI. REGNUM sive REGIO QUANTUNG.

Regio una ex majoribus & Ditioribus Chinæ, habet sub se 34. urbes sat magnas cum multis portubus ad mare, & Insulis Macao, Hainang, & Sanciano. Terminatur à Boreâ Regno Huquang, & Kiangsi, ab Ortu Regno

Termini Regni.

Regno Fokien, ab Auſtro mari Orientali, ab Occaſu Regno Quangſi & Tunkin.

134. 48. 23. 28 CANTON, ſive *Quancheu*, *Quancheum*, urbs ampliſſima, & Emporium celebre cum portu & 2. Caſtellis ac montibus circumdata, ad Oſtium Ta fl. caput totius Regni, 4. milliarium in circuitu.

REGNI QUANTUNG.

Metropoles Provinciarum minorum.

CAOCHEU, *Caocheum*, urbs & caput Prov. Caocheu, ad Go fl.

CHAOCHING, *Chaoginum*, urbs ampla, magnifica palatiis, caput Prov. ad Ta fl.

HOICHEU, *Hoicheum*, urbs & caput Prov. Hoicheu, ad Tung fl.

KIUNCHEU, *Kiuncheum*, urbs & caput Prov. *Kiuncheu*, ad Oſtium Nantu fl.

LATING, *Latium*, urbs & caput Prov. Lating, ad Ta fl.

LIENCHEU, *Liencheum*, urbs & caput Prov. Liencheu, ad Lien fl.

LIUCHEU, urbs & caput Prov. ad Torrent.

135. 0. 22. 13 MACAO, *Macaum*, urbs & Empor. Luſitanorum.

NANHUNG, urbs & caput Prov. ad Torrentem.

XAOCHEU, urbs & caput Prov. ad Vu fl.

VII. REGNUM ſive REGIO QUANGSI.

Termini Regni. Magna Regio Fertilis & populoſa, numerantur enim in Eâ præter unum millionem Virorum armatorum, ducenta millia familiarum, & 93. urbes ſatis magnæ. Terminatur à Boreâ Regno Queicheu, ab Ortu Regno-Quantung,

tung, ab Austro Regno Tunquin, ab Occasu Regno Junnam.

QUEILIN, *Queilinum*, urbs ampla caput totius Regni, ad Quei fl. 131. 5. 26. 2

REGNI QUANGSI.

Metropoles Provinciarum minorum.

CINCHEU, *Cincheum*, urbs ampla & caput Prov. Cincheu, ad Ta & Hung fl.

CHINGAN, *Chinganum*, urbs & Caput Prov. Chingan, ad Queixun fl.

GUICHEU, urbs & caput Prov. Guicheu, ad Ta fl.

KINGYVEN, *Kingyvenum*, urbs & caput Prov. Kingyven, ad Cokia fl.

LEUCHEN, *Leucheum*, urbs & caput Prov. Leuchen. ad Lieu fl.

NANNING, *Nanninum*, urbs & caput Prov. Nanning, ad Luan fl.

PINGLO, *Pinglum*, urbs & caput Prov. ad Pinglo fl.

SUMING, *Suminum*, urbs & caput Prov. ad Torrentem.

TAIPING, *Taipinum*, urbs & caput Prov. ad Ly fl.

TIENCHEU, *Tiencheum*, urbs & caput Prov. ad Yeu fl.

VIII. REGNUM ſive REGIO QUEICHEU.

Regio montoſa eſt, tamen fertilis bona habet paſcua & equos generoſos, multas quoque fodinas Mercurii aliorumque metallorum. Terminatur à Boreâ Suchuen Regno, ab Ortu Regno Huquang, ab Austro Regno Quangſi, ab Occaſu Regno Junnam. *Termini Regni.*

127.31. 26. 8 QUEYANG, *Queyanum*, urbs ampla caput Regni totius, ad Torrentem inter montana.

REGNI QUEICHEU.

Metropoles Provinciarum minorum.

CHINIVEN, *Chiniveum*, urbs & caput Prov. ad June fl. habet 5. urbes sub se.

LIPING, *Lipinum*, urbs ampla, caput Prov. ad Torrentem.

SUÇHEU, Sucheum, V. & C. Prov. ad Iven fl.

SUNAM, *Sunanum*, urbs & caput Prov. Sunam, ad Torrentem.

SITIEN, *Sitienum*, urbs & caput Prov. Sitien, ad Tieching fl.

TUCHO, *Tuchum*, urbs & caput Prov. Tucho, ad Co fl.

TUNGGEN, *Tungginum*, urbs & caput Prov. Tunggin, ad Tunggin fl.

XECIEN, *Xecienum*, urbs & caput Prov. ad Xeien fl.

IX. REGNUM sive REGIO JUNNAM.

Termini Regni. Magna Regio ferax auri, Argenti, aliorumque metallorum, unionum & Rubinorum, continet urbes 88. satis magnas. Terminatur à Boreâ Regno Suchuen, ab Ortu Regno Queicheu & Quansi, ab Austro Regno Tunquino, ab Occasu Indiâ extra Gangem.

125. 0. 24. 58 JUNNAN, *Junnanum*, urbs ampla & amœna, caput totius Regni, ad Lacum Tien.

REGNI JUNNAM.

Metropoles Provinciarum minorum.

CHINKIANG, *Chinkianum*, urbs & caput Prov. Chinkiang, ad Lacum Fusien.

CHIN-

CHINYVEN, *Chinyvenum*, urbs & caput Prov. Chyniven, ad Xanmo fl.

CUCHIUNG, *Cuchiunum*, urbs & caput Prov. Cuchiung, ad Lunghuen fl.

KINGTUNG, *Kingtunum*, urbs & caput Prov. Kingtung, ad Ta fl.

LINGAN, *Linganum*, urbs & caput Prov. Lingan, ad Lacum Tunghai.

MUNGHOA, urbs & caput Prov. Munghoa, ad Lacum Siul & He fl.

QUANGNAN, urbs & caput Provinciæ.

QUANGSI, *Quangsium*, urbs & caput Prov. ad Lacum Xan.

TOLI, *Tolium*, urbs & caput Prov. ad Laccum Siul.

XUNNING, *Xuninnum*, urbs & caput Prov. ad Lacum Canglang.

Extra Chinam.

X. REGNUM five REGIO LEAOTUNG.

Regio magis frigida extra murum Chinensem, cujus populi bellicosi, à Tartaris tamen victi, viam iis fecerunt in Chinam Anno 1630. Regionemque suam Sinis Tartaris tributariam. Terminatur à Boreâ Songoro fl. qui per Tartariam Orientalem in mare Glaciale delabitur, ab Ortu orâ maritima freti Japonici, ab Austro Regno Xuntien Peckini, ab Occasu Tartariâ. *Termini Regni.*

LEAOYANG, *Leaoyanum*, urbs & caput totius Regni, ad Trin fl. 145. 48. 39. 30

CAIYVEN, *Caiyvenum*, urbs ad xalo fl.

KINCHEU, *Kincheum*, urbs ad montana.

NINGYVEN, *Ningyvenum*, urbs ad montana.

QUANGNIN, *Quangninum*, usbs ad Sinum Cang.

YCHEU, *Ycheum*, urbs ad montana.

XI. REGNUM COREA.

Magna Peninſula mari Eöo fermè circundata, exceptâ parte Boreali, quæ Regno Leaotung conjungitur. Habet quidem proprium Regem, ſed Imperio Chinenſi ſubjectum.

147. 25. 38. 23 PINGGAN, *Pinganum*, urbs & caput Regni, ad Oſtium Yalo fl. in Sinum Can.

CHUNGCING, *Chungcinum*, urbs ad mare cum portu.

HOAGHAI, *Hoaghajum*, urbs ad mare.

KINGKI, *Kingkium*, urbs in mediterraneis ad fluvium exiguum.

CAPUT VIII.

INDIA MARITIMA, Vulgo OST-INDIEN.

Indiæ Orientalis.

ESſt fermè tota ſub utraque Zonâ torridâ Cis & ultra æquatorem, ideoque Terra valdè æſtuoſa, fructus etiam & Germina calidiſſimorum Spirituum gignit ut aromata varia, præter Aurum, Argentum, adamantes, Carbunculos &c. Gemmas quoque in mari pretioſas. Continet plures magnas Inſulas, ut Japonicas, Marianas, Philippinas, Moluccenſes, Amboinas, Bandanas, Sundicas, Summatram, Javam, Borneo, Ceylan, Maldivas, & innumeras minores in Mari Indico & Orientali circumfuſas, aliasque adhuc necdum ſatis cognitas magis versus Auſtrum.

Inſulæ majores.

INSU-

I. INSULÆ JAPONICÆ.

Insularum Japonicarum, sive Imperii Japonensis Imperator fuit QUANE, Moderni Successoris Nomen; ob interruptionem Commercii Catholici, non constat.

HAs Insulas olim vocatas fuisse *Argentieres*, ob abundantiam Argenti in iis inventam, à Ptolomæo antiquo Geographo colligimus, nunc *Japon* dicitur Vastum Orientis Imperium, quod magna Insularum copia ad Ortum *Chinæ* objecta constituit. Quarum 3. primariæ sunt: *I. Niphon*, sive *Japon*, 2da. *Ximo*, sive *Bungo*. 3tia. *Xicoco.* sive *Tokoësi.* Sola *Niphon* olim continebat Regna sive Provincias 54. Ximo 10. Xicoco. 4. quæ tamen omnes nunc in 7. tantùm Provincias redactæ sunt, quibus unicus Imperator despoticè imperat. Nempe Provinciis: *Ochio*, *Quanto*, *Jetsengo*, *Jetsen*, *Jamaysset*, *Ximo*, *Xicoco.*

Japon ab Insulâ.

Maximâ Japoniæ.

JAPONENSE IMPERIUM.

Dictæ Insulæ respiciunt à Boreâ terram Iedso & vulgo Compagnie Land. ab Ortu & Austro mare Orientale ab Occasu Chinam & Tartariam. Longitudo & Latitudo Japoniæ non facilè determinari potest, ob Insulas diversè jacentes, censetur tamen Longa esse 150. Milliaria Lata 70. circiter.

Termini Japoniæ

Longitudo Latitudo.

Omnes & singulæ Japoniæ Insulæ fruuntur aëre temperato: terra benigna est, ac bis quotannis dat fructum suum in abundantiá rerum omnium ad vitam commodè sustinendam. Præter multas fodinas, Auri, Argenti, aliorumque metallorum, & gemmas rubras, æquè pretiosas, quàm sint Candidæ.

Terræ fæcunditas.

Japo-

Genius Incolarum. Japones Ingeniosi sunt & solertes, superbi tamen simul & crudeles. Moribus & more vivendi prorsus contrario ab Europæis. Non vescuntur carne animalium domesticorum aut cicurum, sed solâ ferinâ Sylvestrium. Ægrotis dant carnes salitas, quæ hominem Sanum Eu- *Contrarius Europæis.* ropæum ægrotum faciant. Habitu vestium nigro triumphant, candido lugent, ita ut à quibusdam Europæorum Moralistæ Antipodes dicantur. Sunt mediæ staturæ, fortes tamen & animosi, etiam non milites. Calore magis candido, vultúque liberaliores, quàm Chi- *Exteros fastidiunt.* nenses; at non minùs quàm Illi Arrogantes, & ab Exterorum conversatione & Commercio alieni, utpote quos non facilè intrà suum gremium & fines admittunt. Juvenes caput radunt antrorsum tantùm, Cives & Rustici dimidiam partem, at Nobiles & Magnates totum caput *Modus Vestium.* rasum habent, relicto duntaxat flocco aliquo in occipite. Togæ longæ & largæ manicæ, Nobiliorum quidem opere Phrygio ex Auro & Argento contextæ, quibus superimponunt Thoracem sericum, quem cingulo adstringunt. Caligæ item ex Serico ad Calceos usque itidem *Armorum Literarum.* Sericos propendent. Arma illorum sunt, præter Sclopum Manualem, Arcus & sagitta, & duplex framea, quâ ferè semper, etiam Domi suæ, accincti incedunt. Cumprimis verò scitè utuntur hastili, quod nostro levius, ac longius est. Literas suas penicillo formant Argenteo vel cupreo, & Scripturam à dextrâ ad Lævam olim quidem producebant, ut Hebræi, Chaldæi, Arabes & Ægyptii solent, hodie tamen etiam à Lævâ ad dextram more nostrò scribunt; imò etiam per Columnas, more Chinensium, hoc est, à supernis ad inferna scribendo descendunt. *Habitatio Victus.* Chartam habent Nostrâ subtiliorem ex Serico, at minùs candidam, uti Chinenses, quorum linguam in multis imitantur, quemadmodum & architectandi modum. Sed & potus ex herbâ The decoctus, calidusque Japonibus, ut Illis, in usu est, nec multùm diversa convivandi ratio,

quæ,

quæ, in Aulâ præsertim, valdè sumptuosa est, cum singulis annis in mensam Imperatoris expendantur facilè plures milliones, non additis extraordinariis sumptibus. Plures referunt Authores, quod proventus annui superent ducentos auri Milliones. Ipse Imperator pro custodiâ sui corporis alit ferè centum millia peditum, & Equitum viginti millia, præter exercitum belli tempore 368000. Peditum, & 38000. Equitum, quos alere tenentur & suppeditare Imperatori Pro-Reges, Gubernatores, aliique Principes subditi.. Classem quoque maritimam hosti potest opponere navium bellicarum 20. millia. Milites autem Chinensibus præstare dicuntur, ideoque non facilè ab iis amplius lacessuntur, à tempore *Taicosamæ*, qui licet vilissimæ stirpis ac conditionis homo fuerit, tamen tum versutiâ in politicis, tum belland: peritiâ, ex duce militum, Imperator factus est formidandus Indigenis & Exteris.

Chinensium Similis.

Potentia Imperatoris.

Terrâ Marique

Japoniæ, Teste Arnoldo *Montano* in Legatione Hollandicâ ad Japones, item Duvallio, Samsone, aliisque, Terra *Jedso* ad Provinciam *Ochi* adhæret Isthmo admodum tenui, & præaltis, arduisque montibus invio, unde non nisi per Fretum *Sangar* ex Japoniâ in terram *Iedso* trajicitur, nec scitur adhuc an ipsa cohæreat *Americæ*, an verò per Fretum *Anian* disjungatur. Terra verò *Iedso* vasta quidem, sed minùs habitata Regio est, cujus Incolæ non multùm à Tartarorum Borealium moribus abludunt, vivuntque sine Lege ac Rege, inhumani, & non nisi ferarum pellibus ad arcenda frigora vestiti. *Imperatores Japoniæ* semel iterumque illuc exploratores miserunt, sed Illi Regionis vastitate & inviis solitudinibus, absterriti, de vero situ ac Regionis magnitudine nihil certi inde retulerunt. Eò quoque ex Japoniâ transierunt aliqui ex Patribus S. J. qui contestati sunt terræ hominumque insignem barbariem, & inde tum ob linguæ barbaricæ im-

Iedso Iaponiæ.

Conjuncta Isthmo.

An Americæ conjuncta nescitur.

Explorata deserta.

peritiam, tum ob ipsius Japoniæ defectionem in fide, ac persecutiones extremas sine fructu redierunt.

INSULA JAPONICA NIPHON.

Nomen Japoniæ.

Proprìè *Japon*, unde Imperium totum nomen habet *Japonia*, maxima ejus Insula 160. milliarium in longitudinem, 60. in Latitudinem. Gaudet aëre Sano & rerum omnium ad vitam necessariarum abundantiâ. Olim continebat 40. Regna, nunc in 5. Provincias distributa: *Jamasoit*, *Jetsegen*, *Ochi*, *Jetsengo*, *Quanto*.

Divisio Insulæ.

Urbes INSULÆ NIPHON.

Long. ° '	Lat. ° '	
157. 45.	33. 50	AMANGUCCI, *Amanguccium*, urbs ampla & caput Provinciæ *Jama Soit*, sive Jamistero, ad Mare cum portu.
166. 57.	37. 37	AIZU, *Aizu*, urbs cum portu ad tres Insulas.
163. 0.	39. 0.	AQUITA, urbs versùs Fretum Sangar, sive Zungara.
		BANDEL, *Bandelia*, urbs ad Sinum Surungensem.
		CAI, *Caja*, urbs ad Montana.
		DEVA, urbs in Mediterraneis ad Montana.
155. 0.	35. 0.	FARIMA, urbs ad Montana.
		FINDA, urbs ampla & caput Provinciæ *Jetsegen*, ad fluvium Exiguum.
163. 1.	36. 0.	FITACI, *Fitachia*, urbs ampla & caput Provinciæ *Ochi*, in Mediterraneis ad Montes.
155. 10.	36. 40	FOCHI, *Fochia*, urbs ad mare Orientale cum Portu.
155. 58.	32. 21	MEACO, *Meacum*, urbs amplissima, Metropolis totius Japoniæ, & caput Provinciæ *Jetsengo* ad oram Occidentalem maris, propè lacum Longum 18. milliaria.
151. 2.	34. 20	NANGATO, *Nangatum*, urbs ad mare Orientale cum portu.
159. 41.	36. 41	NIVATA, urbs ad Sinum Maris Orientalis.

NOTO,

NOTO, *Notum*; urbs in promontorio ad mare Orientale. 159. 41. 36. 41

OZACA, urbs ad Sinum Maris. 155. 56. 35. 19

SURUNGA, urbs ampla ad Sinum Surungensem. 161. 0. 33. 51

VACASA, urbs ad mare Orientale.

VOXU, *Voxua*, urbs non procul à Sinu Maris Orientalis. 164. 38. 36. 18

XIMOSA, urbs ad Montana. 163. 41 34. 38

YEDO, aliis *Teodo*, urbs amplissima & magnifica cum Regio Palatio, caput Prov. *Quanto*, ad Sinum Maris. 162. 30. 34. 30

YETSU, *Tetsua*, urbs ad mare Orientale.

ZUNGARA, aliis *Sangara*, urbs ad Fretum Sangar, ubi est trajectus in Terram *Iedso*. 166. 47. 39. 50

INSULA JAPONICA
XIMO, sive SAICOCK.

Una ex tribus Majoribus Insulis Japoniæ olim in 10. Regna divisa. Nunc Provincias, quarum urbes primariæ sunt.

Urbes INSULÆ XIMO.

BUNGO, *Bungum*, urbs ampla & caput Insulæ *Ximo*, Sedes Pro-Regis cum portu ad Sinum Maris Orientalis. 151. 10. 32. 22

CANGOXIMA, urbs ad Sinum Maris.

FACATA, urbs cum portu ad mare Orientale.

NANGASACHI, *Nangasachium*, urbs ampla cum portu Capaci exterorum, cumprimis Hollandorum Emporium. 150. 15. 33. 17

SATZUMA, urbs cum portu versùs Chinam. 149. 40. 30. 50

INSULA JAPONICA.
XICOCO, sive TOKOESI.

Una ex tribus Majoribus Insulis Japoniæ, olim in

4. Regna divisa, nunc 4. provincias, quarum urbes præcipuæ sunt.

Urbes INSULÆ XICOCO.

153. 2. 33 19 ARVA, *Ava*, urbs ad mare Japonicum, & Sinum Yendoum.

153. 15. 32. 20 TOSA, urbs ampla & caput Insulæ *Xicoco*, ad Mare Japonicum.

154. 21. 33. 32 SANUCHI, *Sanuchia*, urbs ad Sinum Maris Japonici.

XIO, *Xium*, urbs ad Sinum Maris Japonici.

INSULÆ JAPONICÆ Minores.

147. 31. 32. 42 INSULA GOTO, cum urbe *Goto*, versùs Chinam.

148. 7. 33. 11 INSULA FIRANDO, cum urbe *Firando* versùs Chinam.

INSULA SANDO, cum urbe *Sando* in Mari Orientali.

155. 54. 37. 38 INSULA OCHI, cum urbe *Ochio* in Mari Orientali.

165. 32. 32. 37 INSULA GYNOSCIMA, cum urbe *Gynoscimâ* in mari Orientali.

INSULA TOY, cum urbe *Toy*, in mari Japonico

Terra Jedso.

Peninsula magna, Insulæ *Japon* per Isthmum parvum conjuncta, necdum satis cognita ob difficilem aditum & multa deserta.

166. 53. 41. 0. MATSUMAY, *Masumaya*, urbs & caput Terræ *Iedso*, ad Fretum, vel Sinum Sangara.

168. 30. 48. 29 PROMONTORIUM, *Patienza.*

168. 58. 46. 20 PROMONTORIUM, *Aniva.*

171. 2. 45. 1 PROMONTORIUM, Canalis de *Piecko.*

COM-

Compagnie Land.

PROMONTORIUM, S. *Crucis.* — 172. 15. 48. 10
PROMONTORIUM, Van der *Lin.* — 174. 3. 45. 5

II. INSULÆ MARIANÆ
Latronum, & de Las Velas.

Marianæ dictæ, quia ſub Maria Anna Reginâ Hiſpaniæ per Ferdinandum Magellanes A. 1521. inventæ primùm numero 26. deinde A. 1674. plures adhuc, nempe 105. ſub uno fermè Meridiano 162. Gr. ab Auſtro in Boream ad Ipſam propè Japoniam porrectæ, ut literis inde ſcriptis teſtantur Patres Societ. qui in ſequentibus Inſulis ultra 30. millia Indigenarum ad fidem veram converterunt jam ab Anno 1675.

Inſularum Inventio.

Inſula GUAHAN, hodie *S. Joannis* Auſtralior & & maxima Marianarum. — 162. 38. 13. 50
Inſula ZARPANE, ſive *Rota*, hodie S. Annæ. — 162. 37. 14. 31
Inſula AGUIGUAN, hodie *S. Angeli.* — 162. 50. 14. 15
Inſula TINIAN, hodie de *Buenaviſta.* — 162. 49. 14. 57
Inſula SAYPAN, hodie *S. Joſephi.* — 162. 21. 15. 39
Inſula ANATAYAN, *S. Joachimi.* — 162. 23. 17. 21
Inſula SARIGAN, *S. Caroli.* — 162. 22. 17. 42
Inſula GUGUAN, S. Philippi. — 162. 24. 18. 0.
Inſula AMALAGAN, de Conceptione. — 162. 22. 18. 23
Inſula PAGON, *S. Ignatii.* — 162. 30. 19. 10
Inſula AGRIGAN, *S. Franciſci Xav.* — 162 29. 19. 33
Inſula ASSONSONG, *de Aſſumptione.* — 162. 31. 20. 22
Inſula MAUG, *S. Laurentii.* — 162. 57. 20 40
Inſula URAC, ultima versùs Japoniam, in Serie Marianarum, plures ſunt hinc inde diſperſæ.

INSULÆ de PAIS.

Quaſi Cyclades in coronâ ſive circulo ultra 30. non multùm recedunt ab Inſulis Marianis magis versùs Auſtrum

° ′ ° ′

ſtrum non longè à Lineâ æquatoris. Præter ſequentes moderno Sæculo plures ſubinde innotuerunt.

159. 0. 11. 20 Inſula CAROLINA, ſic dicta, quia ſub auſpiciis *Caroli II.* Regis, Hiſpaniarum inventa.

159. 57. 11. 21 Inſula S. Barnabæ, quia die huic S. Apoſtolo Sacrâ detecta.

163. 17. 9. 30 Inſula LAMURES, præcipua inter has Inſulas ab ipſis Indigenis ſic appellata.

160. 0. 6. 20 Inſula ARECIFES, extra Cyclades magis ad Auſtrum.

160. 3. 6. 30 Inſula MATELOTES, proxima priori versùs Orientem.

160. 2. 6. 10 Inſula VILIAN, inter 5. parvas fermè media.

164. 0. 5. 0. Inſula de los SALDADORES Solitaria magis versùs Ortum.

163. 0. 3. 0. Inſula de LOS MARTYRES, una cum Sex aliis magis versùs Auſtrum.

162. 0. 2. 0. Inſula des AVES, Extrema cognitarum propè Lineam æquatoris.

III. INSULÆ PHILIPPINÆ.

Sic dictæ, quia ſub *Philippo II.* Rege Hiſpaniæ A. 1564. inventæ ſunt, Teſte *Samſone* numerus earum excreſcit ad decem millia, ex quibus 50. ſui juris fecêre Hiſpani, aut certè tributarias, divites Auro & gemmis, aromatibus, aliisque fructibus calidis. Præcipuæ ſunt:

INSULA LUZON
Manilha Hiſpanis.

Primaria *Philippinarum*, & maxima, ferax frumenti, orizæ, fructuum, & paſcuorum bonorum.

Urbes INSULÆ LUZON.

144. 20. 14. 30 LUZON, *Manilha*, urbs munita cum Academiâ, &

& portu insigni à Chinensibus & Japonibus frequentato, Sedes Archi-Episcopi, & Pro-Regis, caput Insulæ.

CAGAJON, Hispanis nova *Segovia*, urbs Episcopalis in Peninsulâ, versùs Boream extensâ. 142 40. 17. 1

CAZERES, Hispanis *Camerina*, urbs Episcopalis cum portu ad Austrum. 145. 38. 12. 2

CAPUT sive Promontorium *Bojador*. 141 0. 17. 15

CAPUT sive Promontorium, del *Enganno*. 142.44. 17.28

CAPUT sive Promontorium *Bulliano*. 140.43. 15.0

INSULA TENDAYA.

Insulæ Manilhæ ad Austrum objecta valdè ferax in omni genere, prima ex Philippinis inventa.

ACHAN, *Achanum*, urbs & caput totius Insulæ. 146 42. 11.30

INSULA MINDORA.

Una ex præcipuis Philippinarum pariter Manilhæ ad Austrum objecta Occidentalior priore.

MINDORA, urbs & caput totius Insulæ ad Fretum inter hanc & Manilhan Insulam. 141. 7. 12. 25

INSULA ZEBU.

Parva quidem, sed bene culta inter Insulam Manilham & Mindanao, aliàsque parvas media.

ZEBU, urbs nunc dicta Nominis JESU, Episcopalis & caput Insulæ. 144. 25 9. 59

INSULA S. JOANNIS.

Una ex Majoribus Philippinarum Insulæ Mindanao ad Ortum objecta.

S. JUAN, urbs S. Joannis, caput totius Insulæ. 147. 10. 8. 10

INSULA MINDANAO.

Una ex maximis Philippinarum ex tribus conflata Insulis, quarum media & Maxima Nomen retinet. Dives

ves Auro, melle, cerâ, tabaco. Incolæ adhuc Mahometani ſunt, habentque in ea Sultanum.

145. 3. 6. 55. MINDANAO, & *Tabouc*, urbs & caput Inſulæ, Sedes Reguli, ad Sinum ſeu Fretum maris.

SURICAO, *Suricaum*, urbs ad Sinum maris.

148. 48. 5. 40 CAPO BICAJO, ſive promontorium Bicajum ad Auſtrum.

INSULA PARAGOA.

Una ex maximis Philippinarum Occidentalior inter Mindoram & Borneo Inſulam media, cum Titulo Regni.

139. 4. 10. 40 PULOAYM, *Puloayma*, urbs & caput Inſulæ, Sedes Reguli, Regi Borneenſi tributarii.

136. 15. 8. 25 CAPO ſive, Promont. Boreale *Domacan*.

CAPO ſive Promont. Auſtrale *Palon*.

INSULA LAS BUENAS SENNALES.

143. 19. 8. 10 DAPYTO, *Dapitum*, urbs & caput Inſulæ, Sedes Reguli.

142. 5. 6. 46 CALDERO, *Calderum*, urbs ad Prom. Auſtr.

PUNTA, ſive Capo *Della Gallera*.

IV. INSULÆ MOLUCCENSES.

In Archi-Pelago Moluccarum, quarum propriè 5. tantùm ſunt, eæque parvæ, ſed aromatum optimorum feraciſſimæ *Bachian*, *Machian*, *Timor*, *Ternate*, *Tidor*. Aliæ circumvicinæ, licet multò majores ſint, tamen ab his nomen *Moluccarum* traxerunt, ut *Terra dos Papous Gilolo*, *Celebes*, *Ceiram*, *Flores*.

Situs Inſularum. Omnes ſitæ ſunt fermè ſub lineâ Æquatoris, à Boreâ reſpiciunt Philippinas, ab Ortu Marianas, & Novam Guineam, ab Auſtro Novam Hollandiam, ab Occaſu Javam Inſulam & Celebes.

INSU-

INSULÆ MOLUCCENSES

5. Minores.

I. INSULA BACHIAN.

Parva quidem, ſed valdè ferax, cum titulo Regni plures ſub ſe continet minores Inſulas.

BACHIAN, *Bachianum*, urbs & caput hujus & reliquarum Bachianarum, Sedes Reguli, aliis *Marigoran*. 148. 4. 1. 21

GAMADURE, *Labora*, *Bornewelt*, ſunt fortalitia Hollandorum.

II. INSULA MACHIAN.

Ex quâ Hollandi multa aromata deportant.

MACHIAN, *Machianum*, urbs & caput Inſulæ. 148. 5. 1. 12

NAHACAO, *Taſſaſo*, *Tabillola* & Mauritii ſunt fortalitia Hollandorum.

INSULA MOTIR, aliis TIMOR.

Parva inter 5. Moluccas propriè dictas, eſt Hollandorum, qui in eâ exſtruxerunt fortalitium *Naſſau*. Sunt & aliæ duæ Inſulæ majores versùs Auſtrum ejusdem nominis, una propè Inſulam *Aru*, versùs Orientem, altera versùs Occidentem propè Inſulam *Flores*, Longa 70. milliaria, Lata 15. fertilis frumento fructibus & aromatibus.

INSULA TERNATE.

TERNATE, urbs & caput Inſulæ, Sedes Reguli. 147. 36. 0. 48
Præter hanc ſunt in Inſula *Tacoma*, *Tolucco*, *Malao* Fortalitia Hollandorum.

Item *Noſtra Sennora del Roſario*, & *Gamalane* Stationes *Hiſpanorum*.

INSULA TIDOR.

TIDOR, urbs & caput Inſulæ, Sedes Reguli, in hac Inſulâ 147. 35. 0. 46

0 , 0 ,

Insulâ olim erant Stationes Hispanorum, *Tarula*, *Castello Viejo*, *Marieco*, nunc Hollandorum.

His 5. minoribus Insulis accedit *Insula Potebackers* utcunque sterilis & inculta. Omnes autem prædictæ Insulæ, adjacent Insulæ *Gilolæ* ad Occasum.

INSULA GILOLO.

Una ex maximis Moluccarum, habet proprium Regem, licet Hispani aliquâ in eâ loca possideant, præter 5: Castella: *Sabugo*, *Aquilanio*, *Tolo*, *Isian*, *Jaffugo*. Aliquid etiam Hollandi.

148. 0. 0. 50 GILOLO, urbs & caput totius Insulæ, nunc Hispanorum.

INSULA CELEBES.

Maxima Moluccarum, Longa 105. Lata 45. Milliaria, valdè ferax fructuum nobiliorum, frumenti, vini, Auri, Eboris, & Aromatum. Habet proprium Regem, cum quo magna commercia tractant Hollandi & Angli cum exclusione Hispanorum.

A.

144. 5. 0. 48 CELEBES, urbs & caput Insulæ, cui nomen tribuit, cum Sede Regiâ & portu.

144. 5. 3. 50 BANTACH, urbs cum Sede Regiâ, ad mare cum portu.

140. 1. 5. 24 MACAZAR, *Macassaria*, urbs maximè Australis, & præcipua, caput Regni, Emporium celebre, & Sedes Regia, ad Fretum Ejusdem nominis.

A.

145. 3. 1. 35 CAPO, sive *Punta* de Celebes, Promontorium Boreale.

INSULÆ MOLUCCENSES Majores.

INSULA CEIRAM.

Satis magna & Dives frumento, ac aromatibus, habet

bet proprium Regulum fœdere cum Hollandis conjunctum, qui aliqua ibidem Castella pro suâ securitate erexerunt.

A

LOE, *Loa*, urbs & caput Insulæ in Peninsulâ, Sedes Reguli. 148.42. 3.27

CAMBELLO, *Cambellum*, urbs ad Sinum Maris sive Archi-Pelagi.

INSULA FLORES.

Florum Insula inter Insulas Timor & Javam. 141.45. 8.25

LASATAJA, *Lasatajum*, urbs ad mare.

BATULIAR, urbs cum portu amplo.

INSULÆ AMBOINÆ.

AMBOINA, primaria, à quâ plures minores nomen Amboines traxerunt, est Hollandorum, in quâ 3. fortalitiâ erexerunt: *Hiten*, *Low*, & *Victoria*.

AMBOINE, *Amboina*, urbs cum Castello, caput Insularum. 147.50. 4.14

Insula HITTOU, cum Fortalitio.

Insula VERANULA, cum Fortalitio ejusdem nominis.

Insula NOESAN, cum statione Hollandorum, aliæque minores.

INSULÆ BANDANÆ.

BANDA primaria, à quâ *Bandanæ* nomen habent, plena aromatibus. Hollandis accommoda per Stationes suas: *Londor*, *Ortaton* & *Comber*.

A.

BANDA, urbs & caput Bandanarum Insularum. 149.31. 4.55

Insula NERA, cum oppido ejusdem Nominis, & fortalitio Vassau.

Insula GUMANOPPI, cum oppido ejusdem Nominis.

Insula PULOWAY, cum oppido *Roack* & fortalitio.

INSULA DOS PAPOUS

158. 0. 6.50

Sive *Terra Nigrorum*, ingenti tractu ab æquatore versùs Austrum & Ortum porrigitur, ab Hollandis detecta, Auro & aromatibus Dives, de Provinciis tamen & urbibus inter Geographos parùm constat.

HOCHLAND & LEGHLAND

165. 0. 4.0.

Sunt Terræ ab Hollandis magis versùs Ortum detectæ, necdum satis cognitæ, an Insulæ sint, an continentes terrarum Australium, plurimæ tamen inter eas inventæ sunt Insulæ parvæ, paulò ultra Lineam Æquatoris.

V. INSULÆ SONDICÆ.

Sondicæ à Sond.

SONDICÆ vocantur à Geographis propter frequentia Freta, quæ inter eas occurrunt, & Europæis Borealibus *Sond* appellari solent. Sunt autem harum Insularum tres maximæ: *Java*, *Borneo*, *Sumatra*. Reliquæ circumjacentes parvæ fermè innumeræ.

INSULA BORNEO

Asiæ Maxima.

Insularum Indicarum Maxima in formâ penè rotundâ, Longâ 180 Milliariâ, totidem ferè Lata, subest pluribus Regulis Mahometanis. Terra fœcunda est omni genere aromatum, Auro & Adamantibus, ac Lapide caprearum Bezoardico.

Urbes INSULÆ BORNEO.

B. 133. 10. 4. 14

BORNEO, *Borneum*, urbs ampla, caput Regni, Sedesque Regis, inexistit Sinui maris Boreali & exstructa in Palis more Venetiarum, cum portu amplo.

A. 135. 40. 2. 48

BENDERMASSIN, urbs & caput Reguli cum portu ad Austrum.

130. 10. 1. 30

HORMATA, urbs ampla cum portu ad oram Occidentalem.

LAVE,

Long. Lat.
° ' ° '

LAVE, *Lavia*, urbs & caput Reguli ad Ostium Lave fl. quod Adamantes vehit. — 132. 9. 2. 30

B.

SAMBAS, urbs ad oram Occidentalem. — 130. 12. 2. 20

INSULA JAVA

Una ex maximis Sondicarum habet duos potissimùm Reges *Bantamensem*, reliqui Reguli his sunt Tributarii: Dives est Auro, aliisque metallis ac aromatibus: proxima Insulæ *Sumatræ*, à quâ per Fretum & multas parvas Insulas dirimitur.

Urbes INSULÆ JAVA.

A.

BANTAM, urbs ampla & caput Regni Sedes Regia, cum quadam Reipubl. formâ ad tres rivos & Fretum Sondicum. Emporium celebre, ubi confluunt omnes Orientis Divitiæ, unáque Mercatores Indici & Europæi. — 130. 12. 6. 8

MATERAN, urbs ampla, caput Regni, Sedes Regis omnium in hâc Insulâ potentissimi, in medio Insulæ. — 132. 10. 8. 1

NOVA BATAVIA, urbs Hollandorum ubi olim *Jacatra* stetit Regni caput, populosa, munita, Emporium totius Asiæ ditissimum, Sedes Supremi Judicii & Consilii *Societatis Indicæ*, Dominantis in omnes Regiones Indiarum Hollandicarum. — 129. 58. 6. 24

JAPARA, urbs Reguli cum portu.

JORTAN, urbs Reguli cum portu.

POLAMBUAN, urbs Regni, ad Fretum Polambuanum. — 136. 0. 8. 18

PANARUCA, urbs Reguli ad oram Orientalem.

PASSARVAN, urbs Reguli cum portu.

TUBAN, urbs Reguli cum portu.

INSULA JAVA Minor, majori ad Boream adjacet, cum urbe *Madura*. — 133. 6. 6. 8

INSULA SUMATRA

Una ex maximis *Sondicarum*, Longa ad 300. Milliaria,

liaria, Lata 100. Mill. habet plures Regulos, unus tamen *Achemus* omnium potentiſſimus, Hollandi etiam multùm dominantur in ea, 5. fortalitiis ibidem exſtructis, quibus Regulis inſultant. Abundant frumento, fructibus, melle, cera, Serico, aromatibus, Lapide Bezoardico, unionibus, Auro, Argento, aliisque metallis.

Long. Lat.
° ′ ° ′

Urbes INSULÆ SUMATRÆ.

119. 1. 6. 0. ACHEM, *Achemum*, urbs ampla & caput, Sedes Regis potentiſſimi, cum portu inſigni.

124. 0. 2. 0. A. ARU, urbs & caput Provinciæ ad Fretum Malacenſe.

BARAS, urbs oppoſita *Malacæ*.

125. 42. 0. 19 CAMFER, *Campera*, urbs Reguli.

126. 10. 2. 1 JAMBY, urbs Reguli ad mare Indicum.

JUDAPERA, urbs ad mare Auſtrale.

A. PACEM, *Pacemum*, urbs Reguli.

128. 25. 8. 15 PALIMBAN, urbs Reguli ad Fretum Banca.

PEDIR, urbs Reguli ſub Achemo.

PRIAMAN, urbs Reguli ad Mare Auſtrale propè Æquatorem.

A. 128 45. 6. 12 INSULA BANCA, cum urbe *Banca* propè oram Orientalem *Sumatræ*, à quâ per Fretum *Bancæ* dirimitur.

VI. INSULA ZEYLON.

Una ex præcipuis & feliciſſimis Indiarum ad Fretum *Chilao* contra oram *Coromandeliam*. Nam præter Auram totius Indiæ ſaluberrimam, Terra fert præſtantiſſimas uvas, ficus, Poma granata, Aurantia, Citrina, Cinnamomum, Saccharum, Aromata, Aurum, Argentum, Adamantes, Carbunculos, Saphyros, aliosque Lapides pretioſos, & gemmas in mari vicino. Rex Inſulæ, Mediterranea cum multis Regulis; Hollandi autem oras maritimas pleraſque poſſident.

Urbes INSULÆ ZEYLON.

	Long.	Lat.
	° ′	° ′

CANDY, *Candea*, urbs & caput Regni Sedes Regia, in medio Insulæ, ubi mons *Pico d'Adam*, in quo Indigenæ superstitiosi sepultum Adamum primum hominem credunt. *107. 35. 7. 45*

CEITAVACCA, urbs Reguli.

CHILAO, urbs ad flumen Chilaum, unde fretum nomen accepit.

COLOMBO, urbs Hollandorum munita, cum portu insigni. *105. 49. 6. 40*

JAFANAPATAN, Castrum munitum Hollandorum, in Peninsulâ. *106. 30. 9. 39*

JALA, oppidum Indigenarum.

NEGOMBO, Castrum munitum Hollandorum, cum portu

PUNTA GALLA, urbs Hollandorum, in promontorio ejusdem nominis.

TRINQUEMALO, Castrum munitum Hollandorum.

INSULA MANAR, & Castrum munitum Hollandorum, in Freto Chilao, ubi celeberrima piscatio Margaritarum. *106. 27. 5. 59*

VII. INSULÆ MALDIVÆ.

Sunt Longa Congeries Insularum ad eundem fermè meridianum 118. Gr. porrectæ, numero 12000., quæ per Canales Maris interfluentis in 13. Classes distinctæ, eminentibus è profundo scopulis, ceu vallo contra fluctus aquarum defenduntur. Singulæ Classes circularem utcunque Figuram referunt, & 15. circiter milliaria Germanica ambitu suo concludunt; singulæ verò Insulæ admodum parvæ sunt, earumque maxima Milliare vix superat. Interim proventus ibidem maximus ex milio, Coral-

Insulæ 12000.

Classes Tredecim.

Coralliis nigris, & ambrâ optimâ, maximè ex coccorum nucibus, ex quarum arboribus Maldivenſes victum, veſtitum, domos ac naves conſtruunt. Singulæ autem Claſſes parvarum Inſularum his nominibus appellantur.

13. Claſſes Maldivarum.

98.20. 7.12 1ma Claſſis, *Tilladu.*
2da Claſſis, *Milladu.*
3tia Claſſis, *Padipola.*
4ta Claſſis, *Molor-Madu.*
5ta Claſſis, *Ari- Attollon.*
6ta Claſſis, *Male-Attollon* S.R.
7ma Claſſis, *Pulis du.*
8va Claſſis, *Moluche.*
9na Claſſis, *Nillandux.*
10ma Claſſis, *Collomadux.*
A
103.0. 1.0. 11ma Claſſis, *Adumatis.*
12ma Claſſis, *Sovadu.*
13ma Claſſis, *Pu-Moluche.*

TERRÆ AUSTRALES.

Necdum ſatis cognitæ.

Has Terras à Lineâ Æquinoctiali per Tropicum Capricorni usque ad Circulum Poli Auſtralis, ab Anno 1603. poſt *Petrum Ferdinandum De Quir* Hiſpanum, & Celebrem Navarchum *Dampier*, ac *Carpentarium*, multi alii recentiores, præſertim Hollandi tentarunt inquirere, ac notiores Orbi reddere, ſed ulterius ad interiora ingentis Terræ, ut conjicitur ex jam inventis, non ſunt progreſſi, ſolas oras maritimas, & quædam promontoria detexerunt, hic notata.

Oræ marit. Cognitæ.

NOVA ZEELANDIA.

A.
192.0. 35.0. CAPUT ſive Promont, Maria Van Diemen.
138.40. 15.24 CAPUT ſive Promont. de Wits-Land.

NO-

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
NOVA HOLLANDIA.		
CAPUT ſive Promont. Arnheims Land.	162. 57.	12 10
CAPUT ſive Promont. Van Diemen.	165. 0.	15. 40
NOVA GUINEA.		
CAPUT FALSUM, Hollandis *Vaelſche Caep.*	162. 25.	9. 21
CAPUT de BUEN DESEO, Deſideratum.	•	•
NOVA CARPENTARIA.		
CAPUT ſive Promont. *Kerwer.*	167. 5.	13. 30
CAPUT O Rivier de Naſſau.	170. 3.	16. 30
CAPUT TERRÆ ALTÆ, Hollandis T'hogeland.	169. 10.	11. 0.

CAPUT IX.

DOMINIA EUROPÆORUM IN ASIA.

DOMINIUM LUSITANORUM.

Dominium Luſitanorum.

OLim Luſitani magnam partem oræ maritimæ in Peninſulâ Comorinâ, in Inſulâ Zeylon, aliisque paſſim *Aſiæ* Locis poſſederunt, quæ Ipſi primi ex Europæis, ſuá dexteritate, navigiis, armis, magnisque impendiis ſibi comparârnnt: Verùm Societas Hollandica, proſperis Luſitanorum ſucceſſibus invidens, ſpe lucri grandis ex mercimoniis Orientalibus, Eorum calcaneis inſiſtens *Aſiam* impetuosè ingreſſa, partem potiorem *Luſitanis* vi & armis extorſit, & usque ad noſtra tempora, nullo impediente, uſurpat, paucis Dominiis in poteſtate *Luſitanorum* relictis, quæ ſunt, teſte Duvallio.

Ab Hollandis Diminutum.

Viget in Mogole.

IN IMPERIO MOGOLIS, urbes *Diul* & *Damaon*, Item

Item *Bazain* cum *Insulis Salsetanis*, ac pagis aliquot & Fortalitiis.

Regno Decan. IN REGNO DECAN, urbes *Chaul*, & *Goa*, quæ est caput omnium locorum, quæ Lusitani possident in Indiis Orientalibus.

Ad fines Chinæ. URBS MACAO ad confinia Imperii Sinensis, celebre Orientis Emporium.

Reliquâ Asiâ. Præterea Mercaturam exercent Lusitani in præcipuis urbibus, & Emporiis totius Asiæ, à Japoniâ verò, ut supra dictum, penitùs exclusi, his temporibus.

DOMINIUM HISPANORUM.

Hispanorum Insulæ. HISPANI possident *Insulas Philippinas* Gubernatore in Insulâ *Manilhâ*, & Archi-Episcopo constituto, quarum majores sunt 40. Minores longè plures, ex quibus aliquæ proprios quidem Reges habent, sed Hispanis tributarios.

Philippinæ Marianæ. HISPANI quoque possident *Insulas Latronum Marianas*, peropportunas ad navigationes ex Regno *Peruano* ad Has & Philippinas. Sunt illarum innumeræ in Archi-Pelago S. Lazari.

DOMINIUM ANGLORUM.

Anglorum urbes. ANGLI in orâ maritimâ Regionis COROMANDELIÆ possident urbem MADERASPATAN.

Inter Insulas Indicas BOMBAIN, ANGODIVE, & PULVERONE.

Mercaturam quoque exercent per totam Asiam in celebrioribus Ejus Emporiis.

DOMINIUM DANORUM.

Danorum urbes. DANI in orâ COROMANDELIA, & MALABARICA possident urbem TRANGEBAR, sive GRANGEBAR. Item TRANGABAY, & Fortalitium DANOBURGUM, à Danis ita appellatum.

DOMI-

DOMINIUM HOLLANDORUM.

Hollandia, cum Reliquis 6. Provinciis Fœderatis, modica Europæ portio, non obstantibus tot præaltis, vastísque aggeribus, sensim ab aquis depascitur, subinde etiam irruptione maris depopulata, multis hominum millibus submersis ac domibus eversis; unde quod Indigenis decedit in patriâ, extra Eandem cum fœnore conquirunt. Jamque in reliquis Orbis partibus multò plùs terræ obtinent, quàm Domi suæ possideant, aquis & fluctibus à pueritiâ assueti, tantùm maris pericula non horrent, quantùm alii minora pericula fluminum, qui procul à Mari absunt & mediterranea incolunt. Gens lucri terreni avidissima, si tantùm operis ac laboris impenderet lucro Animarum, præcederet multis nationibus in Regno Dei.

Hollandia in se parva.

Extra magna.

Primò pedem in Brasiliâ, quò *Lusitanos* præcessisse viderant, figere stabilem per Ducem *Nassovium*, tum temporis celeberrimum Archi-Strategum, omni modo conati sunt *Hollandi*, jamque ejectis inde *Lusitanis*, triumphantes sedem sibi ibidem stabiliverant; sed vertente fortunâ repulsi, cum eandem sibi in *Americâ* adversam viderent, sua vota & vela in *Asiam* verterunt.

Spe lucri Brasiliam.

Dein Asiam occupavit.

Ubi denuò *Lusitanos* aggressi, Eosdem passim è suis Fortalitiis, urbibus, & Insulis ejecerunt, quæ Ipsi postea instaurârunt, & veteribus nova adjecerunt, per quæ non minùs Exteris, quàm Indigenis se se formidabiles reddiderunt. Ut testantur plurimæ urbes & munimenta ab Hollandis in Asiâ ac Insulis Orientalibus occupata; quæ cum Du Vallio recensent plures Geographi recentiores.

Lusitanos ejecit.

Indigenas subjugavit.

In Comorinâ Occidentali.

1mo. In parte Occidentali *Peninsulæ Comorinæ* & *Malabariæ: Onor*, *Barcelor*, *Mangalor*, *Coulan*, *Cochin*, *Cranganor*, *Cananor*, aliaque Fortalitia obtinent *Hollandi* aut certè tributaria habent cum suis Regulis territoria.

In Comorinâ Orientali.

2. In parte Orientali Ejusdem Peninsulæ Comorinæ in orâ *Coromandeliæ*, habent urbes & Emporia: *Tutecorin* & *Negapatan*: Item fortalitium Geldriæ, aliàs *Paliacate.*

In Insulâ Zeylon.

3. In Insulâ *Zeylon* possident urbes & Munimenta: *Iafanapatan*, *Gale*, *Columbo*, *Trinquemale*: Item *Negombo* *Caletur*, *Batecalo*, Fortalitium *Manar* in Insulâ *Manar* vicinâ *Zeylon*, quo piscaturam Gemmarum sibi vendicârunt.

In Insulâ Javâ.

4. *In Insulâ Java*, est urbs munita cum portu & Castro fortissimo, *Nova Batavia* dicta, olim *Iacatra* Metropolis & caput omnium Ditionum ac totius Dominii Hollandici in Indiâ Orientali.

In Moluccis & Maldivis.

5. In Insulis *Moluccis* & *Maldivis* aliisque circumvicinis *Sondicis* passim sedem fixerunt Hollandi, exstructis inibi Fortalitiis non paucis, quibus in suâ potestate Indigenas continent, ac Rebelles coërcent.

In Sondicis & Terrâ Austr.

6. Insulæ potiores ac notiores, quibus Hollandi dominantur, sunt: *Borneo*, *Celebes*, *Gilolo*, *Amboinæ*, *Bandanæ*, *Nera*, *Puloway*, *Solor*, *Timor*, *Savo*, *Buton*, Item *Nova Quinea*, *Nova Hollandia*, *Nova Zeelandia*, *Carpentaria*, *Terra Dos Papous.*

In totâ Asiâ.

Denique nulla est per totam fermè Asiam urbs mercimoniis apta, aut Emporium aliquod celebre, ubi Hollandi suas Ædes, aut Officinas Mercatorias, vulgò *Pack-Haüsser*, non habeant, in quibus mercimonia exercent, præter liberum *Japoniæ* ingressum, nullis aliis Nationibus concessum.

GEO-


AFRICAE
emendata
DESCRIPTIO
MARE ATLANTICUM
OCEANUS
LINEA ÆQUATORIS
ÆTHIOPICUS
MARE DE GUINEA
MARE MEDITERRANEUM
MARE ARABICUM
OCEANUS
DI INDIA
ORIENTALIS.
OCEANUS
MERIDIONALIS
MARE DE CAFARIA
BRASILICUM MARE
Tropicus Cancri
Tropicus Capricorni
Azores Ins.
alias
Flandricæ
Capo Verde
Ponedo de S. Paulo
S. Helena I.
I. de Annobon
Loango
Angola
Cap bone Sper
Mozambique
Natal
Maurice
I. Bourbon
Fort Daufin
I. dos Romeiros
Zocotora I.
Aden
Mecca
Cairo
Alexandria
Jerusalem
Cyprus
Candia
Sicilia I.
Sardinia
Corsica
Madrid
GALLIA
HISPANIA
EUROPÆ PARS
GEORGIA
NATOLIA
PERSIA
Ispahan
INDIA
MOGOL
Arabia Deserta
BARCA
ZANGUEBAR
MONOMOTAPA
CONGO
NUBIA
WEST
OOST
INSULÆ
MALDIVÆ

GEOGRAPHIÆ POLITICÆ.

PARS III.

AFRICA.

AB Afro Herculis filio, vel potiùs Abrahami ex Keturâ, teste Josepho dicta, Peninsularum Orbis maxima, terminatur à Boreâ Mari Mediterraneo, ab Ortu parvo *Isthmo Suessano* & Mari rubro, ab Austro Oceano Australi, ab Occasu Oceano Occidentali.

Africæ Termini.

Longa â Capo Verde usque ad Capo Guardafuy 1600. milliaria Germanica, lata à Promontorio bonæ spei usque ad Mare Mediterraneum 1400. Milliaria. Minor Asiâ, Europâ major, sed non tam populosa, quia magna ejus Pars sine omni culturâ sterilis ac deserta est, præsertim Mediterranea sub Æquatore & Zonâ torridâ, ubi nec rivus nec fons reperitur; unde in Camelis aquam & alimenta ab uno loco ad alterum secum deferunt Æthiopes: nec mercimonia ibidem exercentur ob pericula itinerum per profundos calentium arenarum cumulos inter occurrentium ferarum ac monstrorum multitudinem. Soli Prædones, maximè Arabes, vagabundi Locustarum more has terras depascunt. Reperiuntur tamen in tam vastâ terræ portione plures Provinciæ præsertim Maritimæ fœcundissimæ tum vino, tum fructibus, tum fodinis auri & argenti. Unde quidam de Africa dixit: Prodigiosum esse, quidquid Africa producit, sive bonum, sive malum, Morum vix alibi major est barbaries, civilitas nullibi minor, Ferarum potiùs quàm hominum Mater. Hinc Geographi tam modicam habent de Africâ notitiam.

Longitudo.
Latitudo.
Genius Africanorum.

CAPUT I.

AFRICA IN IMPERIA, REGNA, ET PROVINCIAS DIVISA.

Regiones Africæ.

TOta Africa à plerisque Geographis in 12. majores Regiones dividi solet. 1mò versùs *Europam* in *Barbariam Biledulgerid*, Desertum *Saara*, *Nigritiam*, *Guineam*. 2dò versùs *Asiam* in Regnum *Nubiæ*, Imperium *Abyssinum*, Regnum *Ægypti*, Imperium *Monœmugorum*. 3tiò. Versùs Mare *Australe* in Regnum *Congo*, Oram *Zanguebariam*, Regnum *Monomotapæ*, Oram *Cafrariam*.

§. I.

BARBARIA

ESt ingens illa *Africæ* Ora Maritima *Europæ* opposita, ab Ægypto usque ad fretum Gaditanum sexcentis ferè milliaribus juxta Mare Mediterraneum extensa. Ejus latitudo varia est, maxima quidem 30. milliaria vix excedit. Totum hoc spatium clauditur à meridie longissimo Montis Atlantici jugo, quod ubi Mari occiduo nomen suum indidit, inde in progressu versùs Ægypti deserta sortitur varia nomina, atque in plures ramos dispergitur. Ipsa Regio inter nobiliores Africæ reputatur; est enim ferax frumenti, olei, vini nobilissimi & meliorum fructuum, ad quæ conducunt frequentes rivi, qui ex jugo Atlantico ad Mare Mediterraneum decurrunt. Nec desunt Regioni fodinæ auri & argenti, linum & lana, animalia sylvestria & domestica. Barbariæ pars Occidentalis propriè dicitur *Mauritania*, eáque ferè optima & potentissima Maurorum patria, qui olim magno numero ex Hispania ejecti, ibidem sedem fixerunt, hodiéque commercia cum Europæis

Regio Africæ nobilior.

pæis exercent. Reliqua pars Orientalis urbium Maritimarum in continua fermè ſerie piratarum, vulgo Corſaren, nidi ſunt & Chriſtianorum ergaſtula, quos undique ſpe lucri avidiſſimè conquirunt & rapiunt, ut magno pretio ab Europæis redimantur.

Barbaria ſubdividitur in 6. Regna. Regnum *Fetz*, Regnum *Marocco*. Regnum *Algericanum*. Regnum *Tunetanum*. Regnum *Tripolitanum*. Regnum *Barcanum*. *Regna Barbariæ.*

I. REGNUM FEZZA

Quod etiam *Mauritania Tingitana* vocatur, & Regnum *Marocco* uni quidem Monarchæ ſub *Muley Archi* Anno 1686. parebat utrumqne, ſed paulò poſt ejus mortem, rurſus inter fratres ſuperſtites nata eſt diſſenſio & iterata diviſio, uti modo adhuc inter octo fratres diſcerpitur. Hinc etiam ſingillatim de iis agemus, & Urbes præcipuas notabimus.

REGNUM FESSANUM complectitur 7. Provincias, quæ ſunt *Temeſna*, *Fetz*, *Aſgara*, *Habata*, *Esriff*, *Gaveta*, *Chaus*. A Boreâ terminatur Mari Mediterraneo, ab Ortu Regno Algeriano, ab Auſtro Regno Marocco, ab Occaſu Mari Atlantico: Terra, aëris temperati & ſani, fert omnis generis fructus, poma citrina, aurantia, dactylos, olivas, ficus &c.

Urbes REGNI FESSANI.

Long. ° ′ *Lat.* ° ′

FETZ, *Feſſa* Metropolis Regni Feſſani munita, ampliſſima, eáque vetus & nova ad fluvium Suba & Fetz. *16. 45. 33. 11*

ALCASSAR, urbs cum portu, non procul ab urbe Tingitanâ ad Fretum Gibraltar, ubi olim *Sebaſtianus* Rex Portugalliæ anno 1557. à Mauris occiſus.

ARRACHE, *Lixa* urbs cum portu ad Mare Atlanticum olim Hiſpanorum, nunc Barbarorum.

ARZILLA, urbs non procul à Fezza cum portu Regni ad Mare Atlanticum. *13. 35. 34. 48*

CEUTA, *Septa*, urbs Epiſcopalis munita cum portu ad *18. 44. 35. 20*

ad Fretum Gibraltar. Est Hispanorum â Mauris ultra 20. annos frustra obsessa.

19.30. 25.10 GOMER, *Gomera* urbs & caput Provinciæ *Ercif* ad ostium fluminis Gomer.

MAHMORA, urbs ad ostium fluvii Suba.

19.50. 33.40 MELILA, urbs & caput Provinciæ Garet cum portu, est Hispanorum.

MIQUENEZ, modica quidem Civitas, sed ordinaria Residentia Regis Fessani, non procul â Fezzâ.

PENNON *de Velez*, *Velia rupes*, arx munita Hispanorum.

15.4. 34.50 TANGER, *Tingis*. urbs olim Episcopalis cum portu, fuit Lusitanorum, sed Anno 1661. ab Anglis capta; nunc demolita.

13.10. 44 5 SALEE, *Sela*, urbs cum arce benè munita ad Mare Atlanticum, caput Reipublicæ Piraticæ, Regi Fez tributaria.

TETUAN, forte Munimentum Maurorum.

II. REGNUM MAROCCO

Itidem complectitur 7. Provincias, quæ sunt: *Ducala*, *Hea*, *Guzula*, *Marocco*, *Haschora*, *Susa*, *Tedles*. A Boreâ terminatur Regno Fez, ab Ortu Segelmesse & Darha, ab Austro Tesse, ab Occasu Mari Atlantico. Terra pariter frugifera, & Camelis abundat, Incolæ Mahometani plerique mancipia sunt, cum Judæis plurimis, qui magnum Regi tributum exsolvunt. Si Rex simul habeat Marochium, Fessam, Susam, & Tafilet, Imperatorem se nominat.

Urbes REGNI MAROCCO.

11.32. 31.13 MAROCCO, *Marochium*, urbs amplissima, & caput Regni, olim splendida, at bellis intestinis multùm deformata ad Tensist fl.

AGMET,

AGMET, urbs dicta Marochium minus.

AZASIA, urbs ad fl. Omirabih; ubi Galli habent Consulem.

AZAMUR, urbs & caput Prov. *Ducala* ad ostium fl. Omirabih.

ELMANDINA, urbs & caput Prov. *Haschora.*

CARTGUESSEN, urbs cum portu ejusdem Prov.

TARODANT, *Tarodantum*. urbs & caput Prov. *Susa* ad fl. Sus. 9. 48. 28. 40

TAGAVOSTUM, urbs ejusdem Prov. non procul à flumine Sus.

TEMELLA, urbs munita in monte posita, ad flumen Asifnual.

TETNESTA, urbs & caput Prov. *Hea* ad fluvium Savens.

TEDSA, urbs ad fluvium ignobilem.

TEJEURA, urbs ad fluvium Sus.

III. REGNUM ALGERIANUM.

Respubl. Algeriana.

Nunc Respublica Aristocratica, regitur per Collegium Consiliariorum, quod *Divan* more Turcarum nominant, cujus Præses est *Day*. Est sub protectione Imperatoris Turcici, qui ideò Bassam ibi constituit, cum modicâ potestate, tantùm ut tributa Imperatori colligat. Complectitur 5. Regiones quæ sunt: *Algier*; *Bugie*, *Constantine*, *Tenez*, *Tremezen*, sive Tellensin. Terminatur à Boreâ Mari Mediterraneo, ab Ortu Regno Tunetano, ab Austro Biledulgerid, ab Occasu Regno Fez. Terra feracissima, sed ferè inculta, quia incolæ Algerianis commerciis inhiant.

Urbes ALGERIANÆ REIPUBLICÆ.

ALGIER, *Algerium*, urbs ampla & dives, caput Reipublicæ Piraticæ, cum portu capaci & munito, Sedes etiam Bassæ Turcici, & colluvies Maurorum, Turcarum, Judæo- 25. 15. 35. 5

Judæorum. Tam potens, ut iterata bella gesserit cum Hispanis, Gallis, Hollandis, Anglis, & multa etiamnum Christianis damna inferat.

BONA HIPPON, Episcopatu S. Aug. celebris, urbs munita cum arce & portu.

BUGIA, urbs & caput Provinciæ Bugiensis, munita cum arce ad ostium & sinum Bonensem.

CONSTANTINA, urbs Episcopalis, olim *Cirta*, & caput Regni ad fl. Sufegmerus.

CUCO, urbs & caput Provinciæ cum castro ad fluvium Major.

GIGERI & *Gilgil*, urbs & caput Provinciæ cum arce munita inter Algim & Bugiam.

ORAN, urbs & caput Marchionatûs Hispanici, olim Emporium Venetorum & Genuensium, nunc Episcopalis. Portus illius Marzalquivir est totius Africæ præstantissimus.

TETENSIN, urbs ampla ad fluvium Teffis.

TENEZ, urbs munita ad Mare cum portu & promontorio.

IV. REGNUM TUNETANUM.

Respubl. Tunetana.

Nunc pariter Resp. Aristocratica, regitur Collegio Consiliariorum sive *Divan*, cui *Day* sive Doge præsidet, sub protectione & Tributo Turcico, quod Bassa ibidem residens exigit, sine alia potestate. Piraticam exercent *Tunetani* non minùs, ac *Algeriani*; nihilominus commercia tractant cum Italis aliisque oris maritimis Europæ, præsertim in re frumentariâ. Regnum situm est inter Algier & Tripoli, ita ut à Boreâ respiciat Mare Mediterraneum, ab Ortu Regnum Tripolitanum, ab Austro Biledulgerid, ab Occasu Regnum Algerianum.

Urbes TUNETANÆ.

33. 3. 34. 59 TUNIS, Tunetum, urbs ampla, olim Episcopalis, caput

caput Regni & Sedes Bassæ Turcici, ad Sinum *Goulette*, 4. leucis à mari remota, potens & fortiter munita cum Castro. *Carolus V.* eam quidem ceperat An. 1545. sed non diu retinuit. Emporium Genuensium & Venetorum. Nidus Piratarum, & carcer Christianorum.

ACAFRICA, sive Mehedia, urbs muro forti cincta cum portu.

GOLETTA, Fortalitium in monte positum, juxta rudera veteris *Carthaginis*, quam Romani olim destruxerant.

MARSA, Mazula, urbs olim Episcopalis, abest 5. Leucis à Veteri Carthagine & Golettâ.

SUSA, Siagul urbs & caput Provinciæ Susanæ cum portu & arce in rupe præalta posita, ubi Asylum & statio tuta piratarum.

URBS oppidum cum Castello ad fl. Quadilbarbar, quod flumen *Tuneto Bonam* Euntibus vigesies sexies transseundum est.

V. REGNUM TRIPOLITANUM.

Respubl. Tripoli.

Nunc pariter respublica Aristocratica regitur Collegio Divan, cui Day præsidet, sub protectione & Tributo Turcico, quod Bassa ibidem residens exigit, eodem modo sicut Algerii & Tuneti. A Boreâ terminatur mari mediterraneo, ab Ortu Regno Barcan, ab Austro Biledulgerid, ab Occasu Regno Tunetano. Incolæ frequentem Piraticam exercent contra Melitenses, Siculos, & Italos.

Urbes TRIPOLITANÆ REIPUBLICÆ.

TRIPOLIS, di Barbaria, urbs ampla & Reipubl. Tripolitanæ caput, cum portu capaci, & arce munita, colluvies Turcarum, Maurorum & Judæorum, Christianorum verò Ergastulum. 38. 4. 29 32

35.15. 31.57 CAPES, Tacape, Capſa, urbs olim Episcopalis, ad Oſtium Tritonis, nunc Capes fl.

ETHAMNA, Ethamata, urbs ad fl. Capes.

LEPEDA, Leptis magna, urbs cum portu & arce munita.

MACHRES, Mahara, urbs ad Sinum, & promontorium Capes.

SARMANA, urbs non procul à Tripoli antiquâ, juxta novam.

SUBEICUM, urbs ad Sinum Sidrenſem, Golfo de Sidra.

ZAORA, urbs cum portu & promontorio.

Reliqua oppida maritima ignobilia ſunt, hoc ſolum nomine celebria, quod quilibet Piraticam exercere valeat, dummodo certum quoddam Tributum Reipubl. pendant.

VI. REGNUM BARCANUM.

Totum magis quam antecedentia Imperatori Turcico ſubjectum, & regitur à quodam *Sangiac*, tanquam Pro-Rege Turcico, minùs frugifera eſt terra, præſertim illa interior versùs Deſertum Barcan. à Boreâ terminatur mediterraneo mari, ab Ortu Ægypto, ab Auſtro Nubiâ, ab Occaſu Regno Tripolitano.

Urbes REGNI TURCICI BARCAN.

49. 4. 29. 3 BARCA, urbs & caput Regni Barcan in Mediterraneâ Regione.

ALBERTON, Albertonium, urbs cum portu ad mare Mediterraneum.

49. 56. 31. 0. BERNICH, Berenice, urbs olim ſplendida Cyrenaicæ Regionis, ad Mare cum portu.

BON ANDREA, Apollonia ad promontorium Cyrenaicum, ejusdem nominis.

CAIRON, olim Cyrene, non procul à flumine Doëro.

MESU-

MESULAMARA, urbs cum portu & Promontorio.
ROXA, urbs cum portu & Promontorio.
SALONA, Saloneſſa, urbs cum portu.
TRABUCHO, Batrachus, urbs cum portu.

DESERTUM BARCÆ.

AMON, olim Templum Amonis cum oraculo celeberrimum, nunc tantùm ejus rudera ſuperſunt in medio deſerti. *52. 34. 27. 31.*

AUGELA, ſtationes Arabum ad montes Saaræ, ubi ad prædas itinerantium invigilant.

ELEOTACH, Oaſis ad Lacum, oppidum marmaricæ Regionis.

GORHAM, Statio Arabum ad Locum Sim.

SABIA, Statio Arabum inter Sylvas, & deſerta.

§. II.

BILEDULGERID, olim LYBIA.

INTERIOR ſive CITERIOR.

Datteland dicta ob Dactylos frequentes.

Reges Regionis Tributarii Rebuspubl. Superioribus.

EST ingens Terræ tractus à mari Occidentali usque ad Ægyptum decurrens ultra 750. milliaria inter duo altiſſima Montana Atlantis majoris & minoris, unde Fabula de Atlante cœlum humeris portante. Terminatur à Boreâ orâ Barbariæ, ab Ortu Ægypto, ab Auſtro Saara deſerto, ab Occaſu mari Atlantico. Incolæ ſunt Mahometani & Judæi, Reges autem eorum plerique ſunt tributarii Regnis, Algeriano, Tunetano, & Tripolitano: dividuntur in ſtabiles & vagabundos. Stabiles ſunt, qui urbes & oppida inhabitant, & hi ſunt indigenæ Africani, ſive *Bere-*

Berebei: Instabiles sunt plerumque *Arabes*, ex Arabiæ desertis huc transgressi, qui Tartarorum more cum suis gregibus ac tentoriis turmatim vagantur & discurrunt, agros depascendo, hominesque spoliando.

PROVINCIÆ earumque Urbes præcipuæ.

13. 26. 28. 25 BILEDULGERITUM, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. aliis Teusar ad fl. ignobilem.

DHARA, Tesuf, urbs & caput Provinciæ Dhara.

TAFILET, urbs & caput Regni Tafilet prope Marocco.

17. 32. 29. 5 SEGELMESSA, urbs & caput Regni Ejusd. nom.

TEGORARIM, urbs & caput Provinciæ Ejusd. nom.

TESSET, urbs & caput Provinciæ Ejusd. nom.

31. 10. 28. 1 ZEB. Zebium, urbs & caput Provinciæ Ejusdem nominis.

Reliquæ urbes & oppida exigua sunt & ignobilia, cum enim in his desertis rara admodum sint flumina, rari putei, multi etiam campi Sabulo & arenâ repleti homines stabiliter ibidem vix habitare possunt.

§. III.

ZAHARA sive SAARA.

Olim Lybia exterior sive ulterior.

Regio ob arenas & monstra ferarum non satis cognita.

ITidem tractus Terræ longissimus præcedenti ad Austrum oppositus, qui pariter ab Oceano Occidentali versùs ortum usque ad Regnum *Nubiæ* extenditur, & in varia deserta, sive Provincias admodum steriles dividitur. Cumque pauci ex Europæis eò devenerint, accurata Regionis notitia non habetur, valde enim difficile & periculosum est illuc introire, de die propter nimios solis, & arenarum æstus, de nocte propter feras & monstra frequen-

quentia, præsertim cum subinde usque ad 50. Milliaria vix homo reperiatur. Notata sunt tamen à Geographis aliquot Provinciæ earumque capita.

PROVINCIÆ SAARÆ, Ejusque CAPITA.

	Long. ° ′	*Lat.* ° ′
BERDOA, urbs & caput Prov. Ejusd. Nom.	42. 0.	23. 27
BORNO, urbs & caput Regni Bornensis.	39. 57.	16. 54
GAOGA, urbs & caput Regni Ejusd. nom.	32. 38.	24. 4
LEMPTA, urbs & caput Provinciæ e. n.	45. 30.	22. 7
TARGA, urbs & caput Provinciæ e. n.	27. 38.	24. 5
TEGAZZA, urbs & caput Provinciæ e. n.	16. 3.	20. 55
ZUENZIGA, urbs & caput Provinciæ e. n.	18. 10.	26. 3
ZANHAGA, urbs & caput Provinciæ e. n.		

Dantur hic monstra magnorum Serpentum, Leones, Tigrides, Leopardi, Struthiones, homines etiam non minus feroces, prædones, & malefici.

§. IV.

NIGRITANIÆ sive TERRÆ NIGRORUM.

INgens Regio Nigrorum ultra 500. Leucas ab Ortu & meditullio Africæ usque ad Oceanum Occidentalem altissimis utrimque vallata montibus excurrit. Mediam interfluit fl. *Niger* qui exortus in Æthiopia, plurimis ex Nigritiâ secum raptis fluminibus per 5. Ostia circa Capo Verde in mare Atlanticum se præcipitat, veluti Nilus exundans. Incolæ à parte Australi fluminis omnes sunt nigerrimi, terraque ferax est Auri & Argenti, Orizæ ac frumenti, quod Europæi ibidem seminârunt. Angli, Hollandi, Lusitani hic sua cum nigris commercia exercent, indeque pelles animalium, Aurum, Argentum, gem-

Incolæ à parte Australi nigri.

A parte Boreali fuſci.

gemmasque, imò etiam homines coëmptos exportant, & transferunt in Americam ad labores & ſervitia. Ex parte Boreali fluminis ſunt ſubalbi & fuſci, terraque minùs frugifera Tota Nigritania concluditur à Boreâ deſerto *Saaræ*, ab Ortu Nubiâ, ab Auſtro Guineâ, ab Occaſu mari Atlantico. Soletque ab Geographis Recentioribus dividi in Regna Mediterranea 14. & Maritima ſex.

REGNA NIGRITANIÆ MEDITERRANEA

Ad Littora Nigri Borealia.

Loug. ° '	*Lat.* ° '	
22. 3.	18. 13	AGADES, urbs & caput Regni Ejusd. Nom.
26. 15.	15. 17	CANO, urbs & caput Regni ad Lacum Cano.
30. 6.	16. 30	CASSENA, urbs & caput Regni ad Lacum e. n.
35. 0.	16. 26	GANGARA, urbs & caput Regni Ejusd. nom.
6. 0.	15. 12	GENEHOA, urbs & caput Regni ad Nigrum fl.
12. 30.	18. 40	GUALATA, urbs & caput Regni Ejusd. nom.
8. 12.	14. 48	TOMBUT, urbs & caput Regni ad Nigrum fl.

REGNA NIGRITANIÆ MEDITERRANEA

Ad Littora Nigri Auſtralia.

18. 0.	11. 15	GAGO, urbs & caput Regni Ejusd. nom.
22. 45.	13. 20	GUBER, urbs & caput Regni ad Lacum magnum.
12. 35.	11. 57	MANDINGA, urbs & caput Regni Ejusd. nom.
10. 3.	10. 54	MELLI, urbs & caput Regni Ejusd. nom.
20. 0.	10. 30	SUSOS, urbs & caput Regni Suſi.
34. 2.	11. 30	ZANFARA, urbs & caput Regni ad Inſ. Nigri fl.
27. 30.	12. 21	ZEGZEG, urbs & caput Regni, non procul à Nigro fluvio.

RE-

REGNA NIGRITANIÆ MARITIMA Circa Nigri Oſtia.

Long. Lat.
° ′ ° ′

REGNUM JALOFFUM, cujus metropolis. *Budomella.* Urbes *Barſolla* & Monſigaër. 4. 18. 15 0.

REGNUM CASSANANUM, cujus Metropolis *Caſſanum Magnum*, urbes *Caſſanum* minùs & *Jarem* ad ramum parvum Oſtii Nigri. 5. 2. 14. 22

REGNUM JACAFFUM, cujus Metropolis *Jagoas* ad ramum parvum Oſtii Nigri. *Emboul* non procul à Capo Verde *Soloul*, ad fluvium Senega. 5. 42. 14. 52

REGNUM BYAGORUM, cujus Metropolis *Boyla*, inter Oſtia Nigri fl. *Cathcheo*, Caſtrum *Luſitanorum* ad fluvium S. Dominici. 8. 0. 12. 21

REGNUM BIAFIRUM, cujus Metropolis *Biafarum*, ad Rio grande fl. 7. 43. 12. 0.

REGNUM GOREA, Inſulæ ejusdem nominis, cum duobus Caſtris, à Gallis ibidem exſtructis, ante Oſtia Nigri fluminis. 5. 3. 14. 0.

Regio tota multos habet Elephantos & crocodilos ad Nigrum fl.

§. V.

GUINEA.

MAgnus Oræ maritimæ tractus trecentarum Leucarum à Capo Sierra Liona, usque ad Capo Fermoſo. Non procul ab Æquatore, à Boreâ terminatur Nigritaniâ, ab Ortu Biafarâ, ab Auſtro mari Guineënſi, ab Occaſu Oceano Atlantico. Ejus pars Occidentalis à Luſitanis primis ejus inventoribus *Sierra Liona*, pars Orientalis *de las minas*; ab Hollandis verò poſtmodum, illa *quaqua Cuſt*, ora dentium, eo quod multi dentes Elephantorum in eâ inventi ſint, hæc *Goutcüſt*, Goldcüſten, ob mineras Aureas dicta eſt.

Ejus ſitus & partes.

Terra feracissima est, bis enim quotannis oriza, frumentum, aliique fructus colliguntur. Multos habet Regulos, etiam Lusitani, Angli, Hollandi, Dani multa in eâ possident, in 4. tamen Regna potissimùm dividi solet. Regnum 1. *Guineense.* 2. *Montanense.* 3. *Malaguettense.* 4. Beninense.

Long. Lat. ° ' ° '

REGNA GUINEENSIS ORÆ.

I. REGNUM GUINEÆ PROPRIE DICTÆ à Capo das Palmas usque ad Voltam fl.

17. 3. 4. 45 DARDA, urbs & caput Regni, non procul à Mari Guineensi.
17. 14. 9. 35 ACANES, urbs ad fluvium Volta.
21. 42. 6. 29 ACARA, urbs magna non procul â Mari.
17. 3. 4. 45 ATCHIM, urbs ad ostium fl. Maneu.
FETU, *Fetua*, urbs non procul à Mari.

II. SIERRA di LIONA v. MONTANA LEONUM.

6. 7. 7. 23 BAGOS, urbs & caput Provinciæ Montanæ.
ALAGOAS, urbs ad fluvium Mitamba.
BAGGA, urbs non procul à Mari Atlantico.
BUGOS, urbs non procul à præcedenti.
CASA, urbs propè Capo de Sierra Liona.
5. 1. 7. 20 TIMNA, urbs non procul ab eodem Promontorio.
LUSITANI adhuc aliqua in hâc orâ possident, licèt ab Hollandis hinc inde expulsi sint.

III. REGNUM MALAGUETTE.

7. 30. 7. 10 MALAGUETA, urbs & caput Regni.
QUINAMORA, urbs ad fluvium ejusd. nom.

SWINO,

° ′ ° ′

SWINO, *al. Samuin*, urbs ad ostium fluminis ejusd. nominis.

IV. REGNUM BENIN.

BENINUM, urbs & caput Regni. 27. 10. 7. 10
BELLI, urbs ad fluvium Calabari.
CALABARI, urbs ad ostium fluminis ejusd. nom.
CESGA, urbs ad ostium fl. del Rey.
DAROERA, urbs ad fluv. de Lagoa. 21. 25. 8. 26
LOEBO, urbs ad ostium flum. Benin.

HOLLANDI hìc possident multa:

Dominia Exterorum.

Arcem S. Georgii de Mina cum portu ad Mare, benè munitam.

Arcem Nassoviam, fort Nassau cum portu, itidem fortiter munitam.

Assinam, Castellum munitum.

Cormentinum, Castellum pariter munitum.

ANGLI

Capo Carso, Caput Carsum non procul ab arce Nassovicâ, Munimentum forte in Promont.

Eniacham, necdum absolutè perfectum.

DANI

Fridericoburgum, Arcem munitam.

Christianoburgum, Arcem itidem munitam.

§. VI.

NUBIA REGNUM.

Regnum tributarium.

NUbia proprium quidem habet Regem, sed partim Imperatori Turcarum, partim Imperatori Abyssino-rum

rum Tributarium. Incolæ omnes nigri tum Judæi, tum Mahometani, tum Coptici. Terra producit multum Ligni Sandalii, Zibethi, Auri, Elephantorum, præcipuè Camelorum, genus veneni fortiſſimi. Concluditur à Boreâ Regno *Barcano* & *Ægypto*, ab Ortu *Nilo*, ab Auſtro Imperio *Abyſſino*, ab Occaſu Deſerto *Saaræ* & *Nigritaniâ*, longa 300. milliaria, totitem ferè lata.

Ejus ſitus.

Urbes NUBIÆ præcipuæ.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
53. 41.	18. 43	NUEBIA, urbs & caput Regni ac Reſidentia Regis ad Nilum fluvium.
55. 46.	17. 30.	DANCALA, urbs æmula præcedentis. & Regis ſubinde Reſidentia ad Nilum fl.
53. 28.	16. 24	CUSA, urbs una etiam ex præcipuis Regni ad Nilum fluvium.
46. 45.	14. 3.	DAGRA, urbs ad Lacum hujus nominis.
44. 35.	14. 3.	DAMOCLA, urbs ad Lacum Dagra.
52. 3.	13. 32.	GORHAM, urbs ad Nilum fluvium.
55. 57.	18. 49.	GUALUA, urbs una ex præcipuis Regni ad Nilum fluvium.
56. 0.	20. 47	JALAC, urbs una ex præcipuis Regni ad Nilum fluvium in Inſulâ.
52. 30.	18. 46.	MATHAN, urbs ad Nubiam fluvium.
53. 42.	20. 49.	SOMNA, urbs ad Nubiam fluvium.
55. 56.	20. 22.	SULA, urbs una ex præcipuis Regni propè Nilum fluvium.
52. 49.	20. 39.	TAGUA, urbs ad Montana Deſerti Barcan.
52. 0.	16. 23.	TAMALMA, urbs ad Nubiam fluvium.

§. VII.

§. VII.

ABYSSINA, al. ABASSIA.

SIVE

ÆTHIOPIA SUPERIOR.

IMperium Abyssinorum fuit olim vastissimum, sed hodie à Turcis ad Mare rubrum, tum à Barbaris Monoemugis ad duos Lacus *Zaflan* & *Zaire* non parùm imminutum. Nihilominus tamen Imperator Abyssinorum, *Magnus Negus* dictus, adhuc 16. Regnis & Provinciis imperat, quibus singulis Gubernatorem sive Pro-Regem constituit; hi verò omnes, una cum Supremo militiæ Duce, subsunt Directioni unius Primarii Imperatoris Ministri, quem *Raz* vocant. Licet Palatium Imperatoris Magnificentissimum Europæorum more ædificatum sit in *Gondar* Metropoli Imperii, tamen Aula Imperatoris vaga est, & raro diutiùs eodem loco consistit, nec lapidibus aut muris constat, sed Tentoriis, quæ repentè quovis loco in urbis formam scitè disponunt Abyssini. Hinc raræ sunt urbes, pagi autem & templa etiam solitaria plurima, ingens Monasteriorum & Monachorum Schismaticorum, Copticorum, Mahometanorum, & Gentilium, etiam Christianorum numerus. Terra est una ex melioribus totius Africæ, eaque satis plana, ad confinia tamen montibus vallata, metallis & mineralibus abundat, auro præcipuè & argento: pascuis etiam pinguibus, & animalibus omnis generis: frumentis quoque & fructibus. Terminatur à Boreâ *Ægypto*, ab Ortu *Mari rubro* & *Orâ Zanguebariâ*, ab Austro Regione *Monæmugorum*, & *Monomotapa*, ab Occasu *Æthiopiâ inferiore.* Magna ejus pars est sub Æquatore; reliqua omnia sub Zonâ Torridâ.

Imperator rarò in Aulâ residet, frequenter sub Tentoriis.

Raræ urbes sed Templa & Monasteria plurima.

Terræ fertilitas & situs.

ABYSSINÆ Regna & Urbes Præcipuæ.

REGNUM AMARA, *Ambara*, hujus Metropolis & totius Imperii caput ac Sedes Imperatoris est.

42. 30. 15. 42 GONDAR, urbs magnifica tum Imperatoris, tum Procerum Imperii Palatiis ad Nilum fl. ubi educantur Liberi Imperatoris, donec ad successionem adolescant.

47. 44. 6. 0. AGAG, urbs & caput Regni ejusdem nominis.

42. 56. 16. 31 ALATA, urbs & caput Regni *Xaoa*.

47. 36. 2. 30 AMBIAN, urbs & caput Regni ejusdem nominis.

60. 0. 6. 43 ANGOTINA, urbs & caput Regni *Angote*.

44. 20. 14. 52 BAGAMEDRO, urbs & caput Regni ejusd. nom.

62. 25. 15. 20. BARVA, urbs & caput Regni *Barnagasso*.

59. 53. 14. 0 CHAXUMUM, urbs & caput Regni *Tigre*, putatur fuisse Sedes Reginæ *Sabæ*, ad *Sabai* urbem.

36. 12. 13. 20 COYLA, urbs & caput Regni *Dambia*

42. 31. 17. 59 DAMUT, urbs & caput Regni ejusd. nom.

55. 46. 17. 30 DANCALA, urbs & caput Regni ejusd. nominis, quod *Nubiæ* tribuitur, sed *Abyssinæ tributarium*. Hâc adverso *Nilo* devenitur ad Aulam Imperatoriam.

65. 0. 8. 56 DOBAS, urbs & caput Regni *Fatigar*, hâc terrestri itinere devenitur ad Aulam Imp.

40. 21. 18. 30 GUIMANCANA, urbs & caput Regni *Fazola*.

45. 30. 10. 0 MEROE, Insula, quæ Lacum magnum *Zaire*, & *Zambre* dividit, olim tempore Plinii, celebris & plena habitatoribus, Regnum proprium.

59. 58. 3. 21 OLABI, urbs & caput Regni ejusd. nom.

40. 20. 16. 8 SACALA, urbs & caput Regni *Gayamæ* ad Nili fontes.

52. 30. 5. 11. ZAFLAN, urbs & caput Regni ad Lacum ejusdem nominis.

43. 0. 10. 0 ZAIRE & ZAMBRE, ad Lacum ejusd. nom.

§. VIII.

§. VIII.
ÆGYPTUS REGNUM.

ÆGyptum olim obtinebant Pharaones Reges Ægyptii, postea devenit ad Persas, Græcos, Romanos, Mamelucos, tandem ad Turcas Anno 1516. & hodie per *Bassam* ab Imperatore constitutum gubernatur ex arce Carranâ, dividitúrque in 12. Cassilifatus sive Præposituras, quarum Præfecti à *Bassâ* dependent. Communiter autem solet dividi in tres partes: *Superiorem Said*, quæ olim *Thebais*: in *Mediam Bechriam*: in *inferiorem Turif*, quæ olim *Delta* à suâ figurâ dicebatur. Terminatur à Boreâ *Mari Mediterraneo*, ab Ortu *Isthmo*, *Suetz*. & *Mari rubro*, ab Austro *Abyssinâ*, ab Occasu Regno *Barcan* & *Nubiâ*. Terra longa 135. leucas fœcunda est, maximè à Nilo quotannis exundante, sed non adeò sana tum ob nimium calorem, cùm nunquam ibidem pluat, tum ob aquarum hinc inde stagnantium putredinem. Incolæ plerique sunt Mahometani, permixti Gentilibus, Judæis, Græcis, Copticis Christianis. Urbes olim in Ægypto numerabantur ultra 20. millia, è quibus plurimæ destructæ, & paucæ, quæ supersunt, à Turcis malè gubernatæ, ut ostendunt passim rudera.

Ægypti Turcici divisio.

Situs & Fœcunditas terræ.

Urbes ÆGYPTI.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
ALCAIR, *Cairo* urbs amplissima & caput Regni inter duo Brachia Nili, sine mœnibus in circuitu; in medio tamen habet Castrum munitum, Residentiam *Basib*, sive *Calif.* in viciniâ ad aliquot leucas visuntur Rudera *Memphis*, Pyramides, sepulchra Ægyptiaca.	59. 31.	29. 5
ALEXANDRIA, *Scanderia*, urbs olim Patriarchalis, nunc Sedes Patriarchæ Græci Schismatici. Loco *Phari* nunc est Castellum Turcicum, & propter portum insignem Emporium celebre ad Brachium Nili.	55. 25.	30. 58

ASNA,

° ′ ° ′

56.58. 23.33. ASNA, olim *Syene*, urbs & Emporium celebre ad Nilum in termino Ægypti versùs Austrum.

AZIOT, olim Bubastus, urbs quondam Episcopalis, Ægypti Inferioris ad Nilum.

BELBAIS, olim *Pelusium*, & urbs Episcopalis, ex cujus ruderibus *Damiata* crevisse creditur, ad Brachium Nili Orientale.

BENESUAIF, *Hermopolis*, urbs bene culta & populosa ad Nilum.

BOCHIRA, *Canopus*, urbs olim Episcopalis, ad Brachium Occidentale Nili.

BOSIRA, *Busiris*, urbs nova, antiquæ rudera sunt ad Nili Brachium.

BRULLÆ, *Baurle*, urbs ad Sinum & Promontorium Brullarum, ad Nili Brachium.

CANA, *Coptos*, urbs & emporium ad Nilum.

CHOSAIR, & *Alchasir*, olim *Berenice* urbs celebris.

60.40. 31.25 DAMIATA, *Thamiatis*, urbs olim Archi Episcopalis cum portu ad Ostium Brachii Orientalis Nili intrantis in mare.

ELFIUM, urbs ad Nili ripas.

FARAMUDA, *Rhînocorura*, urbs inter confinia Palæstinæ & Ægypti ad mare.

GIRGIO, olim *Thebæ* Celebres, Hecatompylos à centum portis & Diospolis dicta, urbs Ægypti Superioris ad Nilum.

ROSETA, *Metelis*, *Raschit*, urbs cum portu & Castro ad Ostium Heracleoticum Nili.

56.41. 25.23. SAID, urbs & caput Thebaidis Ægypti Superioris ad Nilum.

60.55. 27.51. SUEZ, *Posidium*, urbs & Emporium in intimo Recessu maris Rubri, ubi olim merces Asiaticæ Venetias deportabantur, nunc ex Hollandiâ per Rhenum in Germaniam deferuntur.

§. IX.

§. IX.
REGNUM CONGO
SIVE
ÆTHIOPIA OCCIDENTALIS
INFERIOR.

Regio vasta sub æquatore per trecentas fermè leucas ad Austrum secundum oram maritimam porrigitur, & aliquot Regna in se complectitur, quorum potissima sunt Congo, Loango, & Angola, reliqua sex Provinciarum nomine veniunt, Pango, Souda, Songo, Bamba, Pemba, Batta.

Regna Regionis.

Lusitani jam à longo tempore habent hic suas Colonias, ex quibus Æthiopes suo dominio subditos magno numero in vicinam Brasiliam transferunt agendis molendinis, & Saccharo elaborando adhibendos. Terminatur à Boreâ fontibus Nigri fluminis & Nigritanis, ab Ortu Imperio Abyssimo, ab Austro Monomotapâ & Cafrariâ, ab Occasu Oceano, sive Mari Æthiopico. Terra quidem plena est montibus præsertim ad Ortum, ubi sunt fodinæ auri, Argenti, Cupri, ferri, Crystalli, marmoris ac gemmarum; nihilominùs abundat fructibus etiam nobilioribus, lanâ item ac Serico. Animalium quoque & Avium hîc magna copia, cumprimis Simiarum ac Psittacorum & Cattorum Marinorum.

Coloniæ Lusitanorum.

Situs Terræ & fertilitas.

REGNA & urbes ÆTHIOPIÆ INFERIORIS.
REGNUM LOANGO.

LOVANGO, urbs & caput Regni, in Insulâ, quam efficit flumen *Katte*. 31. 29. 4. 20

Long. Lat.
° ′ ° ′

CACONGO, urbs ad Ostium fluminis Ejusd. nominis.

31. 27. 4. 0. CYLONGO, urbs ad Ostium fluminis Ejusd. nominis.

31. 40. 5. 5 MALEMBA, urbs ad flumen Cacongo.

MAJUMBA, urbs ad flumen ejusd. nominis.

SETTA, urbs ad flumen ejusdem nominis.

REGNUM CONGO
Propriè dictum.

34. 28. 6. 49 SALVATOR, Banza, urbs amplissima & caput Regni, Sedes Regia, ad Selunda fl.

32. 37. 7. 30 BAMBA, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti, ad Loze fluvium.

34. 58. 4. 55 BATTA, urbs & caput Provinciæ. Sedes præfecti, ad fl. ignob.

36. 41. 3. 20 PANGO, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti, ad fl. ignob.

38. 12. 7. 37 PEMBA, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti, ad fluvium Danda.

33. 31. 3. 40 SONDO, urbs & caput, Provinciæ, Sedes Præfecti, ad fluvium Zaire.

30. 0. 4. 41 SONGO, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti ad Ostium fl. Zaire.

REGNUM ANGOLA.

33. 20. 13. 0. BENGELA, *Nova*, urbs & caput Regni ad fluvium Bengela.

34. 5. 10. 38 BENGELA, *Vetus*, urbs ad Ostium fluminis Marena.

34. 59. 7. 40 DONGO, *Engazza*, urbs & Metropolis Regni quibusdam, ad confluxum fluminum ex Lacu Aquilunda, cujus maximum est Danda fl.

34. 15. 9. 1 LOANDA, de S. Paulo, urbs & caput Provinciæ ad

ad portum, quem efficit Insula Loanda cum oppido S. Spiritûs, & sex aliorum:

MASSIGNAN, urbs & caput Provinciæ Coanza. 34.58. 10.0.

Sunt hic etiam Regiones *Anzicanorum*, *Jaggorum*, *Matamorum*, aliorumque Barbarorum in montanis inter Lacus Zaire & Aquilunda, quorum vix ullus stabilis est Locus.

§. X.

ÆTHIOPIA MEDIA.

SIVE

IMPERIUM MONÆMUGORUM.

HÆc Regio Monæmugorum ex variis Provinciis undiquaque circum accrevit, quas Barbari illi Populi, gens vagabunda, intra oram maritimam Orientalem *Zanguebar*, *Acassiam*, Regna *Monomotapæ* & *Congo* inhabitant. Sensim enim multiplicati, è Montanis descendentes, occupaverunt dictorum Regnorum confinia, & subinde longiùs progressi, in tantam excreverunt potentiam, ut vicinis Regibus sint formidabiles, etiam Nomen Imperii adepti. Quia verò nullum cum exteris commercium exercent, hinc de eorum urbibus & oppidis vix aliquid constat Geographis, præter ea, quæ vicinis Regnis, cumprimis Abassiæ abstraxerunt, cujusmodi sunt:

Monæmugorum ex rapinis potentia.

AGOJA, urbs & caput Provinciæ ejusd. nom. ad flumen *Cuama*. 53.25. 16.59

ASTAGOJA, urbs ad flumen S. Vincentii. 55.27. 15.50

CAMUR, urbs ad flumen ignobile. 59.40. 6.40

GAFAT, urbs ad Lacum Zaflan. 54.58. 8.58

GORGA, urbs ad flumen Quiloa. 57.41. 7.20

HIERO, urbs ad flumen Tirut. 55.10. 10.21

LEUMA, urbs ad flumen ignobile. 53.15. 15.20

MABOGA, urbs ad flumen ignobile. 52.50. 11.49

 TIRUT,

0, 0,	
54.50. 12.30	TIRUT, urbs ad fluvium Ejusd. nominis. Aliaque plura loca, quæ inter Lacus magnos, Zembre, Zaire & Zaflan interjacent.

§. XI.
ÆTHIOPIA AUSTRALIS, SIVE IMPERIUM MONOMOTAPÆ.

EST Vasta Regio trans Æquatorem inter 4. flumina magna, *Infantis*, *Cuanam*, *S. Spiritûs*, *Zembre* à Boreâ terminatur Lacu *Zachach* & Imperio Monæmugorum, ab Ortu Zofalâ & orâ Zanguebariâ, ab Austro mari Australi & parte oræ Australis Cafrariæ, ab Occasu Cafrariâ Occidentali & Regno Congo. Altissimis circumvallata montibus, unde difficilis est Exteris ad eam accessus, nisi per majora flumina, quorum uni ad primum ejus ingressum *Lusitani* nomen *S. Spiritûs* indiderunt. Ditissima totius Africæ, vix enim alibi major Auri & Argenti, imò etiam fructuum, animaliumque copia reperitur, quàm in hac Regione, quæ à Metropoli *Monomotapa* Imperium appellari consuevit, & plusquam viginti Regna in se continet, quæ tamen uni subsunt Imperatori. Incolæ plerique sunt Gentiles idololatræ, licet semina Christianæ Religionis à Lusitanis acceperint, sed deficiente paulatim commercio, etiam fides defecit.

Situs Regionis ditissimæ in Africa.

REGNA & Urbes MONOMOTAPÆ.

46.21. 24.42	MONOMOTAPA, urbs amplissima, caput totius Imperii, Sedes Regia, Dives & splendida, barbara tamen pro more Gentis ad fluvium S. Spiritus.

AYBI

AYBI, urbs ad Lacum & flumen Infantis. 40. 0. 25. 40

BAFAT, urbs ad flumen Jama.

CALBURAS, urbs ad confinia Regni *Tazola* & Imperii Abyssini ad fl. Jama. 40. 0. 20. 20

DEGME, urbs ad magnum Zembre fluvium.

GARMA, urbs ad flumen Jama. 42. 20. 36. 38

KUGGI, urbs ad flumen magnum S. Spiritûs. 44. 42. 24. 41

LUTAJA, urbs ad flumen Zembre.

MOSATA, urbs ad fontes fluminis Jamæ.

QUITICHUI, urbs non procul à fl. S. Spiritûs. 42. 42. 23. 0.

TIALSO, urbs inter montana ad fontes fl. Infantis. 39. 18. 23. 27

REGNUM BUTUÆ.

BUTUA, urbs & caput Regni, Sedes Reguli Imperatori Tributarii inter fl. S. Spiritûs & Zembre. 47. 20. 19. 43

AMARA, urbs ad flumen S. Spiritûs. 49. 30. 19. 58

ARMETA, urbs ad montes Lunæ. 46. 41. 17. 20

REGNUM BERA.

BERA, al. Bora, urbs & caput Regni, Sedes Reguli Imperatori tributarii ad fl. Zembre. 45. 40. 18. 49

GIERA, urbs ad flumen Zembre. 48. 3. 21. 13

MAITAGAZI, urbs inter fl. S. Spiritus & Zembre. 47. 0. 18. 31

REGNUM INHAMBANE.

AGAG, urbs & caput Regni, Sedes Reguli, Imperatori Tributarii ad fines Monæmugorum & flumen Cuama. 55. 10. 17. 40

ASTA, urbs ad flumen Signorum bonorum.

GAMBA, ad flumen Cuama. 57. 53. 18. 20

REGNUM INHAMIOR.

TONGE, urbs & caput Regni, Sedes Reguli, Imperatori tributarii, ad flumen Cuama. 53. 4. 20. 5

Long	Lat.	
° ′	° ′	
51. 19.	17. 31	BEIFF, urbs ad flumen Zembre.
		CAMUR, urbs ad fontes fluminis Zembre.

§. XII.
ORA CAFRARIA.
SIVE
REGIO CAFRORUM.

Est Magna illa Oræ maritimæ pars, quæ quasi duobus cruribus comprehendit Æthiopiæ partem Occidentalem & Orientalem dividitur ab Angulo, sive promontorio Bonæ spei in *Occidentalem*, versùs Regnum Congo, incolæ vocantur Hottentoten ob Linguam exoticam, Europæis vix imitabilem. Barbari, feri, Bestiales, qui carnes crudas & homines vorant. Et in *Australem* versùs Zanguebariam, quæ aliquanto melior est, & civilior propter commercia: Terra quidem optima, sed habitatorum feritate, inertiâ, ac stupiditate inculta. *Hollandi* enim Australem hanc partem, industriâ ac labore suo ita excoluerunt paucis abhinc annis, ut hodie inter amœnissimas & fœcundissimas Africæ Provincias numerari valeat: nam quidquid peregrini seminis aut germinis eò illatum & implantatum est, uberrimos & optimos fructus reddit. Promontorium bonæ spei primò à Lusitanis, dictum est Capo de Tourmentes, quia vehementi procellâ inde repulsi. *Joannes II.* autem Rex portugalliæ, quia judicavit inventionem hujus Terræ valdè utilem pro expeditionibus Orientalibus, novâ Classe transmissâ vocavit Cabo de Buona Speranzâ. Licet iterum Vasquez Gama, Archithalassus Classis Lusitanicæ, An. 1498. magnum discrimen inierit propter ventos ibidem contrarios ad Oræ Angulum inter se concertantes jam Orientalem, jam Occidentalem. Hollandi deinde, expulsis Lusitanis, nomine Gallico vocarunt Capo de bonne sperance, & montagne de

Ut Gens inculta, ita & terra, quam frugiferam experti sunt Hollandi.

Hinc Eam Bonæ Spei appellarunt. Tum ex fructibus.

de Table, propter montis supremam planitiem, ad cujus radices Castrum bonæ spei extruxerunt cum urbe & portu, propter commoditatem hybernationis, & Navigationis Orientalis &c. cum ingenti suo commodo & emolumento ex Naulo, quem debent solvere naves aliarum gentium in Asiam transeuntes, aut inde revertentes.

Tum ex Toloniis Ibidem.

ORA CAFRARIÆ OCCIDENTALIS.

A Capite Bonæ spei usque ad Regnum Matama Congense plurimæ quidem Nationes Barbaræ vagantur, sed sine certâ & fixâ Sede, hinc nullæ in toto tractu reperiuntur urbes, exceptâ unica ad limites Congo.

ROSTRO, quæ tamen pago similior, quam urbi.

Long.	*Lat.*
o '	o '
40. 0.	23. 1

ORA CAFRARIÆ AUSTRALIS.

ZOFALA, urbs & caput Regni, Tributarii Imperatori Monomotapæ ad Ostium Cuamæ fl.

ZIMBAOS, urbs & caput Regni, Tributarii Imperatori Monomotapæ.

TETTE, Colonia Lusitanorum ad Cuama fl.

§. XIII.

ORA ZANQUEBARIA.

REGIO à Cafraria Australi usque ad Promontorium *Quardafuy* procurrens ad mare Australe. Constat 8. Regnis ac Regulis, quorum aliqui Regi Lusitaniæ sunt tributarii. Terra licet montosa valde, tamen fertilis, præsertim ubi Mari vicina, multam producit orizam, milium, saccharum, Coccos, dactylos, aliósque fructus nobiliores. Varias nutrit animalium species, & magnam porcorum copiam, quorum caro habetur saluberrima. Reperitur etiam ibidem electrum, vulgò *Ambra*, Thus, Myrrha, multùm argenti, auri, eboris ac ligni pretiosi.

Terra maritima fertilis.

Regna

Regna & Urbes ZANGUEBARIÆ.

° ′ Long.	° ′ Lat.	
		AMPAZZA, urbs & caput Regni.
		CHELICIA, urbs & caput Regni.
		LAMON, urbs & caput Regni.
71. 45.	4. 0.	MAGADOXO, urbs & caput Regni ad fl. ejusdem nominis.
63. 21.	3. 13	MELINDE, urbs & caput Regni ad Mare Auſtrale.
63. 0.	3. 50	MOMBAZZA, urbs & caput Regni ad fl. ejusd. nom.
62. 3.	14. 45	MOZAMBIQUE, urbs & caput Regni, eſt Luſitanorum.
65. 5.	0. 10	PATE, urbs & caput Regni ad Mare cum portu.
62. 38.	8. 58	QUILOA, urbs & caput Regni, ad Mare cum portu.

REGNUM ADEA, AJAN.

Long.	Lat.	
60. 40.	0. 45	BARRABOA, urbs & caput Regni ad Quilmance fl.
		QUILMANCE, urbs ad brachium Sabale fl.
		ZANCHET, urbs ad flumen Magadoxo.

REGNUM ADEL.

Long.	Lat.	
70. 0.	10. 3.	ADELA, urbs & caput Regni, Sedes Reguli.
		ZEILA, urbs ad Sinum Arabicum cum portu.

REGNUM ABEX.

Long.	Lat.	
69. 8.	12. 4.	DEGIBELTERA, urbs & caput Regni ad Mare rubrum.
		ERCOCCO, MAZZUA, SUAGEN, VELLA, urbes ad Mare rubrum, ſunt Turcarum.

CAPUT

Long. Lat.
° ′ ° ′

CAPUT II.
INSULÆ AFRICANÆ

MARE RUBRUM, sive Sinus *Erithræus*, & *Arabicus*, Sinus magnus Oceani Orientalis, à faucibus Babelmandel, usque ad extrema Isthmi urbis *Suez* protensus, Africam ab Asia separat. Mare hoc plenum scopulis, ideoque exteris & inexpertis periculosum: profert multa corallia, & valdè commodum esset navigationibus in Indias Orientales, dummodò sine periculo inundationis Isthmus perfodi posset.

INSULÆ MARIS RUBRI.

BABELMANDEL, in freto, sive faucibus M. Rubri. *71. 25. 12. 3*

BALACCA, contra urbem Ercocco sita.

MAGOT, non procul ab Insulâ Mazzua.

MAZZUA, urbs Mazzuæ objecta cum portu, perqnem olim Lusitani, nunc Hallandi intrant cum mercibus usque ad Aulam Imperatoris Abyssini. *65. 25. 15. 52*

S. PETRI, opposita Sinui maris ad flumen Arabum. *66. 40. 17. 8*

SUAQUEM, opposita urbi ejusdem Nominis. *63. 15. 19. 10*

ZOCOTORA, Promontorio Quardafuy objecta. *80. 0. 12. 36*

INSULÆ BARBARIÆ M. MEDIT.

MARE BARBARICUM, sive AFRICUM, est tota illa pars Maris Mediterranei, quæ oras Regnorum Africanorum, *Fetz*, *Algier*, *Tunis*, *Tripolis*, & *Barcan*, alluit è Regione Hispaniæ, Siciliæ & Græciæ.

GALITA, ab Ostio fluminis Guadilbarbar, aliquot Leucis in Boream remota. *32. 15. 35. 30*

LAMPEDUSA, modicè habitata, loco votivo celebris. *36. 10. 34. 2*

35.21. 35.22 LIMOSA, non procul ab Insula Goza Melitensium.

PANTALEREA, non procul à Capite *Bonæ*.

34.30. 35.0. TABARCA, Ostio fluminis Quadilbarbar objecta. Nobilis familiæ Lomelinæ Patritiorum Genuens.

MALTAM, Melitam, antiquiores Geographi huc revocant, recentiores verò potius ad Italiam, tanquam antemurale Christianorum.

Insulæ Maris ATLANTICI.

MARE ATLANTICUM aliquando latiùs sumitur pro mari *del Nort*, strictiùs pro mari ad Oras Occidentales Africæ & Hispaniæ à *Cabo finis Terræ* usque ad *Sierra Lione*. Insulæ autem in eo *Azores*, sive Accipitrum ob eorum in iis copiam dicuntur, & Flandricæ, quia à Flandris detectæ; etiam *Terceres* à Primariâ Insulâ *Tercerâ*. Novem earum sunt sub Dominio Lusitanorum, qui eas vocant *La flores*.

AZORES FLANDRICÆ.

348.40. 40.8 CORVO, cum oppido ejusdem Nominis.

FAYAL, cum oppido S. Crucis.

FLORES, cum oppido S. Crucis.

351.20. 39.10 S. GEORGII, cum oppido Ejusdem nominis.

S. MARIÆ, cum oppido Ejusdem nominis.

S. MICHAELIS, cum urbe Villâ Francâ.

351.10. 38.46 PICO à monte altissimo dicta cum urbe S. Sebastia.

353.5. 39.50 TERCERA, cum urbe *Angra* Episcop. & Sede Gubernatoris.

INSULÆ FORTUNATÆ, CANARIÆ.

Fortunatæ ab antiquis dictæ; quia fructus pretiosos gignunt, mel, ceram, oleum, Mastychen, Sal, Saccharum, triticum, vinumque multum ac generosum, cujus quotannis magna copia in Europam defertur. Canariæ ab Insulâ primariâ dictæ, sitæ sunt in mari Atlantico, è Regio-

Regione Biledulgerid in Africâ, præcipuæ sunt 7. sequentes, omnes, cum reliquis minoribus sunt juris Hispanici.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
CANARIA cum urbe *Palma*, quæ est caput Insularum Fortunatarum, Sedes Episcopi. & Gubernatoris Hispanici, cum portu bono.	3. 0.	28. 0.
FERRO, cum oppido *Hiero*. Hic Galli statuunt primum Meridianum.	360. 0.	27. 38
FORTEVENTURA, *Fortunatarum* maxima. Præter urbem *Forteventuram*, alia adhuc quinque habet oppida.	5. 46.	28. 6.
GOMERA, cum oppido ejusdem nominis.	0. 30.	28. 8
LANCELLOTA, cum urbe ejusdem nominis, & aliis tribus oppidis.	6. 40.	28. 30
PALMA, cum urbe *S. Crucis*, aliisque duobus oppidis, hic primum Meridianum cum Ricciolo ponimus.	0. 0.	28. 50
TENERIFFA, una etiam ex maximis harum Insularum cum urbe *S. Crucis*, aliisque pluribus oppidis. Et cùm in Eâ sit mons altissimus *Picus*, in eo primum Meridianum Quidam statuunt Geographi.	2. 0.	28. 42

AD INSULAS FORTUNATAS REFERUNTUR.

	Long.	Lat.
MADERA, *Materia*, cum urbe *Funchal* Juris Lusitanici, in eodem mari Atlantico inter Insulas Azores & Canarias, dives frumento, fructibus, vino optimo, Saccharo & melle. A pulchritudine & fertilitate Regina Insularum dicitur.	2. 10.	32. 35
PORTO SANTO, Portus Sanctus, non procul à Maderâ, etiam Juris Lusitanici, & 8. Milliarium in circuitu, plena feris Sylvestribus, unde hortus ferarum dicitur.	3. 10.	32. 5

INSULÆ HESPERIDES
SIVE
GORGONES de CAPO VERDE
In Oceano Atlantico.

Sic dictæ quia proximæ sunt Promontorio Africæ Capo Verde, & quia Mare viride ibidem ob algam viridem in superficie crescentem. Hæ Insulæ diversorii & Stationis loco serviunt navigantibus ad Indos & inde revertentibus. Sunt illarum 10. omnes Juris Lusitanici. Producunt sal, Saccharum, Orizam, Vinum, Animalia multa, capras plurimas, quarum pelles celebres exteris divendunt.

352. 20. 17. 24 S. ANTONII, utcunque sterilis, habitatur tamen ab Æthiopibus Africanis.

DE BUENA VISTA, de bono aspectu, habet magnam copiam Salis.

ARAVA, Insula parva, sed celebris vino optimo.

DEL FUEGO, Insula ignium etiam exigua. Ita dicta ab ignivomo monte.

354. 40. 14. 40 S. JAGO, S. Jacobi, præcipua & maxima cum urbe Episcopali ejusdem nominis, & Sede Gubernatoris, aliisque oppidis minoris ordinis.

353. 20. 16. 50 S. LUCIÆ, succedit proximè magnitudine Insulæ S. Jacobi, cum urbe S. Luciæ aliisque oppidis populosis.

DE MAYO, May, habet multùm Salis, habitatur à Mauris.

354. 5. 16. 36 S. NICOLAI, satis magna, habitatur à Mauris.

DE SAL, Insula Salis dictâ à Copiâ Salis.

S. VICENTII, habitata à Mauris.

Insulæ Maris ÆTHIOPICI
Ad Ostia Nigri fluminis.

MARE ÆTHIOPICUM est totum illud maris spatium

tium, quod Oram Occidentalem Africæ alluit sub Zonâ torridâ fermè totâ. *Long. Lat.* ° ′. ° ′.

BISEGOS. ad Ostium de Rio grande. 3. 31. 11. 8

DE BUAN, non procul à præcedente.

GÆREA, ad promontorium Capo Verde, ubi Galli cum Nigritanis sua mercimonia exercent, Eorumque Astronomi suas observationes instituunt. 1. 44. 14. 40

Insulæ ad Sinum S. THOMÆ sive Golfo di Benin.

D'ANNOBON, boni anni, non procul ab Æquatoris Lineâ. 25. 0. 1. 45

FERDINANDO PO, est Lusitanorum.

PONGO, à nemine culta aut habitata.

DE PRINCIPE, est Lusitanorum.

S. THOMÆ, sub ipso Æquatore, cum urbe *Farvasan* & Castro munito, est Lusitanorum ab Anno 1405. quo eam ceperunt. 27. 10. 0. 0.

Insulæ in aperto mari Occiduo.

INSULA ASCENSIONIS, quia eo die reperta à Lusitanis, ubi divertunt, si ab Insulâ S. Helenæ aberrârint. Redeunt etiam hàc naves Hollandicæ ex Indiâ Orientali. 8. 14. 7. 2

GONSALVI ALVAREZ, qui eam invenit. 18. 58. 33. 58

S. HELENÆ, magis in aperto, Primò inventa, est Anglorum, ubi Societas Indica Orientalis aquâ dulci se recreat, ideoque maris diversorium nuncupatur, ejusque defensionis causâ erectum est Fortalitium S. Helenæ. 15. 44. 16. 30

S. HELENÆ, nova, postea inventa ad similes usus. 25. 0. 18. 0

S. MATTHÆI, quia eo die inventa, non multùm ultra lineam Æquatoris, est Lusitanorum. 11. 31. 1. 10

TRISTAN de CUNHA, ab inventore dicta ejusdem 15. 0. 33. 30

dem ferè latitudinis cum C. Bonæ ſpei. & alia ejusdem nominis vicina.

Inſulæ ad Oram CAFRARIAM Auſtralem & Orientalem.

39. 5. 34. 25. *Ad caput Bonæ Spei* Inſula parva.

47. 31. 33. 30. *S. Chriſtophori* Inſulæ duæ, non procul à Capite Bonæ Spei.

51. 5. 31. 5. *S. Luciæ* Inſulæ tres.

57. 20. 20. 5. *Sofala*, cum caſtro Luſitanorum, unde ex Orâ Cafrariæ multa mancipia, aurum, ebur, ambram colligunt.

Inſulæ ad Oram ZANGUEBARIAM.

69. 50. 12. 14. *Cyclades S. Chriſtophori* ad oſtia Pantaleonis fluminis

Monbaza, cum urbe & Regno ejusdem nominis dives Auro, Ambra & Ebore.

62. 35. 8. 0. *Monfia*, non procul ab Inſula S. Rochi.

61. 19. 14. 45. *Mozambique*, cum caſtro & oppido *Mozambico* Luſitanorum in Inſulâ & inſigni Hoſpitali pro ægrotis & infirmis ex navigatione Indicâ, ubi Luſitani quieſcentes multum Auri, Argenti, Ambræ, Eboris, & Ebeni convaſant.

Nona, vicina Mozambico Inſula.

64. 5. 3. 43. *Pemba*, urbi Mombazæ objecta.

63. 20. 7. 0. S. *Rochi*, non procul à Monfia.

Zanzibar, non procul à præcedente, inter Quiloa & Mombaza.

Inſula SARANDIB.

MADAGASCAR in Mari ÆTHIOPICO.

Inſula Africæ maxima rerum omnium ferax, nunc S. Lau-

Sic dicta ab inventore *Paulo Veneto* jam ante quadringentos annos, ſed Luſitani Anno 1506. poſtea, dixerunt Inſulam *S. Laurentii*, quia eo die ab ipſis denuò detecta. Eſt maxima totius Africæ Inſula, & inter maximas totius orbis

orbis censenda, longa est enim 220. Milliaria Germanica, lata 70. Continet Regiones *S. Angelo*, *Arco*, *Prunes*, *Aatarares*, *Matatanes*, *Wohistbanh*, *Frangaterra*, *Carem-boulæ*, *Anossi*, *Ampatres*, *Machicores*, *Renavoules*, *Zases*, *Cochan*, *Hesonti*, *Guda*, *Brases*, *Andreæ*, *Ansianach*. Terra calida & fœcunda est Orizâ, pomis citrinis & aurantiis, fructibus omnis generis, saccharo, cinnabaro, auro & unionibus, verbo ferax rerum omnium. Præter 12. urbes maritimas cum portubus, habet Mediterranea plura oppida, ex ligno tamen constructa, & foliis arborum palmarum contecta, ut moris est Africanis & Indis. Regitur à multis Regulis, seu Principibus Gentilibus, subditi autem plerique Mahometani. Occupârunt eam Lusitani, Hispani, Galli, Angli, Hollandi ex parte, sed omnes inde ejecti, in oris tantùm commercia tractant.

rentii à Lusitanis dicta.

Ejus Regiones.

Urbes Maritimæ Oræ Occidentalis MADAGASCAR.

	Long. ° ′	Lat. ° ′
ATABASTA, urbs cum portu S. Augustini.	68. 3.	14. 58
CADY, urbs cum portu S. Andreæ.		
DOPARCELUM, urbs cum sinu de Pracel.		
MANAFIAF, urbs magis versùs Montana,		
S. VINCENTII, urbs cum sinu & portu.	65. 7.	20. 41.
VINGAGORA, urbs cum portu rotundo.		

Urbes Maritimæ Oræ Orientalis MADAGASCAR.

	Long.	Lat.
RAMA, urbs cum portu S. Luciæ.	63. 44.	25. 13
AGUADA, urbs cum portu.		
S. ANGELI, urbs ad sinum Amonii.	70. 55.	15. 42
CACAMBUNT, urbs cum portu.		
MANAJARA, urbs cum portu.		
MANAPATAN, urbs cum portu ad Galliones.		

Pro-

Promontoria Insulæ MADAGASCAR.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
68. 4.	14. 52	CABO, sive caput S. Andreæ.
72. 35.	16. 31	CABO S. Antonii.
73. 53.	14. 32	CABO, Caccorum.
64. 0.	24. 40	CABO, S. Juliani.
67. 0.	26. 0	CABO, S. Mariæ.
72. 51.	11. 28	CABO, Natalis,
68. 45.	26. 11.	CABO, S. Romani,
71. 54.	11. 30.	CABO, S. Sebastiani.
65. 5.	21. 28	CABO, S. Vincentii.

Insulæ Archi-Pelagi Laurentiani MADAGASCARIÆ.

Long. ° ′	Lat. ° ′	
65. 30.	12. 20	ALLIADORÆ, Insulæ duæ.
75. 10.	20. 35	S. APOLLONIÆ, nunc Mauritii Hollandorum
67. 1.	9. 7	De ARCO, *Arcu*, non procul à Natali Insf.
75. 12.	21. 0	BOURBONIA, Le Dauphin, est Gallorum.
83. 13.	25. 30	S. BRANDANI, non procul à Caissemis.
82. 0.	26. 22	CAISSEMIS, Caissemisia.
73. 1.	10. 0	De COSMOLEDO, opposita Capiti S. Sebastiani.
		De DIEGO GRATIOSA, non procul à priore.
82. 5.	20. 0	De DIEGO RUIZ, Jacobi Ruizii.
75. 24.	6. 0	S. FRANCISCI, juxta Insulas Mascarenias.
75. 23.	9. 20	De GALLEGO, opposita Cabo Natali.
67. 10.	10. 40	GOMERÆ, tres Insulæ.
80. 0.	16. 58	DOS GORAJAS, al. Dos Garzias.
81. 4.	22. 2	INGLESE, Insula Anglicana Anglorum.
88. 11.	11. 24	JUAN, Joannis de Castro.
76. 25.	26. 30	JUAN de LISBOA, Joannis de Lisabona.
78. 45.	21. 36	MASCARENI, Insula Australis.
75. 7.	3. 14	MASCARENI, Insula Borealis.
74. 25.	5. 7	MASCARENIÆ, Insulæ plures Orientales.
85. 3.	23. 2	MASCATÆ, juxta Anglicanam.
85. 2.	29. 24	MATIERA, magis versus Orientem à præced.

D

	Long.	Lat.
	° ′	° ′
DE NAZARES, Nazarii.	76. 3.	16. 3.
DE NATAL, Natalis.	68. 5.	8. 4
DE REMIROS, Remiri.	98. 2.	28. 1
DE ROCHO PIZ, Rochi Pizii Australis.	84. 30.	10. 13
DE ROCHO PIZ, Borealis.	83. 2.	10. 0.
S. SPIRITUS, olim Cembracas.	83. 0.	9. 10
SYRTIUM INSULÆ, juxta Domparcelum.	64. 25.	16. 20

Promontoria totius AFRICÆ præcipua.

	Long.	Lat.
CABO BACHENO ad Barbariam.		
CABO BONÆ ad Barbariam.	30. 0.	34. 52
CABO FERRATUM ad Barbariam.	23. 40.	35. 36
CABO TRIUM FURCARUM ad Barbariam.	20. 0.	35. 57
CABO CAMLI, ad Mauritaniam.	11. 15.	33. 31
CABO CANTINUM, ad Mauritaniam.	9. 13.	32. 30
CABO de GUER, ad Mauritaniam.	8. 43.	29. 56
CABO de NON, ad Mauritaniam.	7. 57.	28. 30
CABO BOJADOR, ad Mauritaniam.	5. 58.	27. 4
CABO OLOREDO, ad Biledulgerid.	3. 14.	24. 30
CABO BLANCO & ROXO, rubro, non procul à se invicem.	2. 35.	20 11
CABO VERDE, viride ad Nigritaniam.	1. 15.	14. 12
CABO SIERRA LIONA, Leonum ad Guineam.	5. 10.	7. 0.
CABO DAS PALMAS. Palmarum ad Guineam.	11. 55.	4. 14
CABO TRES PUNTAS, 3. Cuspidum ad Guineam.	17. 30.	4. 20
CABO FERMOSO, formosum ad Guineam.	26. 27.	4. 30
CABO OLIBATA, ad Regnum Congo.	28. 5.	0. 0.
CABO NEGRO, nigrum ad Regnum Congo.	31. 15.	7. 0.
CABO S. ANTONII, ad Cafrariam Occid.	36. 28.	27. 20
CABO S. BLASII, ad Cafrariam Occid.	34. 2.	23. 56
CABO DEL GADO, ad Cafrariam Occid.	30. 31.	20. 0.
CABO BONÆ SPEI, ad Angulum Cafrariæ.	39. 5.	34. 25
CABO INFANTIS, ad Cafrariam Austro-Orientalem.	44. 25.	34. 48
CABO S. LUCIÆ, ad Cafrariam Austr. Orientalem.	47. 1.	32. 57

53.10. 27.0. CABO S. NICOLAI, ad Cafrariam Auſtr. Oriental.

56.3. 34.30 CABO CURRENTIUM & FULMINUM non procul à ſe invicem.

57.30 22.25 CABO S. MARIÆ, ad Cafrariam Auſtr. Orientalem.

63.54. 10.15 CABO DEL GADO, ad Oram Zanguebariam.

64.50. 12.31 CABO INSULARUM TACHARIGUM ad Zanguebariam.

DOMINIA EUROPÆORUM IN AFRICA.

Quæ tamen modò hujus, modò alterius ſunt occupantis.

DOMINIUM EUSITANORUM.

LUSITANI in Regno Marocco retinent urbem *Mazagan* cum arce munitâ.

IN ÆTHIOPIA Occidentali & Regno *Congo*, unum alterumvè fortalitium.

In Inſulâ LOANDA, regno Angolæ vicinâ, urbem S. Pauli.

In Ora ZANGUEBARIA, Fortalitia Inſularum *Mozambique*, *Quiloa*, *Zofala*, *Melinde*, *Zanzibar*.

In Inſulâ S. Thomæ, urbem *Pavoaſan* cum Caſtro.

Inſulas PRINCIPIS, FERDINANDI PO, *Annobon*, Heſperides.

DOMINIUM HISPANORUM.

HISPANI in Orâ *Barbariæ* poſſident urbes, portus, & munimenta: La *Rache*, *Humambar*, *Mellilam*, *Caſatam*, *Pennon* de Velez, *Oran*, *Ceutam*, *Marſalquivir*.

In Mari ATLANTICO Inſulas 7. Canarias Fortunatas.

DOMI-

DOMINIUM GALLORUM.

GALLI ad Oram BARBARIÆ tenent Insulam *Tabaream* ad promontorium *Viride*, Insulam *Gæream*.

In Archi-Pelago LAURENTIANO, Insulam *Bourboniam.*

DOMINIUM ANGLORUM.

ANGLI in MAURITANIA occupant urbem *Tingitanam*, Tanger cum fortalitio.

In GUINEA, Castrum *Corso*, & Enniacham.

DOMINIUM HOLLANDORUM.

HOLLANDI in GUINEA struxerunt fortalitia: cum portu *S. Georgii* della mina, *Nassovium* La Mure, *Aximum*, *Cormento.*

In Cafrariâ ad Caput Bonæ Spei, duo Castra cum insigni portu, ad Insulam S. Laurentii, Insulam Mauritii. Ad Ostium Nigri fl. Fortalitia *Arguin* & *S. Andreæ.*

DOMINIUM DANORUM.

DANI in GUINEA erexerunt duo Fortalitia: Friderico-Burgum & Christianoburgum.

GEOGRAPHIÆ POLITICÆ.

PARS IV.

AMERICA.

Americæ Inventio.

QUarta pars Orbis Terraquei à Christophoro *Columbo* Genuense primò inventa Anno 1492. ab *Americo Vespuccio Florentino* secundùm plures partes detecta A. 1497. nomen accepit America. *Vulgo* dicitur *novus* Orbis. *Nautis India Occidentalis*, *West-Indien* ob æmulationem hujus cum *Indiâ Orientali* Ost-Indien, quoad Aurum, gemmas, aliasque res pretiosas & divitias. Cui etiam è diametro opponitur in alterâ Hemisphærii parte.

Situs.

Magnitudine suâ, saltem à Polo, ad Polum, æquat tres Orbis antiqui Partes. Tota Oceano circumdatur, nisi fortè à parte Boreali alicubi cum nostro antiquo Orbe cohæreat; certè hinc magno spatio versùs Occasum per mare Del Nort ab Europâ & Africa sejungitur, inde versùs Ortum Majore spatio per mare Del Zur ab Asiâ separatur.

Divisio.

Ipsa verò in se, licet unum sit continens, induas partes vastissimas, *Borealem* scilicet, & *Australem* per Modicum *Isthmum Panamensem* 15. Leucis latum dividitur. Exceptis multis Insulis Orarum maritimarum ad Americam pertinentibus. In multis locis abundat Auro, Argento, Lignis pretiosis, Tabaco, Saccharo, Cacao, Cochenille, aliisque raris terræ fructibus, quorum magna Copia ad nos in Europam transportatur.


AMERICAE
Aucta
REGIO INCOGNITA
Terra Iesso
MARE IESSO
ASIÆ PARS
EUROPÆ PARS
AFRICÆ PARS
MARE ATLANTICUM
MAR DEL NORT
MAR DEL ZUR
MARE PACIFICUM
SEPTENTRIONALIS
MERIDIONALIS
Tropicus Cancri
Tropicus Capricorni
LINEA ÆQUATORIS
NOVA MEXICO
FLORIDA
Sinus Mexicanus
Hispaniola
Cuba
Jamaica
Terra Firma
Caribana
GUIANA
AMAZONES
BRASILIA
PARAGUAY
CHILI
Fretum Magellanicum
Terra del Fuego
NOVA GUINEA
Carpentaria
Quiri Regio
Insulæ Salomonis
Bermudos I.
Capo Verd
Canaria
Madera
Flandricæ
Fretum Davis
Grote Banck
Terra Nova
Nou Amsterdam
Lucaiæ
WEST
OOST

CAPUT I.
AMERICÆ BOREALIS.
Regna Regiones & Provinciæ.

PArtes ejus magis Boreales necdum ſatis detectæ ſunt, quia ultra gradum 60. conſtant Regiones ex terris, Sinibus ac Fretis Frigidiſſimis, adeo ut inventores earum, partim frigore enecti, partim in patriam, maximis incommodis, & adverſitatibus ſuperatis, reverſi, iſtuc redire noluerint, ſua ſolùm nomina terris, Sinibus, ac Fretis communicarint. Unde nomen *Novæ Daniæ* ab inventore *Dano*: *Novæ Britanniæ*, Sud, & Nort-Wallis, ab Anglo: Sinus *Jamis Bay*, à Jamis: *Baffins Bay*, à Baffins: *Butons Bay* â Buton: *Hudſons Bay* ab Hudſone, item Fretum *Davis* à Davi, Fretum *Forbisher*, à Forbishero &c.

Partes prope Polum incognitæ.

Minùs Boreales magis notæ partes ſunt:

Remotiores à Polo notæ.

1. Mexico, ſive nova Hiſpania Regnum.
2. Novum Mexicum, ſive nova Regio Hiſpanica.
3. Regio Loviſiana Gallorum ad Miſſiſippi.
4. Regio Pentilimnis ad 5 Lacus Gallorum.
5. Regio Canada, ſive nova Francia Gallorum.
6. Regio Florida & Tegeſta multorum.
7. Nova Anglia, Sud & Nort-Wallia Anglorum.

Longitudo à Panamâ in Grönlandiam 1300. mill. latitudo maxima à Terrâ novâ ad Californiam 1200. mill. Hùc pertinent plurmæ Inſulæ; in mari del Nort, Antillæ majores, Antillæ minores, Lucayæ, Bermudes, & Terræ novæ vicinæ: in mari Del Zur, Inſulæ Salomonis, Muſcarum, Canum, Gode Hope, aliæque multæ versùs partes Septentrionales.

Long. Lat.
° , ° ,

§. I.

REGNUM MEXICANUM
SIVE
NOVA HISPANIA.

Regni Mexicani situs, fertilitas.

EX Regionibus Hiſpanicis in totâ Americâ præcipua, ultra quadringenta milliaria in Longitudinem inter Sinum Mexicanum, & mare Mexicanum media protenditur. Terminatur verò à Boreâ *Novo Mexico*, ſive nova *Granada* & Regione *Florida*, ab Ortu Iſthmo *Panama*, & *Terrâ firmâ*, ab Auſtro mari *Pacifico* Del Zur, ab Occaſu mari *Vermejo*. Tota fermè ſub Zonâ torridâ, hinc multum Auri & Argenti producit, & præter fructus Generoſos, Balſamum, Cochenille, Cacao, Saccharum, Sericum in magnâ copiâ. *Ferdinandus Corteſius* Hiſpanus eam occupavit Anno 1521. eamque Regi Hiſpaniarum ſubjecit, qui Pro-Regem inibi conſtituit ac tria Tribunalia Regia, ſive Audientias, ſunt autem hæ: *Mexicana*, *Quadalajara*, *Guatimala*. P. Hazartus in Hiſt. Eccl. fusè deſcribit initium & progreſſum hujus expeditionis Hiſpanicæ.

Occupatio.

I. AUDIENTIA MEXICANA.

Gubernat 6. Provincias, quarum
I. MEXICANA PROVINCIA.

277, 0, 20, 40

MEXICUM, urbs ampliſſima, caput totius Regni Mexicani, Sedes Pro-Regis & Archi-Epiſcopi, celebris Univerſitas, ad Lacum Salſum, qui aggere murato à Lacu Dulci ſeparatur. Olim circa Lacum utrumque exſtabant urbes 80, nunc vix 30. ſuperſunt, ob exundationem Lacuum.

ACA-

° ′ ° ′

ACAPULCO, *Aquapulcum*, urbs cum portu ad Mare Mexicanum del Zur. *277. 46. 16 45*

CHICONAUTLA, urbs ad defluxum ex Lacu.

CIMANECA, urbs in ipſò aggere poſita.

QUITLAVACA, urbs in aggere Lacûs Salſi ſita.

II. MECHOACAN PROVINCIA.

MECHOACAN, urbs Epiſcopalis & caput Provinciæ ad fluvium Zacatula. *275. 18. 20. 26*

COLIMA, urbs ad Mare Mexicanum. *272. 30. 19. 50*

S. MIGUEL, *S. Michaëlis*, urbs ad Borania fl,

S. PHILIPPO, *S. Philippi*, urbs ad Borania fl.

III. TLASCALA PROVINCIA.

LOS ANGELOS, Angelorum urbs Epiſc. & cap. Prov. *278. 5. 20. 4*

TLASCALA, urbs unde nomen Provinciæ.

LA VERA CRUX, urbs ad ſinum Mexicanum non procul inde S. Juan, urbs cum portu. *280. 0. 18. 52*

IV. QUAXACA PROVINCIA.

ANTEQUERA, urbs Epiſcopalis, & caput Provinciæ, non procul à Sinu mexicano. *281. 24. 18. 21*

S. JAGO, *S. Jacobi*, non procul à Mari Mexicano.

S. ILEFONSO, *S. Ildephonſi* urbs ad Alvarado fl.

S. SPIRITUS, urbs ad oſtium fl. Guazacalco. *283. 55. 18. 0*

V. TABASGO PROVINCIA.

NUESTRA SENNORA de la VITTORIA, *Noſtra Domina de Victoriâ*, urbs una & ſola ad Oram Sinûs Mexicani in Inſula, cum reliquis inſulis in Sinu. *286. 4. 18. 0*

VI. JUCATAN PROVINCIA.

MERIDA, *Emerita*, urbs Epiſcopalis, caput Provinciæ & Sedes Gubernatoris in Peninſulâ. *288. 21. 21 42*

S. FRANCISCO de Campeche, urbs cum portu ad Sinum Mexicanum.

SAL-

° ′ ° ′

287. 2. 17.0. SALAMANCA, *Salmantica*, urbs ad Sinum de Quanaos.

289. 22. 19. 24 VALLADOLID. *Vallisoletum*, urbs ampla ad Sinum v. *Golfo* de Honduras.

II. AUDIENTIA QUADALAJARA.

Gubernat 4. Provincias, quarum

I. QUADALAJARA PROVINCIA.

273. 2. 21. 15 QUADALAJARA, urbs & caput Provinciæ, Sedes Episcopi & Gubernatoris ad Barania fl.

II. ZACATECAS PROVINCIA.

274. 1. 24. 20 ZACATECAS, urbs & caput Provinciæ ad fl. ign.

III. XALISCO PROVINCIA.

271. 16. 20. 22 XALISCO, urbs & caput Provinciæ ad Mare Mexicanum: & urbem *Purificationis*.

IV. CHIAMETLAN PROVINCIA.

271. 35 19. 31 SEBASTIANO, urbs & caput Prov. ad Ostium Baraniæ.

III. AUDIENT. GUATIMALA

Gubernat 8. Provincias, quarum

I. GUATIMALA PROVINCIA.

288. 8. 14. 36 S. JAGO, S. JACOBI, urbs Episcopalis, caput Provinciæ, Sedes Gubernatoris, non procul à Mari Mexicano ad montem Vulcanum.

S. MIGUEL, urbs ad Ostium Lempa fl.

285. 52. 13. 0 S. SALVADOR, urbs ad portum Acaxutla.

LA TRINIDAD, urbs non procul à portu præced.

XERRES de la Frontera, urbs ad fl. e. n.

II. SOCO-

II. SOCONUSCO PROV.

GUEVETLAN, urbs & caput Provinciæ eaque unica ad mare Mexicanum, & fluvium Capanarcatte. 283.10. 14.15

III. CHIAPA PROV.

CIUDAD REAL, Civitas Regia, Caput Provinciæ, Sedes Gubernatoris & Episcopi, ad fluvium Guialva. 285.58. 16.38

CHIAPA, urbs 15. Leucis à Metropoli priore distans, unde nomen Provinciæ.

IV. HONDURAS PROV.

VALLADOLID, al. *Comayagua*, urbs Episcopalis, caput Provinciæ, ad fluvium de Sal. 290.32. 13.51

S. JORG, S. GEORGII de Olango, urbs ad fluvium Xagua. 292.21. 14.25

S. JUAN, Del Puerto de Los Cavallos, urbs S. Joannis ad Portum Equorum. 292. 0. 15.24

TRUXILLO, urbs Episcopalis cum portu ad Sinum Mexicanum. 292. 0. 15. 25

V. VERÆ PACIS PROV.

VERA PAX, urbs Episcopalis, & Caput Provinciæ, unica cum suis oppidis ad fontes fluvii de Rio dulce, qui efficit duos Lacus ejusdem Nominis. 287.56. 15.38

VI. NICARAGUA PROV.

LEON, urbs Episcopalis, & Caput Provinciæ ad montem Vulcanum, & Lacum magnum de Nicaragua. 290.0. 11. 30

GRANADA, urbs ad Lacum Nicaragua.

JEAN, Gienna, urbs ad exitum fluminis Desaquadero è Lacu Nicaragua. 294. 0. 13.20

NOVA PEGOVIA, urbs ad flumen Yare.

REALEJO, urbs cum portu ad M. Mexicanum. 289. 7. 12. 0

VII. COSTA RICCA PROV.

CARTAGO nova urbs & caput Prov. ad montes. 296.42. 0. 13

ARANIVES, urbs cum portu ad M. Mexicanum. 295.40. 8. 0

CASTRO, d'AUSTRIA, urbs ad fluvium Suere.

293. 40. 9. 59 NICOYA, urbs ad Sinum Salinarum M. Mexicani.

VIII. VERAGUA PROV.

207 50. 9. 47 CONCEPTION, urbs & caput Provinciæ ad Mare Mexicanum.

CARLOS, *Carolina* urbs cum portu ad Sinum Maris Mexicani.

S. FE, S. Fidei, urbs in Mediterraneis ad montes.

PARITA, urbs ad Sinum Maris Mexicani v. Golfo di Parita.

§. II.
NOVUM MEXICUM
v. GRANADA.

Novi Mexici inventio.

REgio Vaſtiſſima ultra 500. Milliaria à Regno Mexicano occupato, ab Hiſpanis inventa An. 1583. magis & magis versùs Occaſum & ſeptentrionem, nunc in certas Colonias & Provincias redacta, ab Epiſcopo & Gubernatore Gubernatur. A Boreâ ſunt adhuc terræ incognitæ, ab Ortu Florida & Luyſiana, ab Auſtro Regnum Mexicanum, ab Occaſu Mare Vermejo & Fretum Anianum. Terra montoſa licet, tamen ferax fructuum, & Argenti, Cryſtalli, Smaragdi. Dantur quidem adhuc diverſi in eâ populi & reguli, quos *Caziques* nominant, attamen plurimi modo ad Catholicam Religionem converſi, Hiſpanis ſe ſubdiderunt. Totum hoc novum Mexicum, dividitur in duas partes, nempe Auſtralem & Borealem.

Diviſio Regionis in Auſtralem & Borealem.

NOVI MEXICI
PARS AUSTRALIS
continet 5. Provincias majores, quarum

I. CINALOA PROV.

267. 0. 26. 0 CINALOA, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti, ad flumen ej. nom.

BECU-

Long. Lat.
° ′ ° ′

BACUBIRITO, urbs ad flumen Cinaloa.

CULIACAN, urbs ad flumen ej. nom. 268. 40. 25. 18

S. IGNATII FANUM, & Reſidentia ad flumen Cinaloa. 268. 21. 26. 24

MACORITA, urbs ad flumen ejusd. nom. 268. 16. 25 38

TAMAZULA, urbs ad flumen Cinaloa.

II. BISCAJA NOVA PROV.

S. BARBARÆ FANUM, urbs & caput Provinciæ, Sedes Præfecti ad flumen Palmarum: 273. 38. 28. 8

DURANGO, urbs ad flumen Panuco. 271. 46. 26. 17

S. JOANNIS, urbs ad flumen Palmarum. 273 10. 28. 41

MESCHITA, urbs ad flumen Palmarum. 264. 59. 27. 5

III. SONORA PROV.

S. CRUCIS, urbs & caput Provinciæ *Hyaqui* ad flumen Mayo. 265. 20. 27. [illegible]

S. ANNÆ, Reſidentia ſive Statio Chriſtianorum. 263. 30. 29. 38

BACHOBICHI, Statio Chriſtianorum ad fl. Sonoro. 265. 19. 30. 29

CONCHOS, Statio Chriſtianorum ad fl. Fuerte. 270. 52. 29. 26

CONICARI, Statio Chriſtianorum ad fl. Mayo.

FUERTE, Fortalitium Hiſpanorum ad fl. ej. nom. 266 40. 26. 58

GUADALUPE, Statio Chriſtianorum ad fl. Fuerte.

S. JOANNIS, urbs ad flumen S. Martialis.

IV. CHINIPAS PROV.

S. MARIÆ MAGDALENÆ de Temoris, urbs ad flumen Fuerte cum oppidis. 267. 12. 27. 30

V. GUAIMAS PROV.

MATAPE, urbs & caput Provinciæ ad flumen S. Martialis. .68. 10. 30. 0

S. MICHAELIS, Reſidentia Chriſtianorum Indigenarum.

NACASSARI, Reſidentia Chriſtianorum.

PAPIGOCZI, Statio Taraumarorum Chriſtianorum. 270. 38. 31. 18

NOVI MEXICI
PARS BOREALIS
Continet 10. Provincias quarum

I. S. FIDEI PROV.

267.20. 37.20 S. FE, & GRANADA, urbs & caput Provinciæ, Sedes Gubernatoris & Episcopi, ad flumen Del Nort.

II. TEGUA PROV.

263.0. 37.36 S. ALFONSO, urbs & caput Provinciæ *de Los Tequas* ad Rio de Corall.

III. LOS QUERES PROV.

262.30. 38.57 S. ANTONIO de Insula, urbs & caput Provinciæ Querorum.

IV. BARRACARICA PROV.

S. ANTONII de Senecu, urbs & caput Provinciæ Mansiorum.

V. ZUNIA PROV.

262.0. 41.42 S. BARTHOLOMÆO Xongopany, urbs & caput Provinciæ ad flumen Anguchi.

VI. MOQUI PROV.

259.40. 36.11 S. BERNARDINO de Aquatury, urbs, & Caput Provinciæ Moquiorum.

VII. LOS SALINOS PROV.

CONCEPTION de Querac, urbs & caput Provinciæ Salinarum.

VIII. GALISTEO PROV.

S. CRUCIS, urbs & caput Provinciæ.

LOS

	Long. ° ′	Lat. ° ′
IX. LOS HEMOS PROV.		
S. DIDACO urbs & caput Provinciæ Hemorum.	260.30.	36.12
X LA XACONA PROV.		
S. DOMINICO, urbs & caput Provinciæ.		
XI. LOS PIROS PROV.		
S. FRANCISCO di Sandia urbs & cap. Prov. Pirorum.		
XII. SEPTEM CIVITATUM PROV.		
S. GREGORIO de Abbo, urbs & caput Provinciæ.		
XIII. LOS THAOS PROV.		
S. HIERONYMO, urbs & caput Provinciæ.		
XIV. LOS PICURIOS PROV.		
S. LORENZO, urbs & caput Provinciæ.	261.20.	37.40
XV. La TAXICA PROV.		
S. MIGUEL, urbs & caput Provinciæ.		
XVI. LOS PECAS PROV.		
NUESTRA SENNORA de los Angelos, urbs & caput Provinciæ *Pecorum*.		
XVII. LOS TANOS PROV.		
NUESTRA SENNORA del Seccuro, urbs & caput Provinciæ Tanorum.		
XVIII. CIBOLE PROV.		
PURIFICATION de Avico, urbs & caput Prov.	250.48.	40.53
XIX. D. ACOMA PROV.		
S. STEPHANO, urbs & caput Provinciæ.	262.0.	40.30
XX. XILANA PROV.		
XILA, urbs & caput Barbarorum *Apoches*.	253.5.	43.20

§. III.
CALIFORNIA PENINSULA.

